This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

4745

Digitized by Google

Digitized by Google

Tiroler S. metsz. 1855 Nyom. Lerber Pesten

V. LÁSZLÓ KIRÁLY.

Digitized by Google

HUNYADIAK KORA

MAGYARORSZÁGON.

IRTA

GRÓF TELEKI JÓZSEF.

TIZENEGYEDIK KÖTET.

V. László király acélmetszetű képével és hét hasonmással.

PESTEN,
EMICH GUSZTÁV KÖNYVNYOMDÁJA.
M. DCCC. LV.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

HUNYADIAK KORA.

TIZENEGYEDIK KÖTET.

Digitized by Google

Digitized by Google

CCCXVIII.

Mátyás királyi szavára kötelezi magát, hogy Fülöp és Jakab napján, mikorra Podiebrád György cseh király leányát Kunigundát, mint az ő jegyesét, Trencsény városába hozni külön levelében megigérte, annak átvételére vagy személyesen, vagy illő követei által ott megjelen és 15 nap alatt őt eljegyzi, a valódi egybekelést pedig vele 2 évnél tovább nem halasztja, mit azonban előbb is megtenni szabadságában álland. Menyasszonyi ajándékúl leköti arájának a budai és diósgyőri várakat, Csepel szigetét és a királynéi kúnokat, mellyek neki mindjárt át is adatnak, valamint a többi várakat, mellyeket Borbála Zsigmond király neje illy czim alatt birt, és ezeket mostani birtokosaitól két év alatt visszaveszi, és ezen idő alatt, ha előbb nem lehetne, átadja; mit ha tenni képes nem volna, helyettök hasonértékü más jószágokat fog neki adni. Továbbá annak udvara tartására évenként 7,000 arany forintot kötelez a kassai kamaranyereségből, vagy ha ebből ki nem telnék, a sókamarák jövedelméből; melly összegből az első évre annak Budára jövetelekor 2000-et tüstént, 5000-et pedig kereszt. sz. János születése napjakor fizetend, a következő években az egész összeget szent György napján tévén le. E mellett egybekelése előtti halála esetére is biztositja arájút, hogy a mondott várakat élte idejéig birandja s az érintett 7,000 forint évenként ki

Digitized by Google

fog neki fizetteini. Végre kötelezi magát, hogy őt a maga megkoronáztatása napján vagy az azt követő napra királynévá koronáztatja. — Kelt Trencsényben januarius 25-dikén 1461.

Nos Matthias dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis: quod quia Serenissimus Princeps, Dominus Georgius, eadem gratia Rex Bohemie etc. habita inter nos utrinque ex consilio et diligenti opera prelatorum et baronum utriusque Regni, Hungarie videlicet et Bohemie vera amicitia, inclytam filiam suam Cunegundam nobis desponsavit et promisit, ac se obligavit literis suis mediantibus, ut eandem filiam suam in festo beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum proxime venturo in civitate nostra Trenchiniensi ad nostras, aut legatorum nostrorum manus, quos pro tunc ad tantam rem dignos in ipsam civitatem nostram miserimus, presentabit: igitur nos volentes ipsum Dominum Georgium Regem certum reddere de his, que ad susceptionem prefate fille sue et conservationem eiusdem tamquam regine Hungarie pertinent, ea omnia in his literis nostris modo infrascripto explicamus, primo: nos ad prefatum festum beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum, si personaliter non accederemus, congruos legatos et nuntios nostros ad tantam rem aptos et idoneos mittemus in prefatam civitatem nostram Trenchiniensem, qui eandem sponsam nostram deferant in civitatem nostram Budensem, honore quo decet reginam, quam nos infra quatuordecim dierum spatium, ab illo quo ipsa fuerit in prefata civitate nostra Trenchiniensi presentata inclusive computando, in facie et forma ecclesie, omni ulteriori dilatione semota, legitime desponsabimus. Quodque quantum ad communionem thori copuleque carnalis cum cadem domina Cunegunde fiende, spatium temporis biennii a die desponsationis predicte computando excedere, aut prorogare non possumus. Si tamen nostra et illustris domine Elizabeth genitricis nostre carissime, prelatorumque et baronum nostrorum matura deliberatione prehabita quoad hujusmodi copulam carnalem memoratum tempus biennii prevenire, seu anticipare visum fuerit. id nos libere efficere valeamus. Ex quod ipsa do-

Digitized by Google

mina Cunegundis mox cum in prefata civitate nostra Trenchiniensi fuerit prescntata, habere debeat nominatim pro dote castra in Veteri Buda et Dyosgewr, insulam Chepel et Comanos reginales cum omnibus pertinentiis eorundem, habeatque eadem Domina Cunegundis possessionem dictorum castrorum, insule et Comanorum infra octo dies, a die qua Budam venerit inclusive computando. Preterea si aliqua castra, bona, dominia vel possessiones ultra predicta castra et bona in dotem prefate Domine Cunegundis assignata legitime comperta fuerint, que quondam serenissima Domina Barbara, relicta quondam Domini Sigismundi Imperatoris et regis Hungarie pro dote habuisset, illa ipsa infra spatium duorum annorum a manibus illorum, qui ea tenent, redimemus, et in manus prefate Domine Cunegundis assignabimus. Si vero aliqua ex hujusmodi castris medio tempore ad manus nostras devenirent, illa adstatim, fine hujusmodi temporis biennii minime exspectato, manibus ejusdem Domine Cunegundis assignabimus. Ubi autem dicta castra alienata infra dictum terminum per nos recuperari non possent, extunc nos eidem Domine Cunegundi equivalentia bona pro illis dabimus in dotem. Ut vero curia prefate Domine Cunegundis honeste servetur, pro sustentatione curie ejus dabimus singulis annis futuris septem millia florenorum auri de lucro camere cultelli Cassoviensis, taliter persolvendos, ut quidquid ultra perscriptam summam septem millium florenorum auri de lucro camere pretacti cultelli obvenerit, id nobis assignetur totum et administretur, si vero predicta summa septem millium florenorum auri de lucro camere predicti cultelli ex qua cunque causa compleri non posset, supplebimus id de camera salium nostrorum. Et postquam Deo duce jam fata Domina Cunegundis Budam advenerit, statim eidem ad rationem predictorum septem millium florenorum auri dabimus duo millia florenorum auri, reliqua vero quinque millia in festo nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturo, eidem Domine Cunegundi exsolvemus. Futuris autem annis, incipiendo ab anno Domini M.CCCC.LXII-o hujusmodi septem millium florenorum auri integram solutionem faciemus in festo beati Georgii martyris. Volumus insuper, quod castellani et officiales per dictam Dominam Cunegundem in pre-

Digitized by Google

dictis castris, vel in proximo eidem Domine Cunegundi, vel in futurum dandis, constituantur de consensu et assensu nostro. Qui quidem castellani et officiales dum constituentur, et etiam alii dum in eorum locum substituentur semper de fidelitate reginali Majestati observanda corporale sacramentum jurare debeant. Preterea si divina permissione nos ante carnalem copulam, vel etiam post secutam, decedere contingat, postquam tamen jam in prefata civitate nostra Trenchiniensi in manibus legatorum nostrorum dicta Domina Cunegundis fuerit presentata, omnia supradicta castra et bona ac possessiones, ut antelatum est, usque vitam suam, ipsa Domina Cunegundis pacifice et libere possidere valeat simul cum provisione annali septem millium florenorum auri. Ceterum eandem Dominam Cunegundem eadem die, qua nos coronabimur, aut die sequenti immediata, tamquam reginam Hungarie coronari faciemus. Que omnia premissa nos Matthias Rex supradictus promittimus in verbo nostro regio firmiter et inviolabiliter observare, harum litterarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum Trenchinii, in festo Conversionis beati Pauli Apostoli, Anno Domini M-oCCCC-oLXI-o.

Palacky közléséből.

CCCXIX.

Az ország több nagyai Mátyás királynak az előbbi szám alatt lévő oklevélben elvállalt kötelezetetései szoros megtartása iránt kezességet vállalnak. Kelt Trencsényben januarius 26-dikán 1461.

„Copia super promissione Dominorum Hungarorum penes Regem eorum.“

Digitized by Google

Nos Dyonisius Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis, Supremus Cancellarius Regie Majestatis; Johannes Varadiensis, Albertus Vesprimiensis, Vincentius Vaciensis, Thomas de Debrenthe Zagrabiensis ecclesiarum Episcopi; Nicolaus Bodo, prepositus Albensis, secretarius cancellarius; Michael Orsag de Guth regni Hungarie palatinus et judex Comanorum; Comes Ladislaus de Palocz, Judex curie regie; Johannes de Rozgon, Magister Tavernicorum regalium; Franciscus de Chaak, pridem Comes Bihoriensis; Simon Zudar de Olnod et Emericus de Hedervara, Magistri janitorum regalium; Sebestianus de Rozgon pridem Waywoda Transylvanus; Emericus de Zapoli a thesaurarius regius; Nicolaus Herczeg de Zekchew et alter Nicolaus Pethew de Gerse, pincernarum, Caspar Bodo de Gewrgy et Johannes Pangracz de Dengeleg, dapiferorum, Paulus de Dombo, agasonum regalium magistri; et Benedictus de Thwrocz: notumfacimus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, quod quia serenissimus Princeps Dominus Matthias, Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. dominus noster naturalis gratiosissimus super his, que ad susceptionem et conservationem, nec non dotem et sustentationem curie inclyte virginis, Domine Cunegundis, filie Serenissimi Principis Domini Georgii, dei gratia Regis Bohemie, sponse scilicet dicti Domini nostri Regis Matthie pertinent, literis suis mediantibus superinde confectis se obligavit et promisit, omnia in hujusmodi literis suis contenta eidem Domino Georgio regi Bohemie et dicte filie ejusdem Domine Cunegundi observare: ideo nos quoque promittimus penes ipsum Dominum nostrum Matthiam Regem Hungarie, quod ipse omnia in dictis literis suis contenta ab articulo ad articulum observabit firmiter. In cujus rei testimonium et evidentiam presentes literas nostras sigillis nostris quibus utimur in pendenti consignari fecimus. Datum Trenchinii, secundo die festi Conversionis beati Pauli Apostoli, Anno etc. LXI-o.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CCCXX.

Mátyás király Pozsony városa tanácsának panasza következtében a semptei várnagyoknak szorosan megparancsolja, hogy az élelmi szerek bevásárlása végett a Sempte várával szomszéd helységekbe menő pozsonyi polgárokat többé gátolni, háborgatni, vagy károsítani ne merjék, sőt inkább őket más megtámadók ellen is védelmezzék. Kelt Budán aprilis 13-dikán 1461.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris Castellanis Castri Sempthe vocati Salutem et gratiam. Exposuerunt Maiestati nostre Fideles nostri Judex et Jurati Cives Civitatis nostre Posoniensis ipsorum et totius Communitatis ejusdem Civitatis nostre in personis ad modum gravis querele. Quod cum ipsi, aut alter eorum pro aquirendis rebus victui eorum Necessarijs versus dictum Castrum Sempthe vocatum sive metas eiusdem proficiscerentur, vos eosdem Cives sive alterum dicte Communitatis vario modo impediretis eisdem dampna plurima inferendo, propterea quod ad loca ipsis castris propinqua eisdem Civibus et Communitati pro aquisitione victuum suorum liber aditus non pateret. Quare suplicarunt Maiestati nostre ijdem Judex et Jurati Cives ipsorum et eiusdem Communitatis nominibus ut eis contra premissa remedium adhibere dignaremur. Nos autem qui ex debito nostri Regiminis Regnicolas et subditos nostros, non solum in juribus et libertatibus eorum conservare, verum etiam ab impedimentis quorumcunque defendere tenemur, Nolentes prefatam Civitatem nostram Posoniensem ac Cives et Communitatem illius per vestra impedimenta de cetero turbari, Fidelitati vestre harum se-

Digitized by Google

rie firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo deinceps dum ijdem scilicet cives vel alter eorum sive versus illud castrum, sive ad loca illi castro propinqua pro aquirendis rebus victui eorum necessariis perrexerint extunc ipsos sive alterum eorum quomodolibet impedire, turbare, seu dampnificare unquam presumatis nec sitis ausi modo aliquali. Volumus potius ut vos memoratos Cives et Communitatem dicte Civitatis nostre sive alterum eorundem etiam ab alijs impetitoribus defendere debeatis. Secus gratie nostre sub optentu facere non audeatis, Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria secunda proxima post Dominicam Quasi modo Anno Domini 1461-o.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXXI.

Palóczi László országbiró bizonyságot tesz arról, hogy Báthori András előtte megjelenvén, testvérei terheinek magára vállalása mellett vallotta, miszerint ő azon Szathmár megyei Börvely helységében lévő részjószágot, mellyet ő és testvérei Márki Antal fiától Lászlótól 70 arany forintban zálogban birtak, Butkai Andrásnak ezen összeg lefizetése mellett kibocsátotta. Kelt Budán april 21-dikén 1461.

Nos Ladislaus de Palócz Judex Curie Serenissimi Principis Domini Mathie Dei gratia Regis Hungarie Dalmatie Croatie etc. memorie commendamus, Quod Egregius Andreas de Báthor onera et quelibet gravamina quorumlibet fratrum suorum, in infrascriptis super se recipiendo coram nobis personaliter constitutus sponte confessus est, in hunc modum: quomo do

Digitized by Google

ipse portionem possessionariam Ladislai Filii Antonii de Marky in Possessione Bervey, in Comitatu Szathmariansi existentem habitam, alias per ipsum Ladislaum de Marky sibi et aliis fratribus suis pro septuaginta florenis auri puri inpignoratam, persolutis tamen sibi et aliis Fratribus suis per Egregium Andream de Butka dictis septuaginta florenis auri, dictam portionem possessionariam in dicta Bervey habitam, eidem Andree de Buthka remisisset, super solutioneque et restitutione datorum septuaginta florenorum auri eundem expeditum commisisset, atque satisfactum, Imo idem Andreas de Báthor in sua et aliorum suorum personis remisit, et resignavit, ac expeditum commisit, coram nobis harum Literarum nostrarum Testimonio mediante. Datum Bude feria tertia proxima ante festum S. Georgii Martyris, Anno Domini 1461.

Ulászló királynak 1504. évi megerősitő leveléből.

CCCXXII.

János zagoriai gróf és Ujlaki Miklós tótországi bánok a zágrábi káptalannak megparancsolják, hogy Klokocsi Maretics Györgyöt és fiát Vajkot s unokáját Gergelyt a klokocsi kerületben fekvő Dolan, Mesnik és Jurievecz helységekbeli részjószágokba, mellyek őket vétel utján illetik, igtassa be. Kelt Zágrábban május 18-dikán 1461.

A hátára van irva a beigtatás megtörténte június 16-dikán.

Amicis suis Reverendis Capitulo Ecclesie Zagrabiensis Johannes Zagorie Comes etc. et Nicolaus de Vylak Regni Sclavo-

Digitized by Google

nie Bani amicitiam paratam cum honore. Dicitur Nobis in personis Georgii dicti Maretich de Klokoch, nec non Vayko filii ejusdem, et Gregorii filii ejusdem Vayko, quomodo ipsi in Dominium quarundam Possessionum, seu portionum possessionariarum videlicet Dolan, nec non Mesnik, ac Jurievecz vocatarum in districtu ipsius Klokoch existentium habitarum ipsos Exponentes emptionis titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo Vestram Amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus Vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo presente Lucas filius Gregorii dicti Bradechych, vel Valentinus Mikussich, vel Petrus dictus Berijssijch, alter Petrus Olmassych, seu Benk Radossevich, sive Stephanus similiter Radossevich de Klokoch predicta, aliis absentibus homo noster ad faciem Possessionum et Portionum Possessionariarum, videlicet Dolan, nec non Mesnik et Jurievecz vocatarum, Vicinis et Commetaneis suis universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo introducat memoratos Exponentes in Dominium earundem, statuatque easdem eisdem Jure ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Exponentes Nostram in presentiam in Sedem Zagrabiensem ad terminum competentem, rationem Contradictionis eorum reddituros. Et post hec ipsarum Introductionis et Statutionis seriem cum Contradictorum et Evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et Commetaneorum, qui premissa possessionarie Statutioni intererunt, Nominibus et Termino assignato Nobis modo solito rescribatis. Presentes authenticis Sigillis communibus nostris Zagrabiensibus fecimus consignandas. Datum Zagrabie feria secunda proxima post festum Ascensionis Domini Anno ejusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Kivülről. Amicis suis Reverendis Capitulo Ecclesie Zagrabiensis pro Georgio dicto Maretich de Klokoch et filiis infrascriptis Introductorie et Statutorie.

Homo Bani Lucas filius Georgii dicti Bradechich, Homo Noster Dominus Georgius de Korboa Ecclesie Nostre Preben-

Digitized by Google

darius. Executio Introductionis et Statutionis feria tertia proxima post festum beatorum Viti et Modesti Martyrum facta est.

A zágrábi káptalannak egy 1822-diki átiratából.

CCCXXIII.

Ölyvedi Mihály és Györkei János Békés megye alispányai és ugyanazon megye szolgabirái jelentik Mátyás királynak, hogy 1461-diki május 5-dikén kelt királyi parancsa következtében, — miszerint Maróthi Lajos és Mátyás ügyében, kiknek Békés megyei Szileméres nevű falujokat Horogszegi Szilágyi Mihály nem rég elfoglalta, lerontatta és Királyság név alatt ugyanazon határban uj helyre telepitette, s kik Szilágyi halálával a koronára szállott ezen helységet magoknak visszaadatni kérik, valamellyik kinevezett királyi ember és az aradi káptalan bizonyságának jelenlétében kikiáltott közgyülésökben törvényes vizsgálatot tartsanak, — ugyanazon évi május 18-dikára törvényszéket hirdetvén s arra az emlitett Maróthiakat és a Királysággal határos Békés megyei helységek birtokosait, valamint a többi kebelbeli nemességet, meghivván, és az utóbbiakat Kamuthi Tamás királyi ember s Gyantai István mester az aradi káptalan küldöttje előtt a keresztre megesketvén, azok (név szerint százznál többen elősorolva) azt vallották, hogy a panaszosok Szileméres falaját Horogszegi Szilágyi Mihály valóban erősszakkal foglalta el, rontatta le s telepitette át Királyság név alatt uj helyre s hogy az Szilágyi halála után foglalás által jutott a király birtokába. Kelt Békésben június 1-sején 1461.

Serenissimo principi et Domino Domino Mathie Dei gracia Regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. Domino nostro gra-

Digitized by Google

cioso, Michael de Ewlijueth, et Johannes de Geurke Vicecomites et Jadices Nobilium Comitatus de Békes, promptitudinem famulantnr omni cum fidelitate. Vestra noverit Serenitas nos literas vestre Serenitatis preceptorias pro parte Magnificoram Ludovici et Mathijus de Maroth emanatas nobis ac Honorabili Capitulo Ecclesie Orodiensis loquentes omni cum reverencia recepisse in hec verba: Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris Comiti vel Vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus de Békes salutem et graciam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Magnificorum Ludovici et Mathijus de Maroth satis querulose. Quomodo temporibus non diu elapsis condam Magnificas Michael Zilagi de Horogzeg frater noster quamdam possessionem dictorum exponencium Zilemeres vocatam in dicto Comitatu de Békes habitam minus juste et indebite ab eisdem pro se ipso occupari, occupatamque in toto desolari, et de proprio loco eiusdem distrahi et expost ad alium locum intra veras metas ipsius possessionis locari et condescendi fecisset, ac mutato eius proprio nomine videlicet Zijlemeres. alio nomine sibi ficto scilicet Királysaag nominasset, et vocitari fecisset, atque sub hoc nomine Királysaag populosam effecisset potencia mediante. In prejudicium Juris dictorum Exponencium, et dampnum valde magnum. Tandem ipso Michaele Zijlagi iam de medio sublato eadem possessio Zijlemeres sub hoc nomine Királyság ad manus nostras Regias occupative devenisset. Supplicatum itaque exstitit nostre Maiestati pro parte prefatorum Exponencium, ut nos annotatam possessionem Zijlemeres alio nomine Királyság ipsis graciose dignaremur remittere. Et quia nos sicuti unum quemque subditorum nostrorum, sic non minus annotatos Exponentes in ipsorum Justis Juribus tenere volumus et conservare. Igitur fidelitati vestre firmissime precipientes committimus, et mandamus, quatenus habita presencium notitia universis vicinis, et commetaneis dicte possessionis Királyság ceterisque nobilibus conprovincialibus eiusdem Comitatus de Békes quibus decet, et licet ad unum certum et brevem terminum Sedis vestre Judiciarie, per vos ipsis Exponentibus prefigendum, In eandem sedem vestram Judiciarium, per modum proclamate Congrega-

Digitized by Google

cionis generalis vestri in presenciam insimul convocatis ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro Regio Dijademati observandum, tacto Dominice Crucis signo, per eos coram vobis, ac Jacobo Pethew de Varsan, vel Paulo Espan de Soklo; aut Thoma de Kamuth, sin Ladislao de Ege, seu Vallentino sive Stephano filiis Abran de Gerla alijs absentibus homine nostro, et testimonio Capituli Ecclesie Orodiensis quod per ipsum Capitulum illac ad Id serie presencium transmitti jubemus, Ipsis etiam exponentibus, vel coram legitimis procuratoribus ante octo dies diei seu termini inquisicionis veritatis premissorum, et executionis exinde fiende per unum ex vobis puta Judicem Nobilium illac legitime convocatis, et accessitis, ac presentibus prestandam, et de super omnibus premissis meram plenam atque omnimodam experiamini certitudinis veritatem et posthec huiusmodi rescite veritatis premissorum, attestationisque et Inquisicionis seriem cum propriis et possessionum attestancium nominibus ut fuerit expediens ad unum certum et brevem terminum eisdem Exponentibus prefigendum per eos, et dictum Capitulum Ecclesie Orodiensis nostre personali presencie fideliter rescribi volumus, et mandamus, secus non facturi, presentes facta execucione premissorum reddite presentanti. Datum Bude feria tercia proxima ante festum beati Johannis anteportam Latinam. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Nos igitur predictis mandatis vestre Serenitatis obedientes, ut tenemur, habita predictarum literarum vestrarum preceptoriarum noticia universis vicinis et commetaneis dicte possessionis Királyság, ceterisque nobilibus conprovincialibus eiusdem Comitatus de Békes, quos decuit, et licuit, ad unum brevem et certum terminum sedis nostre Judiciarie, videlicet feriam secundam proximam post festum ascensionis Domini proxime preteritam, per nos ipsis Lodovico et Mathijus de Maroth prefigendum in eandem sedem nostram Judiciariam per modum proclamate congregacionis generalis nostram in presenciam insimul convocatis, ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque vobis et sacro vestro Regio Diademati observandam, tacto Dominice crucis signo, per eos coram nobis, ac predicto

Digitized by Google

Thoma de Kamuth vestro Regio, inter predictos alios homines vestros conscripto, nec non — — Magistro Stephano de Gyanthe socio, et Concanonico predicti Capituli Ecclesie Orodiensis hominibus, per ipsum Capitulum pro ipsorum testimonio ad Id transmisso, Ipsis et Lodovico et Mathijns de Maroth autem legitimis eorundem procuratoribus per unum ex nobis, *Judicem* nobilium videlicet Blasium Chegzei de *Ewlijueth*, *in possessione* ipsorum Zenthmiklos vocata ad octo dies predicti diei seu termini Inquisicionis veritatis, et attestationis premissorum exinde fiende — — — — — — et accersiri faciendis, nec non Vallentino de Zakolij legitimo procuratore predictorum Lodovici et Mathijus pro eisdem inibi adherente, et presentibus prestandam de et super omnibus premissis — — — — — — Inquisitionum certitudinis veritatem, ac Idem vicini et conmetanei, et nobiles conprovinciales taliter fassi, et attestati extiterunt. Quod primo Ladislaus de Ege Stephanus de eadem et Emericus de Beken — — ssime Kaka ex scitu, Vallentinus et Blasius dicti Meleg de Halaztelek conmetanei ex scitu, Thomas et Vallentinus filii Abrahe de Gerla conmetanei de Possessione Zarvas ex auditu, Stephanus et Ladislaus filii eiusdem Abrahe de Gerla similiter conmetanei de dicta possessione Zarvas ex scitu, Franciscus Almus, Paulus Thwrek Bartholomeus Serteoldi, Thomas similiter Serteoldi et Johannes filius Philipi de Halaztelek conmetanei ex scitu, Simon filius Marci de Ewlijueth conmetaneus de dicta possessione Halaztelek ex scitu, Nicolaus Talas Lucas Soldus de dicta Halaztelek conmetanei ex scitu, Jacobus Veres de Ewlijueth conmetaneus de dicta Halaztelek ex scitu, Vallentinus Tekes alter Vallentinus filius Pauli, Nicolaus Kalmár, Andreas filius Emerici, Sebastianus Soki, Petrus Alafi, et alter Petrus Mikes dicti, de dicta Halaztelek conmetanei ex scitu, Georgius Zabo, Laurencius Magnus, Barnabas de Ewlijueth, Egidius de Kerek, Johannes filius Anthonii de dicta Ewlijueth, Blasius filius Stephani, Nicolaus Chygan, Barthalomeus Acinthy, Ladislaus Bews, Mathias Zabo, Johannes similiter Zabo de Ewlijueth Commetanei de predicta possessione Halaztelek ex scitu, Alexius et Philipus de Ewlijueth conmetanei de dicta possessione Halaztelek ex scitu,

Digitized by Google

Barnabas Fodor, et Anthonius Harányi de Endrend conprovinciales ex scitu, Ambrosius de Edeles conprovincialis ex scitu, Michael de Kereki, Briccius Fodor, Stephanus Keulpi Thomas filius Ladislai, Paulus filius Egidii et Gregorius de dicta Kereki conprovinciales ex scitu, Anthonius filius Galli de dicta Ewlijueth conmetaneus de dicta Halaztelek ex scitu, Stephanus Chokode, et Benedictus de Edeles conprovinciales ex scitu, Jacobus Leukes de Chatár conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Benedictus Magnus, Ladislaus filius Laurencii, et Stephanus Magnus de Ewlijueth conmetanei de possessione Halaztelek ex scitu, David Lenkes, et Johannes Magnus de Chatár conprovinciales ex scitu, Ladislaus Lengyel de Sima comprovincialis ex auditu, Johannes — ekfi de Dampfok, Demetrius Bedek de Chatár conprovinciales ex scitu, Jacobus Zabo de eadem Chatár conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Nicolaus Borsos de Charna conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Blasius — — de Chatar conprovincialis ex scitu, Johannes Petrus de Ewlijueth conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Johannes Ewthveus de Charna conprovincialis ex scitu, Petrus filius Jacobi, et Gregorius Zakalos de Ewlijueth conme — — — halaztelek ex scitu, Nicolaus Veres, et Blasius de Charna conprovinciales ex scitu, Ladislaus filius Johannis de Chatár conprovincialis ex scitu, Paulus Zabo de Ewlijueth conmetaneus de Halaztelek ex scitu — — — — muth et Marcus de Chatár conprovinciales ex scitu, Gregorius Keupe de Ewlijueth conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Andreas de Kamuth conprovincialis ex scitu, Demetrius Feldes, Ladislaus Chak de Ewlijueth — — dicta possessione Halaztelek ex scitu, Jacobus filius Stephani de Kamuth provincialis ex scitu, Demetrius Vras de Ewlijueth conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Alexius filius Dominici de Kamuth, et Ladislaus Fekete de Charna conprovinciales ex scitu, Gregorius de Ewlijueth, Albertus Euthves de eadem conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Clemens Talas de eadem Halaztelek conmetaneus ex scitu, Paulus Kamuthi de Endreud conprovincialis ex scitu, Blasius Chenke de Ewlijueth conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Thomas Elek de Kamuth et Paulus Zabo de Edeles conprovinciales ex scitu, Petrus de Kamuth conme-

Digitized by Google

taneus de Halaztelek ex scitu, Bartholomeus filius Andree de Belmegier, et Andreas Veres de Charna conprovinciales ex scitu, Laurencius Farkas de Ewlijueth conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Emericus Kanija de Belmegier conprovincialis ex scitu, Thomas Chenke, et Vallentinus Telek Laurencius Dancz de Varsan, Johannes filius Laurencii de Ewlijueth, et Gallus Fodor de eadem, conmetanei de Halaztelek ex scitu, Ladislaus filius Stephani de Kamuth conprovincialis ex scitu, Andreas Serteldi de Ewlijueth conmetaneus de Halaztelek ex scitu, Emericus Zabo de Halaztelek conmetanei de Halaztelek ex scitu, Bartholomeus Chiga de Belmegier conprovincialis ex scitu, Sebastianus Zabo de Halaztelek, Johannes Saros, et Stephanus Talas de eadem Halaztelek conmetanei ex scitu fassi, et attestati extiterunt eo modo: quomodo temporibus non diu elapsis condam Magnificus Michael Zilagi de Horokzeg frater vestre Serenitatis dictam possessionem prefatorum Exponencium Zilemeres vocatam in dicto Comitatu de Békes habitam minus juste et indebite ab eisdem pro se ipso occupari, occupatamque in toto desolari, et de proprio loco eiusdem distrahi, et ex post ad alium locum intra veras metas eiusdem possessionis locari, et condescendi fecisset, ac mutato eius proprio nomine videlicet Zijlemeres alio nomine sibi ficto scilicet Királyság nominasset, et vocitari fecisset, atque sub hoc nomine Királyság populosam efecisset potencia mediante, in prejudicium Juris dictorum exponencium et dampnum valde magnum. Tandem ipso Michaele Zilagi iam de medio sublato eadem possessio Zilemeres sub hoc nomine Királyság ad manus vestras regias occupative devenisset. Quarum quidem Inquisicionis, fassionis, et attestacionis seriem modo premisso factas ad feriam secundam proximam post festum Sanctissimi corporis Christi nunc venturum eidem personali vestre Serenitatis presencie suo modo duximus rescribendas. Datum in Békes quinto decimo die diei execucionis prenotate. Anno Domini supradicto.

Az anspachi levelek közől.

Digitized by Google

CCCXXIV.

Mátyás király tudósítja György cseh királyt, hogy hozzá Budára küldött udvarmestere Borita által, minthogy már akkor ő onnan távol volt, vele nem közölhetett, de némelly országnagyok által tudtára adott azon kivánságához képest, misszerint a Fridrik császár és ő, a cseh király közötti összejövetelre felhatalmazott követeket küldjön, ezen követeket, mint előbbi napokban megirta, kinevezte s elküldésöket csak az említett összejövetel elhalasztása miatt mulasztotta el; egyébiránt őt az ezentúl Fridrikkel folytatandó alkudozásokra teljesen megbizza. Kelt Diós-Győrött augustus 19-dikén 1461.

Matthias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Serenissimo Principi, Demino Georgio eadem gratia Regi Bohemie etc. Patri et Fratri nostro carissimo. Salutem et prosperos ad vota successus.

Serenissime Princeps! Miserat Fraternitas Vestra preteritis diebus nobilem Borita, Marescalcum suum, ad Maiestatem nostram in civitatem nostram Budensem. Sed cum jam nos ab illa civitate longe aberamus, Maiestatis nostre intimata Fraternitati Vestre explanare non valuit. Tandem informati fuimus per certos fideles prelatos et barones nostros, quod optabat ipsa Fraternitas Vestra, ut ad dietam illam, que inter Serenissimum Principem, Dominum Fridericum Imperatorem Romanorum et Fraternitatem Vestram tunc in certo termino teneri debebat, etiam nos oratores nostros cum plena et firma facultate mitteremus. Nos vero statim intellecta voluntate ipsius Fraternitatis Vestre, prout etiam superioribus diebus ipsi Fraternitati Vestre intimavimus, certos fideles nostros in ipsam dietam elegimus, qui jam ituri erant ad eandem, sed tandem audita dilatione ipsius diete, in hujusmodi dietam dictos oratores nostros mittere proposuimus. Unde rogamus ipsam Fraternitatem

Digitized by Google

Vestram diligenter, quatenus si qui tractatus et collocutiones inter ipsum Dominum Imperatorem et eandem Fraternitatem Vestram deinceps fierent, Maiestati Nostre ita agere velit Fraternitas Vestra, prenotata, prout in ea summe confidimus. Datum in Dyosgiwr feria IV. proxima post festum Assumtionis beate Marie Virginis, Anno domini M.CCCC.LXI-o.

Ad mandatum domini Regis
Nicolaus Bodo prepositus Albensis Cancellarius.

Palacky közléséből.

CCCXXV.

Mátyás király György cseh királynak Egerben vett levelére, mellyben ez őt felszólitá a Fridrik császár és közte s Albert osztrák herczeg közt általa kötendő béke iránti nyilatkozatra, válaszolván, csodálkozását jelenti ki, hogy e közben, mint köz hirből értesült, Albert herczeg Fridrik császárral az ő, György, közbenjárására megbékélt, a táborozással felhagyott, sőt az ő seregei is, mellyeket annak segélyére küldött, visszavonultak, még mielőtt György tőle a kért választ vehette volna holott ő a császárrali béke, vagy fegyverszünet megkötésére senkit meg nem hatalmazott. Ezek következtében, minthogy különben is ez ügyben még nem tudósíttatott, de tart is a császárnak illy esetekben nem csak régebben László király és atyja a kormányzó iránt, hanem iránta is bizonyított kijátszó eljárásától, megkéri, hogy őt a Fridrik és Albert közti béke valóságáról és annak mostani állásáról körülményesen tudósitsa, miszerint így bőven és határozottan válaszolhasson, nehogy a

Digitized by Google

császár, vagy tanácsosainak cselszövényei s halogatásai neki ártalmára legyenek. Kelt Gyöngyösön september 14-dikén 1461.

Matthias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Serenissimo principi, Domino Georgio eadem gratia Regi Bohemie et Marchioni Moravie etc. Patri et Fratri nostro carissimo, Salutem, et omnis boni incrementum.

Serenissime Princeps, Frater carissimus! Cum pridem Agrie receptis literis Serenitatis Vestre respondere pararemus eisdem, in quibus scribebatis, quod intelligeretis bonam mentem Serenissimi Domini Imperatoris Romanorum ad pacem et concordiam nobiscum et cum Illustrissimo principe, Domino Alberto Archiduce Austrie fratre suo, tractandam, et quod rescriberemus vobis, si res nostras cum eodem Imperatore per medium Fraternitatis Vestre tractare, et ad effectum usque perducere vellemus; interea rumore ad nos referenti intelleximus, quod idem Albertus Archidux se cum Imperatore per medium fraternitatis Vestre composuerit, et solutis castris a campo recesserit; similiter quod copie nostre, quas in subsidium eiusdem archiducis miseramus e campo discesserint. Mirati sumus satis hoc audito, ea potissimum ratione, quod et Fraternitas Vestra responsum quod petierat, a nobis non expectarit, et ipse Albertus Archidux cum Imperatore sine nobis qualem cumque intelligentiam susceperit. Qualis hec intelligentia facta sit nobis nescimus. Hoc scimus, quod mandatum tractande pacis, seu etiam treugarum cum Imperatore neque nostris quos in auxilium dicti Archiducis miseramus, neque quibuspiam aliis usque in hodiernum diem hac vice dedisse meminimus. Auget etiam admirationem nostram, quod idem nostri nihil hactenus neque de discessu eorum, neque de hujusmodi intelligentia cum Imperatore scripsere. Veremur igitur quod hec ipsa intelligentia talis sit, qualem Imperator optare solitus est, quotiens Serenissimo Principi quondam Domino Ladislao Regi, predecessori nostro, in petitionibus suis justis reluctatus est. Vestra Fraternitas non ignorat, quotiens genitorem nostrum felicis recordationis frustrata spe deduxit, quo-

Digitized by Google

tiens et nos pulsati ab eo, nunc per Fraternitatis Vestre, nunc per aliorum media pacem cum eo habere quesivimus, Fraternitas Vestra non ignara omnium est, Sed nihil aliud unquam apud eum consequi potuimus, nisi ut apparatus nostros et provisiones, quos contra eum ad prosecutionem justicie nostre institutos sentiebat, arte quadam sua solita colluderet et frustraret effectu. Id et modo actum esse credimus. Verum quicquid factum sit, nos scire expedit. Rogamus igitur Fraternitatem Vestram, ut de his rebus omnibus, que inter Imperatorem et ipsum Archiducem Albertum acta sunt, vel etiam si nihil finaliter conclusum est, et que sit intentio et voluntas Imperatoris in his rebus nobiscum agendi et concludendi, velit nos plene facere certiores, ut tandem habita informatione super his a Vestra Fraternitate, latius et clarius valeamus vobis respondere, in eum finem, ne de cetero aliquibus artibus vel dilationibus Imperatoris vel suorum consiliariorum nobis noceatur. Valeat Fraternitas Vestra pro voto. Datum in Gynges, quartodecimo die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Ad mandatum Domini Regis
Nicolaus Bodo prepositus
Cancellarius.

Palacky közléséből.

CCCXXVI.

Mátyás király azon összeg pénzt, mellyben némelly Bács megyei Gwzew, Chalaz, Alch és Obáncha helységekbeli részjószágok és tartozandóságaik Csekei Porkoláb Tamásnál zálogban voltak, miután említett Porkoláb Tamás örökösök nélkül

Digitized by Google

meghalván, a mondott összeg a királyi felségre szállott, anyjának Erzsébetnek ajándékozza, megengedvén hogy a mondott részjószágokat mind addig birhassa s használhassa, míg azoknak örökösei az említett összeget teljesen le nem fizetik. Kelt Budán december 18-dikán 1461.

Relatio Ladislai de Dombo
Magistri Camere Regie.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie conmendamus tenore presencium significantes quibns expedit universis. Quod nos ad peticionem Illustris Domine Elizabet Genitricis nostre carissime per eam nostre Maiestati propterea factam. Illam summam pecunie pro qua porciones possessionarias in possessionibus Gwzew Chalaz Alch et Obancha vocatis, ac eorundem pertinentiis in Comitatu Bachiensi existentes habite apud condam Thomam Porkolab de Cheke in pignore exstitissent, et que Summa pecunie, mortuo ipso Thoma Porcolab sine Heredibus, ad nostram Maiestatem pertinere dinoscitur, rebus sic se habentibus dicte Genitrici nostre dedimus et donavimus, ijmmo damus et donamus, annuentes eidem et concedentes, ut ipsa dictas porciones possessionarias in dictis possessionibus et eorundem pertinenciis habitas pro prefata Summa pecunie, pro qua apud condam Thomam Porcolab in pignore extiterunt, tamdiu tenere possidere, et gubernare, ac proventus eorundem percipere valeat quousque eidem per illos quos perpetuitas eorum concernit, de premissa Summa pecunie satisfactum fuerit quoad plenum. Salvo Jure alieno Harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante. Datum Bude feria sexta proxima post festum beate Lucie virginis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo primo.

A budai kamara levéltárából.

Digitized by Google

CCCXXVII.

Mátyás király Pozsony városa panasza következtében az országban létező minden királyi harminczadosoknak keményen megparancsolja, hogy a pozsonyi polgároktól azoknak a magyar királyoktól nyert szabadalmaik ellenére harminczadot venni s őket e miatt személyeikben vagy vagyonaikban gátolni, háborgatni, vagy károsítani ne merjék. Kelt Budán január 5-dikén 1462.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Tricesimatoribus nostris ubilibet in hoc Regno nostro Hungarie nunc constitutis et in futurum constituendis Salutem et gratiam. Venientes nostri in presentiam fideles nostri prudentes et Circumspecti Martinus Gailzam et Petrus Pellifex Cives Civitatis nostre Posoniensis suis et fidelium nostrorum prudentium et circumspectorum virorum Judicis et Juratorum Civium eiusdem Civitatis nostre Posoniensis nominibus et in personis Maiestati nostre exponere curarunt per modum gravis querele. Quod qnamvis ipsi per divos Reges Hungarie nostros scilicet predecessores vigore efficacissimorum literalium instrumentorum et privilegiorum superinde confectorum per nostram quoque Maiestatem ipsis confirmatorum a solutione tricesimarum ubique intra ambitum huius Regni nostri tam in terris quam super aquis exigi solitarum exemti sint, et supportati habeantur, tamen vos non curatis huiusmodi privilegiis et libertatibus eorum per divos Reges Hungarie eisdem gratiose datis et concessis, super eosdem Tricesimas extorqueretis et extorqueri faceretis in preiudicium et dampnum derogamenque jurium eorundem exponentium valde magnum. Et cum nos sicuti unumquemqne Regnicolarum nostrorum, sic non minus predictam Civitatem nostram Posoniensem et per consequens Judices et Juratos Cives ac totam

Digitized by Google

Communitatem eiusdem Civitatis nostre Posoniensis in suis justis juribus et libertatibus conservare velimus. Ideo fidelitati vestre et cuilibet vestrum harum serie firmiter committimus et mandamus quatenus receptis presentibus dum et quando ac quotiescunque a modo deinceps prefati Judices et Jurati cives ac inhabitatores dicte Civitatis nostre Posoniensis vel eorum alter cum rebus et bonis eorum ad loca hujusmodi tricesimarum nostrarum, pervenerit seu pervenerint, extunc ab eis vel aliquo eorum aliquas tricesimas petere, vel exigere, aut eosdem, vel aliquem eorum ratione non solutionis hujusmodi tricesimarum in personis rebusque et bonis eorum nullo unquam tempore impedire molestare aut quovismodo dampnificare presumatis et neque sitis ausi modo aliquali gratie nostre sub obtentu. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in Vigilia epiphaniarum Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Secundo.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXXVIII.

Mátyás király anyjának Erzsébetnek kérelmére s ugyanannak udvara díszesebb tartására minden királyi jogát, melly netalán az az által birt Györgye, Bajmak, Napfény (ma *Nagyfény*)***, Csontafejér*** (ma *Csantavér*)***, Budakuta, Pacsér Csongrád megyei falukban, Kölestartó, Páli, Kétfülü, Likasegyház, Thereth ugyanazon megyei pusztákban, valamint Okor, Kerekegyház, Nagy-Bajcs, Fi-Bajcs, Himesegyház, Kewkewr, Wizethwrol Bács megyei helységekben, és Hegyesthwrol* (ma *Hegyes*)*, Ákosthwrol és Feyefakathwrol ugyanazon megyei pusz-***

Digitized by Google

tákban lappangana, minden hasznonvételeikkel és tartozandóságaikkal együtt annak adományozza. Kelt Budán február 16-dikán 1462.

Relatio Johannis Pongracii de Dengeleg Vaywode Transilvani.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium quibus expedit universis. Quod nos tum ad instantem supplicacionem Illustris Domine Elisabeth Genitricis nostre carissime per eam nostre propterea porrectam Majestati, tum vero pro Decenciori et ornaciori statu ac conservacione familie sue, totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in possessionibus Gywrge, Baymok, Napfén Chontafeyér, Bwdakwtha, Pachyr, ac predictis Kewlestharlo, Palij, Kethfijlew, Lykaseghház et Thereth vocatis in Chongradiensi, item Okor, Kerekeghaz, Naghbaych, Fybaych, Hymeseghaz, Kewkewr et Wyzethwrol, ac similiter prediis Hegyesthwrol, Akosthwrol, et Feyefakathwrol appellatis in Bachiensi Comitatibus existentibus et habitis, apud manus ejusdem domine Genitricis nostre ut dicitur pacifice existentibus qualitercunque haberemus et nostram ex quibusvis causis modis et racionibus concernerent Majestatem simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatem et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis memorate Domine Elizabeth Genitrici nostre dedimus, donavimus, et contulimus ijmo damus donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, Salvo jure alieno. Harum litterarum nostrarum vigore et testimonio mediante, quas dum nobis in specie reportate fuerint in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum

Digitized by Google

Bude feria quarta proxima post festum beati Valentini Martyris; Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Az anspachi levelek közől.

CCCXXIX.

Mátyás király Csanád megyei Nagy-Lak helységét azon hű szolgálatokért, mellyeket Cserei Balázs fia László udvarnok és Csemei István fia Péter allovászmester előbb a magyar szent koronának utóbb neki magának tettek, minden tartozandóságaival együtt, királyi kezekből, említett Cserei Lászlónak és Csemei Péternek adományozza. Kelt Váczon april 9-ikén 1462.

Commissio propria Domini Regis.

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitatibus, et fidelibus servitiis fidelium nostrorum Nobilium Ladislai Filii Blasii de Chere Aulici nostri, et Petri filii Stephani de Csemhe Vice Agazonum nostrorum Regalium Magistri, per eos primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, tandemque Majestati nostre, cum summa fidelitatis constantia locis debitis, et temporibus oppurtinis exhibitis, et impensis, possessionem nostram Nagh laak vocatam in Comitatu Chanadiensi existentem, et habitam, simul cum cunctis suis utilitatibus, et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis, et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, sylvis, rubetis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque pro-

Digitized by Google

montoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarum decursibus, molendinis, molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet utilitatum, et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis memoratis Ladislao de Chere et — — — Chemhe ipsorumque Heredibus et posteritatibus universis animo deliberato, et ex certa nostra Majestatis scientia de manibus nostris Regiis dedimus, donavimus, et contulimus, imo damus, donamus et conferimus, Jure perpetuo, et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, salvo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Vacie Sabbatho proximo ante Dominicam Ramis palmarum Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Szabolcs megye levéltárából.

CCCXXX.

Mátyás király tudatván Pozsony városával, hogy rövid időn megindulni szándékozik a törökök ellen, megparancsolja annak, hogy ezen levele vételével rögtön küldjön bizonyos ágyukat kocsin lovakkal, lőporral és ágyumesterrel Váradra, hol maga is nem soká jelen leend; a várost egyszersmind biztositván, kogy a táborozásból visszatértével ezen ágyukat, kocsit és lovakat vissza fogja küldeni. Kelt Budán julius 2-dikán 1462.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti Fideles nobis sincere dilecti. Sciant vestre fidelitates quod nos brevibus diebus cum Dei adjutorio contra sevissimos Turcos cristiani nominis inimicos exercitualiter profecturi sumus. Cum autem ingeniis bellicis plurimum indigeremus. Ideo Fidelitatem vestram requirimus serie presentium nichilominus committentes, qnatenus statim visis presentibus certos hofnyczas per currus portabiles per unum currum simulcum equis ipsum currum trahentibus, nec non pulveribus et magistro earundem citissime ad Civitatem Waradiensem transmittere debeatis, nec in hisce moram aliquam faciatis. Quoniam et nos in brevi in ipsa Civitate Waradiensi personaliter constituemur. Certi autem estote, quod postquam de dicto exercitu nostro, volente Deo reversi fuerimus, statim fidelitati vestre hujusmodi hofnyczas simulcum dictis curru et equis remittemus. Secus non facturi. Datum Bude in festo visitationis beate Marie virginis Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Kivülről. Prudentibus et circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus ac toti communitati Civitatis nostre posoniensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXXXI.

Mátyás király Pozsony városának meghagyja, hogy bizonyos szükségleteit, mellyeket Ernesst János budai polgár a neki átadott lajstrom szerint kijelel, Bécsben azonnal vásárol-

Digitized by Google

tassa meg, s a legsebesebben küldje Budára Ernesti kezéhez, hogy ez azokat utána küldhesse; biztositja egyszersmind a várost, hogy budavári udvarbirája Bessenyei Bertalan deák által ezen tárgyak árát hiány nélkül ki fogja fizettetni; kötelességévé teszi végre a városnak, hogy e tárgyban teendő intézkedéseiről őt ezen levél vivője által tudósitsa. Kelt Budán julius 3-dikán 1462.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis sincere dilecti. Certe res et attinentie ad presens Majestati nostre sunt necessarie, quas nobis fidelis noster circumspectus Johannes Ernesth Civis Civitatis nostre Budensis in suo Registro clare declarabit. Quare fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenns statim receptis presentibus prefatas res et attinentias secundum continentiam ipsius Registri per prefatum Johannem Ernesth, vobis missi in Civitate Vienna disponatis et ematis, ac citissime huc ad Budam ad manus prefati Johannis Ernesth destinare et cum eisdem ita festinare debeatis ut easdem res post nostram Maiestatem transmittere idem Johannes valeat, commisimus enim Fideli nostro Egregio Bartholomeo literato de Bessenew provisori curie castri nostri Budensis ut ipse pretia hujusmodi rerum pro quibus easdem disposueritis, vobis plenarie exsolvat, et quidquid in premissis feceritis per latorem presentium Maiestati nostre rescribatis. Secus non facturi. Datum Bude secundo die visitationis beate Marie Virginis Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Kivülről. Prudentibus et circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

CCCXXXII.

Mátyás király Sárosfalvi Nehéz Mihály udvari kamarását és testvéreit Györgyöt és Istvánt, az ellenök Bazthei Benedek által indított perben hozott ítélet következtében Farkasd, Jathó, Király, Pethőfalva, Hetmy és Weneeze Nyitra megyei, valamint Korompa, Spacza és Szentmihályfalca Pozsony megyei helységekbe a budai káptalan által ujra igtattatni parancsolja. Kelt Budán julius 6-dikán 1462.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Budensis Salutem et gratiam Noveritis quod cum Sabbatho proximo post festum Nativitatis Beati Joannis Baptiste proxime preterito hic Bude Fidelis noster Egregius Petrus Nehez de Ssarosfalwa, Aule nostre Cubicularius In facto possessionum FarkazdJathow, Kyral, Petbewfalwa Hethmy, et Wenecze in Nittriensi, ac Korompa, Espacza, et Zenthmihalffalwa, in Posoniensi Comitatibus habitarum, vnacum Nobilibus Dominibus Katherina Petri Forgacz, ac Anna Benedicti de Prona consortibus et puella Sophia vocata filia condam Anthony Farkas coram nostra Speciali presentia, pro concordia constituti fuissent Tunc Georgius filius Benedicti de Bazthe, Eumdem Petrum Nehez coram nostra Speciali presentia facie ad faciem reponens a detentione predictarum possessionum se que in dominium earumdem quomodocunque intermissione, Juxta Regni nostri consvetudinem legittime prohibuit, Ipse autem Petrus nolens huiusmodi personalem prohibitionem tacite subaudire, ne temporum in eventu, sibi in hoiusmodi Juribus suis nocumentum euenire possit Aequale per eandem nostram specialem presentiam Judicium et Justitiam in eadem preberi postulauit Nosque cum vtrarumque partium Allegationes, contra sese obiectas audivissemus commisimus eidem Georgio Actori, vt infra trium dierum spatia, literas suas

Digitized by Google

et Jura sua, quibus mediantibus pretactas possessiones Juxta prohibitionem prenotatam, suas fore declarare posset producere teneretur, Ipso si quidem tertio die instante, prefatisque Georgio ex vna, ab alia vero partibus Petro Nehez in eandem nostram specialem presentiam personaliter redeuntibus, prefatus Georgius Actor quasdam literas nostras Donationales absque vlla Statutione ad Relationem Domini Gubernatoris Bude predicta feria tertia proxima ante festnm beati Gregory pape in Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo preterito Eidem nostre speciali presentie demonstrauit in quibus inter alia Idem continebatnr, Quomodo nos consideratis fidelitatibus et fidelium seruitiorum meritis annotati Petri Nehez nec non Georgy de Korompa ac eiusdem Georgy et Petri filiorum predicti Benedicti de dicta Bazthe per ipsos nobis exhibitorum prescriptas possessiones, Farkasd et Jathow que condam Anthony fily Nicolai de Eadem Farkasd prefuissent, sed per defectum seminis eiusdem ad nostram Maiestatem devoluta exstitissent eisdem Petro Nehez ac utrisque Georgio et alteri Petro de Bazthe in perpetuum contulissemus Saluo Jure alieno. Quibus exhibitis Idem Georgius Allegauit eomodo quod prescripte possessiones ipsum et annotatum Petrum fratrem suum vigore pretacte nostre Donationis dumtaxat, eo Jure quo Ipsum Petrum Nehez vnanimiter concernerent et sic pretactam concordiam, absque voluntate ipsorum minime facere valeret possessionibus in eisdem, Quo audito Idem Petrus Nehez, similiter personaliter in eandem nostram specialem presentiam, exurgens respondit ex aduerso, Quomodo ipse tam prescriptas possessiones, Farkasd, Jathow, quam etiam alias predictas possessiones non vigore prescripte litere nostre Donationalis, sed mediantibus alijs literis nostris, similiter Donationalibus sed et literis statutoriis exinde iuxta Regni consuetudinem emanatis possideret, et eisdem vteretur, rationeque huiusmodi statutionis per ipsum statutionis per ipsum facte (igy!) cum eisdem Dominabus et puella eoquod tempore ipsius statutionis in faciebus earumdem possessionum, coram nostro et vestro hominibus sibi contradixissent, prescriptam concordiam facere et, et celebraret, et ibidem in horum verborum suorum compro-

Digitized by Google

bationem easdem literas nostras Donationales ad propriam commissionem nostram Bude predicto Sabbatho proximo ante festum Pentecostes proxime preteritum confectas eidem nostre speciali presentie presentavit inter alia idem continentes Quod nos consideratis fidelitatibus, et fidelium servitiorum meritis eiusdem Petri Nehez per ipsum Maiestati nostre exhibitis, predictas possessiones Farkasd, Jathow, Spacha et Krompa, ac alias supra nominatas, que condam Georgij et Anthonij Farkasd de dicta Farkasd, ac alterius Georgij Thwrek filii Nicolai de dicta Korompa prefuissent, sed per defectum seminis eorumdem ad Sacram Coronam Regni nostri, et nostram Maiestatem deuolute essent eidem Petro Nehez et per eum Georgio et Stephano de eadem Sarosfalwa fratribus suis carnalibus, et ipsorum heredibus Jure perpetuo contulissemus Saluo Jure alieno. Quibus quidem vtrisque literis nostris Donationalibus per easdem partes coram eadem nostra speciali presentia in alterutrum exhibitione facta, ac eisdem per eandem nostram specialem presentiam superinde Judicium et Justitiam elargiri postulantibus, licet in dicto Anno Domini millessimo quadringentesimo quinquagesimo octauo ob merita et seruitia eiusdem Petri Nehez, ac prefati Georgij actoris prescriptas possessiones Farkasd, et Jathow, ac alias prenominatas eisdem Petro et Georgio modo premisso in perpetuum contulerimus, tamen quia, idem Georgius Actor de Jure Regni nostri super eisdem possessionibus nullam Statutionem intra anni revolutionem fecisset, Consuetudo autem Regni nostri id exsposcit ut quicumque infra anni reuolutionem se in Dominium quarumcumque possessionum per Regiam Maiestatem cuipiam donatarum legitime statui facere obmiserit talis Donatio Regia nullius erit vigoris et munimenti, prefatus etiam Petrus Nehez demum in predicto Sabbatho ante festum pentecostes cuius scilicet annus nondum expirasset easdem possessiones a nostra Maiestate post mortem dicti condam Georgy Farkas, ad quem tempore predicte nestre donationis prioris possessiones antedicte condescendi debuissent, sibi ipsi et antedictis suis fratribus impetrasset, seque in ipsas juxta Regni nostri consuetudinem in Dominium carumdem legitime statui fecisset, Et Ideo rationibus ex

Digitized by Google

premissis prescriptas literas nostras priores Donationales irritas et inanes fore declarando, et pronuntiando, pretactas vniversas possessiones simul cum cunctis earumdem vtilitatibus et pertinentys quibuslibet, memoratis Petro Nehez, ac Georgio et Stephano fratribus suis premisso nostre donationis vigore adiudicando et restatutionem committendo, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, Quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Georgius de Zenthgwrgh, aut Michael de Chwz, vel Nicolaus de Thorda, alys absentibus homo noster de Curia nostra ad id transmissus ad facies prescriptarum possessionum, Farkasd, Jathow, Kyral, Pethaffalwa, Hethmy, Wenecze, Korompa, Spacza et Zenthmihalffalwa vocatarum, vicinis et commetaneis earumdem inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo restatuat easdem eisdem Petro Nehez, ac Georgio et Staphano ipsorumque heredibus vniuersis premisso nostre donationis titulo ipsis incumbente perpetue possidendas contradictione dictorum Petri et Georgii de Basthe, ac aliorum quorumlibet non obstante, et posthec huiusmodi possessionaria restatutionis seriem prout expediens fuerit cum proprys et possessionum predictarum restatuendarum nominibus ad octauas festi Beati Georgij martiris proximo venturas Itidem nostre speciali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude predicto decimo die termini prenotati Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo secundo.

Egy régi szinte egykorú másolatból.

CCCXXXIII.

Mátyás király meghagyja Pozsony városának, hogy az általa némelly ügyekben hozzá küldött Czobor Mihálynak, anyja

Digitized by Google

Erzsébet udvarmesterének, mindenben, mit az ő nevében előadand, tökéletes hitelt adjon. Kelt Budán július 15-ikén 1462.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis sincere dilecti Misimus ad vos hunc fidelem nostrum Egregium Michaelem Czobor Senescalcum Illnstris Domine Elizabeth Genitricis nostre carissime, in certis factis et negotiis nostris, de mente nostra plene informatnm. Rogantes Fidelitates vestras, vobis nichilominus committentes, quatenus dictis et relatibus prefati Michaelis Czobor, que vobis nomine nostro retulerit, fidem creditivam adhibere velitis. Secus non facturi. Datum Bude feria quinta in festo divisionis Apostolorum Anno Domini millessimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Kivülről: Prudentibus et circumspectis viris Judici Juratis ceterisque Civibus et toti Communitati Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXXXIV.

Mátyás király előadván, hogy Fridrik császárral a korona kiadása iránt az egyesség megtörtént, de neki azért tetemes összeg lesz fizetendő, mellyre az ország nagyai, sőt maga a bosnya király és Raguza városa is tetemes ajánlatokat tettek, értesíti Kassa városát, miszerint ő ennek következtében a királyi városokat is megróvni szükségesnek látta, különösen pe-

Digitized by Google

dig rá 5000 forintot vetett; mire nézve meghagyja neki, hogy ezen összeget a fejérvári prépost kezéhez, kit egyenesen e végből küld hozzá, minden haladék nélkül fizesse le. Kelt Szegeden augustus 10-dikén 1462.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hnngarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti viri fideles nobis sincere dilecti. A principio felicis regiminis nostri semper precipua cura nostra illa fuit, ad hocque dies noctesque in vigilijs duximus, ut sublatis de medio omnibus dissensionibus atque guerris, que totam rem publicam Regni nostri multis ab annis turbabant, Sacram Coronam atque antiquas metas ejusdem Regni nostri in manus alienas dudum deventas recuperaremus, Regnumque hoc pace guvernaremus. Eoque tandem validiores et potentiores ad resistendum Turcis qui non solum hoc Regnum nostrum sed pariter cum eo Sacram fidem et religionem nostram naturali quadam persecutione impugnant, redderemur. Verum cum in hys labores faceremus et majorem diligentiam nostram pro rectificatione certarum Civitatum nostrarum et metarum, quas in illis partibus superioribus Regni nostri aliene quedam manus tenent, apponeremus, Intervenerunt etiam certi tractatus et conclusiones in facto prefate Sacre corone cum Domino Friderico Romanorum Imperatore habiti, ut Idem Dominus Imperator habita summa quadam secundum dictam conclusionem eandem sacram coronam nobis reddere paratus esset, in quibus rebus prelati et barones ac nobiles Regni nostri pridem Bude congregati considerantes facultatem nostram minime posse sufficere, ultro et bene nostris ad hanc rem convenerunt, et non solum ipsi sed etiam Fidelis noster Illustris *princeps* Stephannus Rex Bozne et Civitas nostra Ragusina et multe *alie* in longinquo posite nobis notabiliter subvenerunt. Itaque ut tanta res qui non parvo labore et disiderio multorum in hunc finem deducta est effectum sorciatur, Ne vel incurie vel negligentie ab aliquibus possit tandem imputarj, decrevimus etiam a Civi-

Digitized by Google

tatibus nostris Regalibus juvamen in pecunia ad banc rem exigere et inter alias ad vos et totam communitatem illius Civitatis nostre Cassoviensis summam quinque millium florenorum auri imposuimus. Quamobrem fidelitatem vestram rogamus eidem committentes, quatenus statim et incontinenti visis presentibus considerata auctoritate illa que non solum vobis sed toti Regno ex rebus premissis accedit, prefatam summam quinque millium florenorum auri super prefatam communitatem ipsius Civitatis nostre plene exigere et exactam manibus huius fidelis nostri Venerabilis viri Domini prepositi Ecclesie beati Nicolai Confessoris extra muros Civitatis nostre Albensis fundate etc. quem pro hac re illuc ad vos misimus integre dare et assignare debeatis. Clarius mentem nostram ad banc rem dicet vobis idem Dominus prepositus; cujus verbis et dictis tamquam nostris credatis, et ea que nostro nomine vobis dixerit ad effectum perducatis. Datum Zegedini in festo beatj Laurentij martiris Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis Ceterisque Civibus et toti communitati Civitatis nostre Cassoviensis Fidelibus nostris sincere dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CCCXXXV.

Ábrahám esztergomi őrkanonok és több kanonok társai Erzsébetnek, Mátyás király anyjának, nyugtatványt adnak 16 arany forintról, mellyeket az az esztergomi káptalannak Buda és Szent-Pál között a nyéki út mellett fekvő lakházának árában

Digitized by Google

kifizetni tartozott és le is fizetett. Kelt Budán. septembcr 29-dikén 1462.

Nos Abraham Custos Michel de Gyarmath Blasius de Nijgeiz ac Damianus de Sok alijque Canonici ecclesie beati Stephani prothomartirls de Castro Strigoniensi recognoscimus et fatemur, recepisse a Serenissima domina Elizabeth Genitrice Serenissimi principis et domini nostri domini Mathie Regis Hungarie etc. pro precio nostre domus videlicet Allogij inter Budam et sanctum paulum penes viam Nyek situm et constructum, quod Allogium dicta domina Elizabeth inhabitat sew inhabitari facit, sedecim florenos auri puri levasse et habuisse, quos prefata Serenissima domina Elizabeth in festo beati Michaelis Archangeli persoluere tenebatur, racione quorum iamdictam dominam hac vice quitam reddimus et modis omnibus absolutam vigorem per presencium Datum Bude in festo beati Michelis Archangeli Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Az anspachi levelek közől.

CCCXXXVI.

Csernacodai Egyed, Nagy-Bégányi Miklós, Lónyai András, a Beregh megyei ispánok helyett, kik mint Erzsébet Mátyás király anyja házi emberei ezen dologban érdekelve vagynak, kinevezett királyi biztosok, valamint Gecsei Márton, Hetei Ferencz, Homoki Balázs és Bégányi László az emlitett megye szolgabirái jelentést tesznek Mátyás királynak arról, hogy 1463. január 3-dikán kelt parancsának értelmében Ilosvai Karácson Lászlót a megyei törvényszék rendes helyére Beregszász

Digitized by Google

városába idézték, hol a törvényszéki ülésre január 24-dik napján a mondott Karácson László meg nem jelent ugyan, de az ellene panaszt tevő Szilágyi Erzsébet személyében Keszi Balázs deák munkácsi várnagy megjelenvén, Pósaházi Bereczk királyi ember és a leleszi convent küldöttje András, mint hiteles bizonyság és a kikiáltott gyülés-alakban összehivott Beregh megyei nemesség előtt a munkácsi vár urodalmával határos birtokosokat a keresztre megesketvén, a királyi parancsban előadott hatalmasság iránt kihallgatták, kik is bizonyságot tettek arról, hogy említett Ilosvai Karácson László Szilágyi Erzsébet munkácsi urodalmi jobbágyainak a várhoz tartozó és az ország széléig terjedő makkos erdőkre hajtott sertéseit erőhatalommal elhajtatván, saját birtokában Ilosván megtizedelte; minek következtében a királyi parancs értelmében a mondott hatalmaskodót az említett erdők birtokából kivetvén, abba Erzsébetet, a király anyját, visszahelyheztették, a királyi ember pedig a káptalani bizonysággal együtt Ilosvai Karácson Lászlót a közelebbi Szent-György napi nyolczadokra a királyi személynök elébe saját birtokában Kisfaludon megidézték. Kelt január 28-dikán 1463.

Serenissimo Principi domino Mathie dei gratia hungarie dalmatie Croacie etc. Regi domino eorum gracioso. Egidius de Charnawoda, Nicolaus de Nag Began et Andreas de Lonya Comites in causa Commissariorum, nec non Martinus de Gecze feris de hethe Blasius de homok et Ladislaus de Begun Judices nobilium Comitatus de Berek seruicium continuum perpetua cum fidelitate, literas vestre Serenitatis ex propria commissione eiusdem vestre maiestatis patenter confectas preceptorie nobis loquentes honore et reuerencia quibus decuit recepimus iu hec verba: Mathias dei gracia hungarie dalmacie Croacie etc. Rex, fidelibus nostris nobilibus Egidio de Charnawoda, Nicolao de Nag Began et Andrea de Lonya ac Judicibus nobilium Comitatus de Berek salutem et graciam, In persona Illustris domine Elizabeth genitricis nostre carissime expositum extitit Maiestati. Quod licet inhabitatores Castri et Opidi sui Munkacz vocatorum in dicto Comitatu de Berek existencium Siluas glandinosas

Digitized by Google

a dicto Castro usque ad metas Russie et Sugopatak semper et ab antiquo pacifice et absque vlla contradiccione possedissent et vsi fuissent, Tamen nunc videlicet in anno cuius nondum preteriisset reuolucio nobilis vir Ladislaus Karaczan de Iluswa, nescitur quo ductus spiritu vniuersos porcos populorum et Jobagionum predicte Genitricis nostre in opidis lompthzaza, Berek, Warij Wijfalu, deda, Janosy commorancium, quas predicti populi et Jobagiones sui pro impinguacione ipsorum porcorum ad siluas glandinosas in pertinencijs predicti castri Munkacz pepulerant, annotatus vero Ladislaus Karaczan de Iluswa nocte in silencio manibus armatis et potenciarijs more predonico ad pastores predictorum porcorum irruens ipsosque cum eorum vniuersis porcis ad propriam suam habitacionem Iluswa vocatam asportauit, ibique vniuersos porcos minus iuste et indebite ac sine lege decimauit, hijs non contentus vniuersos porcos certarum prouinciarum qui causa impinguacionis ad siluam glandinosam more alias consueto ad pertinencias Castri pepulerant decimari fecit minus iuste et indebite, In quibus mille et ducentorum florenorum auri intulisset damna potencia mediante in preiudicium et damnum dicte domine exponentis valde magnum, licet prosecucionem (similium) causarum Comiti vel Vice Comiti dicti Comitatus de Berek mandare consueuerimus, Tamen quia Comes vel Vice Comites illius Comitatus familiares annotate domine nostre Genitricis existentes, igitur mandare eis non conuenit, executionemque premissorum per vos volumus. Suplicatum itaque exstitit nostre maiestati pro parte annotate exponentis ut eidem circa premissa de condigno Juris remedio prouidere dignaremur, et quia nos huiusmodi inhibiciones ac siluarum occupaciones, decimas *porcorum, inuasio*nis actus potenciarios per quempiam *Regnicolarum* nostrorum comitti et patrari commissosque et patratos *s*impliciter et impune pertransire nolumus. Igitur fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus agnita presencium noticia vniuersis Vicinis et Cometaneis dictorum Castri et Opidi Munkacz ceterisque nobilibus comprouincialibus dicti Comitatus quibus decet et licet ad vnum certum et breuem terminum sedis vestre iudiciarie per vos ipsis partibus prefigendum more proclamate

Digitized by Google

congregacionis generalis vestri in presenciam simul connocatis ab eisdem ad fidem eornm deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro Regio dyademati obsernandam tacto insuper dominice crucis signo penes eos coram vobis ac Simone, vel Thoma, aut Michaele, sin Brictio de Posahaza alijs absentibns homine nostro de Curia nostra Regia speciaiiter ad id transmisso et Testimonio Conuentus ecclesie de Lelez, quem per ipsum Conuentum ad id presencium serie transmitti iubemus, partibus eciam predictis vel eorum legitimis procuratoribus ante octo dies diei seu termini inquisicionis veritatis premissarum ac executionis exhinc fiende per vos ut prefertur eisdem partibus prefigendum, per vnum ex vobis puta Judicem nobilium in aliqua possessione seu possessionum porcionariarum parcium earundem illac legitime conuocatis et accersitis ac presentibus prestando meram plenam ac omnimodam de premissis sciatis, inquiratis et experiamini certitudinis veritatem, et si ex huiusmodi vestre veridictis attestacionibus dictorum vicinorum et Commetaneorum et nobilium Comprouincialium dicti Comitatus prescriptas siluas ac decimas porcorum per annotatum Ladislaum Karaczon de Iluswa e manibus dicte domine exponentis termino in predicto in anno cuius nondum preteriisset reuolucio minus iuste et indebite occupatas ac prescripta damna ad mille et ducentos florenos auri se extendencia illata et irrogata fore compereritis, extunc vlteriori mandato nostro superinde non expectato excluso prius et eiecto prefato Ladislao Karaczon de Iluswa de dominio earundem siluarum, rursus et iterum prefatam dominam in dominium earundem introducere et easdem eidem restatuere reintroducere in eisdem contra quoslibet illegitimos impetitores, et signanter aduersus prefatum Ladislaum et alios predictos protegere, tueri, et defensare debeatis nostre maiestatis in persona et auctoritate presentibus vobis in hac parte attributa, et iusticia mediante. Nichilominusque idem homo noster pro premissis actibus potenciarys ac damnis ad mille et ducentos florenos auri se extendentibus presente testimonio annotati conuentus ecclesie de Lelez memoratum Ladislaum de Iluswa euocet contra annotatam dominam exponentem ad octauas festi beati Georgij martiris nunc venturas nostram perso-

Digitized by Google

nalem in presenciam racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsas non obstante insinuent ibidem eidem, ut sive ipse octauis in premissis coram eadem nostra speciali presencia compareat sive non, eadem ad partis exponentis instanciam id faciet in premissis, *quod Juri* videbitur expediri. Et post bec buiusmodi *rescite veritatis* premissorum et attestacionis, euocacionisque *insinuacionis seriem* cum proprijs et possessiouum attestancium et euocatorum nominibus ut fuerit expediens, octanas ad predictas eidem nostre speciali presencie per Vos et dictum Conuentum fideliter rescribi volumus et mandamus presentibus perlectis exbibenti restitutis. Datum Bude feria secunda proxima post festumCircumcisionis domini Anno eiusdem Milesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Nos itaque iuxta earumdem continenciam mandatis Vestre Serenitatis satisfacere volentes ut tenemur, per vnum ex nobis Martinum de Gecze puta Judicem nobilium feria secunda in festo videlicet beati Anthonij Abbatis proximo preterito ad Opidum Zaz vocatum, locum scilicet sedis nostre Judiciarie ante scilicet octo dies diei seu terminum Inquisicionis Veritatis premissorum ac Execucionis exhinc fiende, prefatum Ladislaum Karaczon de dicta Iluswa in porcione sua possessionaria in possessione Kisfalwt habita ad sedem nostram Judiciariam pro audiendis attestacionibus vicinorum et cometaneorum nobiliumque Comprouincialium infradicendorum venire vel mittere — — — — — fecimus. Tandem feria secunda proxima ante festnm conuersionis beati Pauli Apostoli similiter proxime preteritum vt prefertur ad Opidum Zaz vocatum, locum scilicet sedis Judiciarie nostre accersimus vbi ipsis Blasio literato de Kezij Castellano Castri Mwnkacz predicti pro memorata Illustri domina Elizabeth Genitrice Vestre Serenitatis illic adherente, prefato autem Ladislao de predicta Iluswa illuc non veniente — — — — Nos quoque vniuersis Vicinis et cometaneis predictorum Castri et Opidi Munkacz ceterisque nobilibus comprovincialibus Comitatus de Berek quibus decuit et licuit ad vnum certum et breuem terminum Sedis nostre Judiciarie per Nos ipsis partibus prefigendum more proclamate Congregacionis generalis nostri in presenciam insimul conuocatis, vbi

Digitized by Google

coram Brictio homine vestre maiestratis de Posahaza, ac fratre Andrea Presbitero testimonio dicti Conuentus ecclesie de Lelez ab eisdem ad fidem eorum deo debitam, Veritatemque vobis et sacro Vestro Regio dyademati obseruandam, tacto insuper dominice crucis signo per eos coram nobis prestitam de et super factis prescriptis modo subnotato requisitos habuimus. Qui quidem Vicini et cometanei nobilesque Comprouinciales infranominandi per nos modo premisso requisiti de factis prescriptis modo infrascripto attestati extiterunt, nomina vero vicinorum et cometaneorum nobiliumque Comprouincialium infradicendorum attestancium et possessionum eorundem sunt bec: Item Johannes et Stephanus de Fornoz ac Emericus de Kosfalw, Moyses Petrus Johannes Stephanus et Ambrosius, nec non Thomas de dauidhaza, Vicini et Cometanei dictorum Castri et Opidi Munkacz quilibet eorum fassi sunt ex scitu Item Benedictus Georgius filius Martini, Andreas filius Nicolai, Nicolaus filius Andree, et Johannes literatus de Kerepecz consimilter Vicini et cometanei prescriptorum Castri et Opidi Munkacz similiter ex scitu fassi sunt, Quod in anno predicto cuius nondum preteriisset reuolucio, nobilis vir Ladislaus Karaczon de Iluswa nescitur quo ductus spiritu, vniuersos porcos populorum et Jobbagionum predicte Genitricis Vestre in Opidis Lompthaza, Berek, Wary, Wyfalw, deda et Janosy, comorancium, quos predicti populi et Jobagiones sui pro impinguacione ipsorum eorum porcorum ad siluas glandinosas in pertinencys predicti Castri Munkacz pepulerant, annotatus vero Ladislaus Karaczon de Iluswa noctu in silencio manibus armatis et potenciariis more predonico ad pastores predictorum porcorum irruens, Ipsosque cum eorum vniuersis porcis ad propriam suam habitacionem Iluswa vocatam asportauit, ibique vniuersos porcos minus iuste et indebite ac sine lege decimauit, hys non contentus vniuersos porcos certarum prouinciarum qui causa impinguacionis ad siluam glandinosam more alias consueto ad pertinencias dicti Castri pepulerant, decimari fecit, minus iuste et indebite potencia mediante in preiudicium et damnum dicte domine exponentis satis magnum. Et quia semper ab antiquo prescriptos porcos decimales vsque ad metas Russie pacifice ad dictum Ca-

Digitized by Google

strum Munkacz recepissent, Item Michael Thomas et Simon de predicta Posahaza, Georgius Paulus Mathias Michael Osualdus Andreas et Emericus de Komloz cometanei dictorum Castri et Opidi Munkacz ex scitu, Item Benedictus Gregorius Thomas et dionisius Fyzthes de Darocz ex parte possessionis deda pertinencia dicti Castri Cometanei ex auditu, item Nicolaus, Thomas et Johannes de Bulchu modo simili cometanei ex parte Opidi predicti Zaz pertinencia dicti castri similiter ex auditu, Item Nicolaus et Albertus Kerezij ac Ladislaus Sartor de *homok* Nicolaus de Kysguth ex parte possessionis deda Cometanei ex scitu, Item Benedictus Nicolaus, alter Benedictus et Georgius de O Began ex parte possessionis Nag Guth, pertinencia iamdicti Castri vicini et cometanei conformiter quilibet eorum ex scitu fassi sunt pariter et eo modo veluti prenarrati Johannes et Stephanus de Fernez ac alij predicti cometanei fassi sunt et comprobauerunt. Item Anthonius de Kyszwran vice cometanei ex parte iam fate possessionis deda fassus est ex scitu, quod ipse proprijs suis oculis vidisset, vt prefatus Ladislaus de Iluswa prescriptos porcos decimales de tenutis dicti Castri Munkacz indebite abstulisset, Item Matheus et Georgius Nijrij, Valentinus Cbamaz, et alter Georgius Biro dictus de prescripta Gecze Vice Cometanei similiter iamdicti Castri consimiliter ex scitu, item Andreas Michael Blasius et Benedictus de Borsowa nobiles conprouinciales dicti Comitatus de Berek ex scitu, Item Pelbartus Andreas Seromij dictus et Stephanus de Gulaz similiter nobiles comprouinciales euisdem Comitatus ex scitu fassi sunt, quod porcos decimales annotatus Ladislaus de Iluswa abstulisset, metas autem certas eiusdem Castri vsque metas Russie se ignorare retulerunt item Johannes magnus et Petrus de hethe Stephanus Johannes et Benedictus ac Anthonius de Hazabor modo simili nobiles comprouinciales dicti Comitatus de Berek, quilibet eorum conformiter ex scitu fassi sunt sic et eo modo veluti prenominati vicini et Cometanei per omnia comprobauerunt, quibus habitis nos ibidem et eodem die excluso prius et eiecto prefato Ladislao Karaczon de dicta Iluswa de dominio iam dictarum siluarum in easdem rursus et iterum anuotatam dominam exponentem Genitricem vestre Serenitatis reintrodu-

Digitized by Google

ximus et easdem eidem restatuimus coram ipsius scilicet vestre maiestatis homine ac testimonio dicti Conuentus de Lelez, nichilominusque idem homo vestre maiestatis et testimonium dicti Conuentus de Lelez feria tercia in festo scilicet conuersionis beati Pauli Apostoli memoratum Ladislaum de Iluswa in porcione sua possessionaria in dicta possessione Kysfalwt vocata habita contra annotatam Illustrem dominam Elizabeth genitricem Vestre Serenitatis exponentem ad prescriptas octauas festi beati Gregorij martiris nunc venturas, vestre sublimitatis specialem euocauerunt in presenciam, racionem de premissis redditurum efficacem premissa litis pendencia si que foret inter ipsos non obstante, Insinuauerunt ibidem eidem vt siue ipse octauis in predictis coram eadem Vestra speciali presencia compareat siue non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis quod Juri videbitur expediens. Datum quinto die diei Euocacionis, Insinuacionis, et Inquisicionis veritatis antedictorum anno prenotato.

Az anspachi levelek közől.

CCCXXXVII.

Mátyás király anyjának Erzsébetnek pörében, mellyet ez a budai káptalan nyomozó, intő, idéző levelének tartalma szerint február 4-dikén Horogszegi Szilágyi Mihály özvegye Margit, most Alsó-Lendvai Bánfi Pál neje ellen előtte megindítni tartozott volna, az ügy fontosságánál fogva martius 27-kéig haladékot rendel. Kelt Budán február 9-dikén 1463.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. damus pro memoria: Quod causam quam Illustris Domina

Digitized by Google

Elisabeth Genitrix nostra carissima, contra Generosam Dominam Margaretham, Relictam condam Magnifici Michaelis Zylagy de Horogzegh, nunc vero Consortem Magnifici Pauli de Also-Lyndva, juxta continenciam literarum Capituli Ecclesie Budensis Inquisitoriarum ammonitoriarum evocatoriarum et insinuatoriarum super facto in eisdem contento, quinto decimo die ferie sexte proxime ante festum conversionis beati Pauli Apostoli proxime preteriti elapsi, coram nostra personali presencia movere habebat propter arduitatem cause et statu in eodem in quo nunc existit, ad diem dominicum proximum qua cantatur divinum officium Judica duximus prorogandum. Datum Bude quinto die diei prenotati Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

Az anspachi levelek közől.

CCCXXXVIII.

Mátyás király Dombegyháza, Kruppa, Bathonya, Donáttornya, Szenttornya egész helységeit, valamint Kerekegyház és Nagyfalu helységei felét, mind Arad vármegyében a lippai vár tartozandóságaiból kihasitván, anyjának Erzsébetnek udvartartására adományozza. Kelt Budán február 19-dikén 1463.

Relacio Emerici de Zapolya Supremi Thesaurarij Regij.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod nos non tantum ex illa filiali affeccione, et benevolencia, quibus Illustri Domine Elysabeth Ge-

Digitized by Google

nitrici nostre carissime afficimur, quantum illa magis consideracione ducti, ut eadem honori nostro Regio ac statui et conseruacioni Curie sue utilins prouidere possit, possessiones nostras Regales Domeghaz, Krwppa, Bathongya, Donaththornya et Zenthetornya ac medietates possessionum Kerekeghhaz, et Naghfalw vocatarum, omnino in Comitatu Orodiensi existencium et habitarum nunc apud manus nostras pacifice tentas, et ad Castrum nostrum Lyppa pertinentes ab eodem Castro nostro sequestrantes, Memorate Domine Elyzabeth Genitrici nostre, de eisdem manibus nostris Regiis dedimus, donauimus, et contulimns, ymo damus, donamus, et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas, pariter et babendas. Saluo Jure alieno. Harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Quas dum nobis in specie reportate fuerint in formam nostri privilegij redigi faciemus. Datum Bude Sabbato proximo post festum beati Valentini martiris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

Az anspachi levelek közől.

CCCXXXIX.

Mátyás király megparancsolja a leleszi conventnek, hogy Nagy-Dolhai Vajda Mihályt, Alsó-Visói Mandrakozta Pap Miklóst és Dragojesthi Miklóst Mármaros megyében a kohnyai kerületben eső Alsó-Visó helységbe, mellyet ő külön levele által az emlitett Dolhai Mihály hű szolgálatai tekintetéből ennek és általa a fentebb nevezetteknek adományozott, a szokott módon igtassa be. Kelt Budán február 23-dikán 1463.

Digitized by Google

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. Fidelibus nostris Conuentui Ecclesie Sancte Crueis de Lelez, Salutem et gratiam. Cum nos consideratis et attentis multimodis fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis Fidelis nostri Egregii Michaelis Vajda dicti de Nagy Dolha per eum uti didicimus primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie *Corone*, tandemque Maiestati nostre juxta sue possibilitatis *exigentiam* cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, Possessionem nostram Also-Vysso vocatam in Comitatu Maramorosiensi, et Districtu de Kohnya habitam simul cum cunctis ejusdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, memorato Michaeli Vayda dicto de Nagy Dolha et per eum Nikolao Pap Mandra Koztha de Also visso, et alteri Nikola de Dragojesth, Ipsorumque heredibus et posteritaribus universis vigore aliarum Literarum nostrarum Donationalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in Dominium ejusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fide dignum quo presente Michael, aut Petrus de Farkasreue, sive Georgius Vanch de Vanchfalva, neve Iva.i Dyak de Dragomerfalva aliis absentibus homo noster ad facies predicte Possessionis Also Vysso vocate, vicinis, et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo introducat prefatos Michaelem Vayda, ac Nicola Pap de Mandrakozth, et alterum Nikola de Dragojesth iu Dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem simul cun cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse nostre donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum Michaelem Vayda, et alios predictos nostram personalem in presentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et prosthec hujusmodi Introductionis et Statutionis seriem cum Contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et Commetaneorum, qui premisse Statutioni intererunt nominibus, Terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum

Digitized by Google

Bude feria quinta proxima ante Dominicam Invocavit Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo tercio.

Kivülről: Fidelibus nostris Conventui Ecclesie de Lelez pro Egregio Michaele Vayda dicto, et aliis intrascriptis Introductorie et Statutorie.

A leleszi convent levéltárából.

CCCXL.

Mátyás király azon kü szolgálatok és érdemek tekintetéből, mellyeket Dolhai Ambrus részint elődeinek részint neki a törökök és az ország más háborgatói elleni harczokban vérét ontva szerzett, Beregh megyei Kereczke és Kusnicza helységeit, mellyeket még atyjától János beszterczei gróftól nyert volt és maig is békében bír, neki s általa Demeter, György, László, János, Miklós és Péter fiainak új adománnyal adja s egyszersmind az azokban netalán lappangó királyi jogot is neki adományozza. Kelt Budán február 26-dikán 1463.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis Quod nos attentis fidelibus servicijs rebusque Egregie gestis sub diversitate locorum et temporum fidelis nostri Egregij Ambrosij de dolha, Que ipse progenitorum nostrorum et nostris temporibus diu multumque et pro defensione Sacre Regni nostri Corone partim contra Turcos christiani nominis inimicos, partim adversus alios emulos regnum nostrum populantes gessit, Considerantes eciam quod ipse ambrosius sepe numero cum hoste conflixerit et pro honore et amplitudine nostre Maiestatis non solum certamen gloriosum

Digitized by Google

inivit Sed eciam cruenta wunera suscipere et sangvinem habunde fundere non formidavit, volentes igitur subditorum nostrorum quaslibet res memoratu dignas Regali munificencia decorare ut reliqui subditi avidi laudis et cupidi glorie magnum et memorabile factum summa ope aggredi laboresque et rerum omnium industriam ultro suscipere enitantur, possessiones Kwsnijtza *et* Kereczke vocatas iu Comitatu de Bereg existentes et habitas in quarum pacifico dominio Idem ambrosius per certa tempora virtute donacionis condam Illustris domini Johannis de hwnyad Comitis Bistriciensis etc. Genitoris nostri carissimi felicis memorie perstitit persistereque asserit eciam de presenti, Item totum et omne Jus nostrum Regium si quod in dictis possessionibus Kwsnijtza et Kereczke qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibusvis causis vijs modis et racionibus concerneret Maiestatem Simulcum cunctis earundem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, Silvis, rubetis, Nemoribus, virgultis, Montibus, vallibus, vineis, vinearum promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus Molendinis molendinorumque locis, Et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarium suarum integritatibus. quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato ambrosio de dicta dolha et per eum demetrio, Georgio, Ladislao, Johanni, Nicolao et Petro filijs ipsius, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis Nove nostre donacionis titulo dedimus donavimus et contulimus Immo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas Salvo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante Quas in formam nostri privilegij redigifaciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude die Sabbati ante dominicam Invocavit Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo tercio.

Mátyás királynak egy 1471-diki megerősitő leveléből.

Digitized by Google

CCCXLI.

A leleszi convent bizonyságot tesz arról, hogy Mátyás királynak 1463-diki február 26-dikán kelt igtató parancsa értelmében Dolhai Ambrust és fiait: Demetert, Györgyöt, Lászlót, Jánost, Miklóst és Pétert Beregh megyei Kereczke és Kusnicza helységekbe s az azokban netalán lappangó királyi jogba Bilkei Sándor királyi emberrel együtt martius 12-dikén minden ellentmondás nélkül beigtatta. Kelt martius 27-dikén 1463.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris. Blasius prepositus et Conventus ecclesie Sancte crucis de lelez Salutem in salutis largitore ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas Serenissimi principis domini mathie dei gratia regis hungarie dalmatie Croatie etc. Statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba. Matbias dei gratia Rex hungarie dalmatie Croatie etc. fidelibus nostris Cenventui ecclesie Sancte crucis de lelez Salutem et gratiam. Cum nos pro fidelibus servitijs fidelis nostri Egregij ambrosij de dolha, per eum nobis ac Sacre Regni nostri hungarie Corone sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessiones Kwsnijtza et Keretzke vocatas in Comitatu de Bereg exist entes e habitas in quarum pacifico dominio Idem ambrosius per certa tempora virtute donationis condam domini Johannis de hwnyad Comitis perpetui Bistriciensis etc. Genitoris nostri carissimi felicis memorie perstitit persistereque se asserit etiam de presenti, Item totum et omne Jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus Kwsnijtza et Keretzke qualitercunque haberemus aut nostram exquibuscunque causis, vijs, modis et rationi-

Digitized by Google

bus concernerent maiestatem, Simulcum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato ambrosio de dicta dolha et per eum demetrio, Georgio, Ladislao, Johanni, nicolao et petro filijs ipsius ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum exinde confectarum, Nove nostre donationis titulo imperpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium dictarum possessionum et Jurijs nostri regij in eisdem babiti per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci. Ideo fidelitati vestre mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Sandor de Bijlke, vel Stephanus de Ralkotz, aut alter Stephanus de lijpse, sin Johannes Garzo de dicta Bijlke alijs absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum Kwsnijtza et Kereczke vocatarum Consequenterque Juris nostri regij in eisdem babiti vicinisque et commetaneis earundem in ibi legittime convocatis et presentibus accedendo Introducat Memoratos Ambrosium ac demetrium, Georgium, ladislaum, Johannem, Nicolaum et petrum filios eiusdem in domininm earundem, Statuatque easdem et idem eisdem Simulcum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs premisse nostre donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint Evocet eosdem contra annotatum ambrosium et alios predictos nostram personalem in presentiam ad terminum competentem racionem de premissis reddituros. Et post hec huiusmodi Introductionis et Statutionis seriem cum contradictorum et Evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse Statucioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Sabbato ante dominicam Invocavit Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo tertio. Nos igitur preceptis et mandatis annotati domini nostri regis obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Sandorino de Bijlke homine eiusdem domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem anthonium presbiterum Juniorem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, Qui tandem exinde ad nos reversi nobis

Digitized by Google

voce consona retulerunt, Qnod ipsi in dominica oculi proxime preterita ad facies prescriptarnm possessionum Kwsnijtza et Kereczke vocatarum Comitatu in prescripto existencium, Consequenterque prescripti Juris regij ipsius domini nostri Regis in eisdem habiti vicinis et commetaneis earundem et eiusdem videlicet Johanne Waywoda officiali de Zenthmiklos ac Stephano de Bilke et altero Stephano de lijpse in Ibi legittime convocatis et presentibus accessissent, In quarum et cuius faciebus legittimis et congruis diebus permanentes prefatosque ambrosium de dicta dolha ac demetrium Georgium ladislaum Johannem Nicolaum et petrum filios eiusdem in dominium premissarum possessionum Kwsznitza et Kereczke ac prescripti Juris regij dicti domini nostri regijs introducentes easdemque et Idem, Simulcum prescriptis cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet premisso donationis titulo prefati domini nostri regis eisdem incumbente Statuissent perpetuo possidendas nullo penitus contradictore in ibi apparente. In cuius rei memoriam Stabilitatemque perbempnalem presentes literas nostras privilegiales Sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas, Datum Sedecimo die dei introductionis et Statutionis prenotatarum, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo tertio supradicto.

Mátyás királynak egy 1471-diki megerősitő leveléből.

CCCXLII.

A leleszi convent bizonyságot tesz arról, hogy Mátyás királynak Dolhai Ambrus részére 1463-dik évi február 28-ikán kiadott határjáratő parancsa értelmében Bereg vármegyei Dolha, Kusnicsa, Kereczke, Zadnya, Bronka és Polyána helységek

Digitized by Google

határait Bilkei Sándor királyi emberrel együtt martius 13-dikán kijáratta s kijelöltette. Kelt martius 28-dikán 1463.

Omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris Blasius Prepositus et Conventus Ecclesie Sanete Crucis de lelez, Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire Quod nos litteras Serenissimi principis domini Mathie Dei gratia Regis Hungarie, Dalmatie Croatie etc. reambulatorias nobis directas, honore et reverentia, quibus decuit, accepimus in hec verba. Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris Conventui de Lelez Salutem et gratiam. Dicit nobis fidelis noster Egregius Ambrosius de Dolha, quomodo possessiones sue, Dolha predicta, ac Kusnicza, Kereczke, Zadnia, Bronyka, et Polonya vocate, in Comitatu de Beregh apud manus suas habite, ipsum pleno juris titulo concernentes, legitima reambulatione, ac metarum erectione plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo presente Sthanislaus de Lipse, vel Gregorius de Komlos, aut Thomas de Eadem, sin Sandrinus de Bilke, alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Dolha, Kusnijcza, Kereczke, Zadnya, Bronyka, et Polonya vocatarum vicinis et Commetaneis earundem universis inibi convocatis, et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarijs erigendo, Reambulatasque et ab aliorum Juribus possessionarijs metaliter separatas et distinctas relinquat prefato Ambrosio Jure ipsi incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Evocet ipsos contra prefatum Ambrosium nostram personalem in presentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et posthec huiusmodi possessionum reambulationis et metarum erectionis Seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, Contradictorumque et Evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulationi intererunt nominibus terminoque assignato, nostre personali presentie fide-

Digitized by Google

liter rescribatis. Datum Bude feria tertia proxima post dominicam Invocavit Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri Regis satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Sandrino de Bilke homine ejusdem domini nostri Regis, unum ex nobis videlicet Fratrem Antonium Presbiterum Juniorem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fide dignum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, Quod ipsi feria secunda proxima post dominicam Oculi preteritam, ad facies predictarum possessionum Dolba, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronyka et Polonya vocatarum Comitatu in prescripto existentium, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, easdemque per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarijs erigendo, undique reambulassent, reambulatasque ab aliorum Juribus possessionarijs metaliter separatas, et distinctas prefato Ambrosio de Dolha Jure sibi incumbenti commisissent perpetuo possidendas nullo Contradictore. Mete autem, et cursus metales, quibus ipsi predictas possessiones Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronka, et Polonya ab aliorum Juribus possessionarijs separassent et distinxissent, prout iidem dicti domini nostri Regis, et noster homines nobis expresserunt hoc ordine protenderentur. Quod primo incepissent a parte occidentali, et a parte possessionis Bilke, penes fluvium Sebespataka vocatum, ubi idem fluvius olim cursum habuisset, et idem fluvius caderet in fluvium Borsova, ubi due mete terree antique haberentur, quarum una Bilke et alia Dolha possessionibus predictis metaliter essent separantes, quas de novo renovassent, inde per ipsum flvium Sebespathaka contra meatum ejusdem supra ad plagam septemtrionalem eundo, venissent ad locum, ubi ipse fluvius duplicaretur, et inde in ipsa duplicatione reliquendo ipsum fluvium jungeret quoddam Bercz, et per ipsum Bercz ad eandem plagam pergendo attigissent sylvam Medve Barlaga vocatam, ubi due mete terree antique haberentur, predictisque possessionibus Dolha et Bilke forent distingventes, quas de novo renovassent. Abhinc in eandem plagam septentrionalem venissent ad unum Közbercz

Digitized by Google

declinando ad plagam orientalem attigissent fluvium Kovaczpathaka vocatum, et de illo loco declinando ad eandem plagam orientalem pervenissent ad quendam locum, qui vocatur Uthijath, et abinde de illo loco ulterius procedendo similiter ad eandem plagam orientalem pergendo venissent ad quandam viam, per quam viam itur ad possessionem Ardanfalva, que via venirct de Kereczke, et per illam viam similiter irent ad dictam possessionem Ardanfalva, ubi invenissent quendam fontem a parte Isaak, quem pro meta reliquissent, abhinc de illo fonte tendendo per magnum spatium eundo per eandem Közbércz perveuissent ad quandam viam, que via iret de dicta pessessione Kereczke ad possessionem Zolywa, ubi in vertice montis duas metas terreas erexissent, quarum unam eidem Zolywa, alteram autem Kereczke possessionibus reliquissent, et abinde per magnum spatium eundo pervenissent ad quendam locum qui vulgo Savanyz vocaretur, quem pro meta deputassent, deinde ab illo loco per parvum spatium eundo per Közbercz venissent ad Alpem, qui vocaretur Borsowa havassa, et per Közberz venissent ad verticem Alpis, qui vulgo Naghthethew vocaretur, quem pro meta relinquissent, et de illo loco procedendo per cacumen ipsius Alpis, per longum spatium eundo super, ad orientem pervenissent ad viam, et illam viam modo simili pro meta relinquissent, et de illo loco ulterius procedendo per verticem Alpis, pervenissent ad magnum Lapidem, qui Lapis vocatur Verpelipecz, et ab illo Lapide infra eundo per longum spatium declinando ad dictam plagam orientalem pervenissent ad quoddam Bercz, et illud pertranseundo pervenissent ad quendam rivulum qui vocaretur Bukvecz, et de illo rivulo super ad eandem plagam orientalem pergendo attigissent quendam montem, qui similiter Bukvecz vocaretur, et ab illo monte declinando ad meridionalem plagam pervenissent ad quendam locum, qui vocaretur Zthoss, ubi fluvius Ritska, ibidem fluvium pertransissent, et de illo fluvio ulterius procedendo venissent ad unum montem, et illum montem pertranseundo attigissent, quendam fluvium Thuska, quem pro meta relinquissent, et illum fluvium directe pertranseundo super ad meridiem attigissent quandam viam, per quam viam de dicta possessione Kus-

Digitized by Google

nicza itur ad terram Ruthinorum, qua pro meta reliquissent, et de illa via, recte ad eandem meridiem pervenissent ad quendam rijvulum, qui vocaretur Puthnij, quem pro meta commisissent, et de illo rijvulo per longum spatium eundo, et ad plagam orientalem declinando venissent ad unum Közbercz Montsol vocatum, indeque transeundo ipsum Bercz, attigissent fluvium Kuzypathaka, ab hinc venissent ad locum, ubi ipse fluvius cadit in alium fluvium Iza nominatum, et deinde declinando ad dictam plagam meridionalem jungeret quoddam Közbercz, inde ad eandem plagam tendendo venissent ad unam sylvam montosam Velo Zopanka nuncupatam quam includendo amplius jungeret locum Csaholts vocatum, inde ad eandem plagam pergendo venissent ad unum Közbercz, ab hinc ad eandem plagam jungeret montem Dobocz vocatum, de hinc venissent ad viam, que de dicta possessione Dolha duceret ad possessionem Lipse vocatam, penes quam una meta terrea antiqua haberetur, quam renovassent, amplius per ipsum montem Dobocz eundo, jungeret aliam viam de possessione Mijsthichew ad dictam possessionem Lipse dirigentem, ubi penes ipsam viam esset una meta terrea antiqua quam renovassent, deindeque declinando ad plagam occidentalem attigissent fluvium Sebespathaka et per ramum ipsius fluvij a parte dicte possessionis Myzthichew existentem venissent ad locum ubi idem ramus caderet ad predictum fluvium Borsowa, et ab illo fluvio, ad eandem plagam occidentalem eundo caderet ad fluvium Sebespathaka, ubi olim idem fluvius Sebespathaka cursum habuisset, et ibidem mete et cursus metales predictarum possessionum Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zarnya, Bronyka, et Polonya terminarentur. In quorum premissorum memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales Sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei executionis premissorum, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo tertio Supra dicto.

A leleszi convent levéltárából.

Digitized by Google

CCCXLIII.

Mátyás király tudósítván a velenczei fejedelmet az ozmánok igen nagy készületeiről, mellyek minden számítás szerint egyenesen ellene vannak intézve, felszólítja ezt, hogy ne csak maga küldjön segedelmet, hanem azt eszközölje a többi olasz fejedelmeknél is, különösön a pápánál, még pedig az eddigi tapasztalást tekintve olly móddal, miként hajóssereg csak annyi állittassék ki, mennyit az óltalom megkiván, a fő erő ellenben a szárazon támadja meg az ellenséget, míg ő maga az ellen egész hatalmát kiállitandja. Kelt Esztergomban april 7-dikén (1463).

Quemadmodum cum Magnifico Francisco Venerio nuper apud nos Oratore Vestro, in eius discessu constitueramus, ita exspectabamus a Vestra Fraternitate per totum mensem Martium relationem aliquam super pace, vel induciis cum Turco ineundis, aut saltem per alium interim Oratorem Vestrum de agendis informari prestolabamur, in qua exspectatione dum adhuc penderemus, Vice Cancellarium Nostrum ultro ad vos misimus, de his, que tunc occurrebant, plene edoctum, Nunc quum et prefixus jam abiit terminus, et nihil super ea re nobis per Vos responsum vel alias intimatum est, censuimus Amicitiam Vestram iterum esse de rerum statu et de his, que postmodum habuimus, per literas admonendam. Igitur communis inimicus (ut facile unusquisque animadvertet per ostentationem concordie artificiosas eum struere insidias) mirificos, et quantos nunquam antea belli molitur apparatus, ultimo vere castra moturus, jam nunc innumerabiles suorum copias citra et ultra mare habitantiumin arma suscitat, sed in tributariis Principibus auxilia exigere, ac stipendiarium e Scythia, Syriave militem cessat conducere. Quis vero dubitet, quid ille tanto conatu petat? non certo misios aut Macedonas, quos jam dudum in servitutem redegit, nec viles Grecos, Epirotarumque reliquias, sed quos

Digitized by Google

pro vetustissimis, et infestissimis adversariis habet, et quibus oppressis faciliora omnia sibi fore sperat, Nos videlicet et nostrates. Hec tam de apparatu, quam de proposito potentissimi et ambitiosissimi hostis per omnes nobis exploratores, per omnes finium prefectos, per omnes denique ab Adriatico in Euxinum usque Pelago subditos, aut benevolos consona voce nunciata, vel potius oculis inspicienda et manibus palpanda prebentur. At nos tamen et animo in omnia sufficimus, de viribus tamen nostris non temere adeo presumimus, ut eas tante potentie pares estimemus, maxime in annum presentem, tum quod per priora tempora crebris, ac magnis expeditionibus exhausti, et proxime predonico bello aliquantum fatigati sumus, tum quod nec a Sede Apostolica, nec a quocunque Christianorum Principum aliqua nunc ope nos iuvari sentimus, preterquam quod nuper ex Alemania in annum tamen sequentem quedam nobis sunt oblata auxilia, de quibus quid sperandum sit, adhuc in dubio est. Proinde Fraternitatem Vestram diligentissime hortamus ut summum Pontificem et omnes alios instantissime sollicitet, ut rebus fidei quam maturissime provideant, et ita provideant, sicuti periculi requirit magnitudo. Quod autem specialiter ab Amicitia Vestra exigimus, et pro communi omnium salute flagitamus, id est huiusmodi. Experentia docet, hostem nec offendi, nec offendere satis posse per viam maris, terra ille quantumcumque, terra inquam aut perdet omnia (quod absit) aut peribit ipse omnino, unde et quicunque haotenus navalibus copiis lacessiverunt, et sibi ipsis parum utilem fecerunt impensam, et nobis ac aliis ex continenti periclitantibus nihil profecerunt. Det igitur operam Fraternitas Vestra, ut deducta classe, sed tanta, quanta sufficit ad custodie cautelam, omnes reliquas vires suas in terrestrem convertat exercitum, ut non levi et vix sensibili stimulo, quasi ex collusione tanta inimici moles pungatur, sed habeat superbus ille animus, quod contemnere non possit, et ubi vel totum se, vel magnam sui partem occupet, nam nisi hunc in modum statim a nobis aversus, aut saltem ex equo distractus fuerit, veremur ne nos soli universum eius impetum sustinere non valeamus. Quapropter ne dignis destituti adjumentis, et violentia impulsi, vel patiamur quod non debere-

Digitized by Google

mus, vel faciamus quod nolumus, fiat opportuna provisio, et fiat quam primum, nam quid nobis sera subventio? frustra enim in autumnum expectat presidia, qui perire potest per estatem, Si ceteri officio suo tempestive et pro modo rei affuerint, nec nos deerimus, subituri libenter quodlibet citra ruinam. Hec sunt que nos ad presens imminentis horror discriminis premonere compellit. Datum Strigonii, septimo mensis Aprilis.

A Hager-Jancsó codexből.

CCCXLIV.

Mátyás király tudósítván Pozsony városát, hogy a török háború ügyében Tolnaváron tartott országgyülés után Sz. Fejérvárra térve bizonyos tudósítást vett arról, hogy a török szultán Zsófia felől roppant erővel és készülettel megindult, vagy Nándor-Fejérvárt megszállandó, vagy az országot ezen oldalról megtámadandó, mire nézve az ország óltalmára haladék nélkül megindulni szándékozván, mivel hajókban szenved főként hiányt, meghagyja a mondott városnak, hogy levele vételével a város határaiban lévő minden hajót, a révhez szügségeseken kivül, foglaljon el és késedelem nélkül küldjön le számára, egyszersmind azok árának fölvételére két polgárt utasitson hozzá. Kelt Budán april 14-dikén 1463.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc Circumspecti fideles nobis sincere dilecti, Post tractatus et conclusiones quas nuper habuimus cum prelatis, Baronibus et potioribus Nobilibus Regni nostri Hungarie in Opido Tolnawár

Digitized by Google

de apparatibus contra insultus Turcorum ducendis postquam venimus in Civitatem nostram Albensem vera et infallibilia nova ad nos pervenerunt — — — — — — — — — — — — — nostrorum, quod Imperator Turcorum cum infinita multitudine paganorum movit — — — — — — estque ex ista parte Zophie progressurus continue cum apparatibus et ingenijs majoribus quo unquam venerit, ut vel castrum nostrum Nandoralbense obsideat, vel Regnum nostrum in proximo invadat, cujus insultibus nos cum Dei adjutorio obviare volentes navibus plurimis indigemus. Rogamus ergo multum diligenter Fidelitatem vestram eidem nihilominus firmiter committentes, quatenus receptis presentibus omnes naves que ibi sunt sub potestatate vestra preter naves vadi necessarias per hominem vestrum et aulicum nostrum presentium ostensorem occupare et recipere ac nostre Maiestati sine mora transmittere velitis et debeatis. Et mittatis duos ex vobis quibus nos pretia illarum navium effective persolvemus. Secus prout utilitatem Regni nostri desideratis non facturi. Datum Bude feria quinta proxima post festum Resurrectionis Domini Anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Kivülről: Circumspectis Judici et Juratis Civibus Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXLV.

A lövöldi carthauziak kolostorának conventje Erzsébetet, Mátyás király anyját, a rendje és különösen kolostora iránt tanusitott kegyességéért, annak minden lelki érdemeiben részesiti. Kelt april 24-dikén 1463.

Digitized by Google

Fratres Sigismundus Prior et Conuentus Claustri Beati Michaelis Archangeli de Leweld ordinis Carthusiensis. Illustri domine Elizabeth Serenissimi principis et domini domini Mathye dei gracia hungarie Dalmacie Croacie etc. Regis genitrici Salutem in domino et oracionum suffragium salutare. Meretur vestre deuocionis affectus ac par intencionis feruor, quem in ordinem nostrum specaliter ad supradictum Claustrum nostrum habere cognouimus — — — — — — — ad deum continuis iuuari — attolli suffragijs, vt quo largius et copiosius super vos diuina gracia coruscauerit eo bonitas vestra proficiat apud deum Et vt huiusmodi deuocionis obsequia auctore domino vobis sint fructuosa. Vos omnium Missarum oracionum horarum psalmorum, vigiliarum ieiuniorum, abstinenciarum ceterorumque seruiciorum spiritualium, que deo auctore in memorato Claustro nostro per nos ac nostros successores fiunt, et fient, imposterum participes facimus in vita pariter et in morte Addicentes de gracia ac beniuolencia speciali, quod cum obytus vester quem deus felicem faciat nobis fuerit intimatus, pro anime vestre remedio faciemus oraciones, que pro huiusmodi nostris participibus in ordine nostro fieri consueuerunt. Datum cum appensione Sigilli autentici Claustrj nostri intestimonium premissorum. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Tercio Infesto beatissimi Georgy incliti martiris.

Az anspachi levelek közől.

CCCXLVI.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja, hogy mindjárt levele vételével káplánja Gergely mester utasitása szerint 32 hordó bort az ő hájójára rakasson és saját emberei által Komáromig szállittasson. Kelt Bathán május 20-dikán 1463.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis Judici Juratis et ceteris Civibus Civitatis nostre Posoniensis salutem et gratiam. Eidem fidelitati vestre harum serie firmissime precipientes mandamus aliud nequaquam habere volentes quatenus statim receptis presentibus postquam naves nostre iliac adducte fuerint extum juxta informationem fidelis nostri honorabilis Magistri Gregorii presbiteri Capellani nostri spiritualis triginta duo vasa vinorum ad ipsas naves nostras imponere et usque Civitatem nostram Komaromensem per homines vestros deduci facere debeatis et teneamini. Secus nullo modo facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Batha secundo die festi Ascensionis Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXLVII.

Mátyás király meghagyja Kassa városának, hogy azon arany összeget, mellyel a vele még Bácsban tett intézkedés szerint tartozik, Szőllősi Pál mesternek, a királyi korlátnokság jegyzőjének, tüstént fizesse le. Kelt Futakon június 23-dikán 1463.

Relatio Laurencij literati Vicethesaurarij.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis viris Judici Jura-

Digitized by Google

Digitized by Google

Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Vobis fidelibus nostris
prudentibus et circumspectis viris Judici iuratis ceterisque Civibus et toti communitati Civitatis nostre
Cassoviensis harum serie firmiter committimus et mandamus quatenus statim et incontinenti visis presentibus
illam summam florenorum quam secundum dispositionem nostram pridem Bathie vobiscum sicut maiestati
nostre solvere debetis manibus fidelis nostri Nobilis Magistri pauli de Zewles Notarii Cancellarie nostre
dare et omnibus modis assignare debeatis et teneamini Secus fatere non audeatis presentes tandem sicut
assignacione huiusmodi Summe florenorum pro vestra erga vos reservetur expedicione Datum in Hunthag
in vigilia festi Nativitatis Beati Johannis Baptiste Anno domini millesimo quadringentesimo
Septuagesimo Tercio

Mathias Rex
ppa manu etc

OKSZ. SZÉCHENYI KÖNYVTÁR

tis ceterisque Civibus et toti Communitati Civitatis nostre Cassoviensis harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenns statim et incontinenti visis presentibus *illam summam florenorum* auri, quam secundum dispositionem *nostram* pridie Bacbie vobiscum factam Maiestati nostre solvere debetis Manibus fidelis nostri Nobilis Magistri Pauli de Zewles Notarij Cancellarie nostre dare et omnibus modis assignare debeatis et teneamini. Secus facere non audentes, presentes tandem facta assignatione huiusmodi Summe florenorum auri pro vestra erga vos reservetis expeditione. Datum in fwthag in Vigilia festi nativitatis Beati Johannis Baptizte Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo tertio.

Mathyas Rex
propria manu.

Kassa városa levéltárából *).

CCCXLVIII.

Fridrik római császár, Magyar-, Dalmát-, Horvátország stb. királya, osztrák herczeg stb. kinyilatkoztatja, miszerint ő a közötte s Magyarország közt fenforgott viszályok iránt már előbb Jeromos krétai érsek akkori apostoli követ jelenlétében bizonyos békepontokra lépett, most pedig Pius pápa intésére Domokos torcelloi püspök és hasonlólag apostoli követ, Rüdesheimi Rudolf freisingeni prépost, wormsi dékán, pápai előadó és e tárgyban különösen kiszevezett biztos jelenlétében István kalocsai és bácsi érsekkel, János váradi püspökkel, Ujlaki Miklós macsói és tótországi bánnal, Palóczi László országbíróval, Szapolyai Imre főkincstartóval és a felső vidékek

*) Ezen levél hasonmását is adjuk a király aláírásának kedveért.

Digitized by Google

kapitányával, mint Mátyás magyar király megbizottjaival, vég egyességet kötött következő pontokban: 1-ször. Hogy ő s örökösei Magyarországon Fraknó és Kobold várait tartozandóságaikkal teljes joggal és háboritatlanul birják; itteni jobbágyainak ügyei, a dézmát illetők és egyháziak kivételével, az ő s örökösei által e végből kinevezendő birák előtt folyjanak; a török elleni általános hadjáratban ezen jobbágyok is, ugy mint Magyarország több lakosai, részt vegyenek ugyan, de az ő előleges megkeresetése után és az ő rendelkezése szerint; halála után azonban az akkori magyar király ezen várakat és jövedelmeiket 40,000 magyar arany forintért visszaválthassa. — 2-szor. Hogy a magyar királyi ezimmel halála napjáig élhessen és ezt neki mind a magyarok, mind királyuk adják meg. — 3-szor. Ő Mátyás királyt fiának, ez pedig őt atyjának fogadja és czímezi. — 4-szer. A fentebb nevezett magyar biztosok által kiadott szövetséglevél értelmében ő és Mátyás valamint tartományaik egymást kölcsönösen a szent-szék kivételével mindenki ellen segitendik. — 5-ször. Ő Mátyás királyt az ozmánok elleni ügyében a szent-szék előtt pártolni fogja. — 6-szor. Az alattvalók, vagy magok a fejedelmek közt támadható minden követelések a törvény rendes utján intéztetnek el. — 7 szer. Fridrik jó indulatának további jeléül a szent koronát és Sopron városát tartozandóságaival együtt Mátyás királynak kezébe szolgáltatja. — 8-szor. Mátyás magtalan halála esetére Magyarország őrá vagy fiára és ha több fia maradna, arra szálljon, kit az ország választand, végre — 9-szer. László király idejéből vagy bármikorról eredő minden régibb viszály a két fél közt teljesen megszünik. Kelt Bécs-Ujvárosban julius 19-dikén 1463.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Semper Augustus, Hungarie, Dalmatie Croatie etc. Rex, ac Austrie Stirie, Karinthie et Carniolie dux, dominus Marchie-sclauonice et Portusnaonis, Comes in Habspurg, Tirolis ferretis et in Kyburg Marggrauius Burgouie etc. Recognoscimus, Cum alias occasione differentiarum inter nos ex una, et Inclitum Regnum Hungarie Prelatosque Barones Nobiles proceres Incolas et Inhabitatores eiusdem Regni Hungarie partibus ex

Digitized by Google

altera subortarum et vertentium ad nonnullos Articulos et Capitula pacis et concordie in presentia Venerabilis Jeronimi Archiepiscopi Cretensis tunc Apostolice Sedis legati missi deventum fuerit. Quod nos ad exhortationem Sanctissimi Domini nostri Pape Pij in presentia et medio Venerabilium Dominjci Episcopi Tortellani Apostolice Sedis similiter legati missi cum potestate legati de latere, et Rudolffi de Rudeshami prepositi Frisingensis et Wormacensis ecclesiarum decani eiusdem Sanctissimi Domini nostri Pape Referendarij et Apostolici Oratoris et Nuncij in presenti causa Sanctitatis sue Commissarij cum Venerabilibus et Magnificis Steffano Colocensis et Wachiensis ecclesiarum Archiepiscopo, locique eiusdem Colocensis Comite perpetuo, Johanne Episcopo Waradiensi, Principibus Nicolao de Wylakh Waywoda Transsilvanensi et Machouiensi et Regni Sclavonie Bano compatre nostro, Comite Ladislao de Palocz Judice Curie Regie, et Emerico de Zapolia summo Thezaurario Regio et Capitaneo partium Superiorum Regni Hungarie deuotis fidelibus nostris dilectis nomine Serenissimi Principis Domini Mathie pretacti Regni Hungarie Regis, filij nostri carissimi Prelatorumque Baronum Procerum et Nobilium eiusdem Regni ad finalem et ultimatam conclusionem eorundem Articulorum sponte libere bona et sincera voluntate in hunc qui sequitur modum deuenimus. In primis ad finem optate pacis et concordie deliberatum et *conclusum* est Quod nos Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus hungarie etc. Rex, dux Austrie etc. prefatus *et heredes* nostri a nobis per rectam lineam descendentes *iu*frascripta Castra et Opida, que in metis et limitibus Regni hungarie constituta possidemus et in nostris manibus per nos et alios nostri nomine tenemus, videlicet Vorchtenstain et Kobelsdorff cum suis pertinentiis omni Imperio et Jurisdictione possideamus, teneamus et illis libere utamur, et gaudeamus pacifice et quiete absque Serenissimi Principis Mathie *dicti* Regni Hungarie Regis filij nostri carissimi ac heredum et successorum suorum Prelatorumque Baronum procerum et Nobilium eiusdem Regni quorumcunque turbatione, exactione, gravamine et molestia quibuscunque de Jure et de facto, ac cessione Juris eorum, presertim qui interesse ad loca prenominata se habere

Digitized by Google

pretendunt in favorem quorumcunque quovis quesito colore facta aut fienda, Salvis tamen decimis et Causis Ecclcsiasticis, que in foro suo ventilari et agitari poterunt, prout Juris est et rationis. In foro vero Seculari in personalibus actionibus et realibus contra et adversus nostros subditos et castrorum pretactorum quomodolibet motis, aut movendis, coram Judicibus per nos Imperatorem prefatum in locis huiusmodi pro tempore deputatis Actor Justitiam postulet et requirat, que ad requirentis instantiam expedite administrari debet, Prouiso, Quod eo ordine ad requisitionem predictorum subditorum nostrorum et dictorum Castrorum per Regem pro tempore et ipsum Regnum Hungarie eorumque Officiales procedatur et procedi curetur, Et si passagium generale contra Turcos pro defensione fidei et ipsius Regni fieri contigerit in ea re requisitione preuia a nobis ijdem subditi maneant inclusi, sic tamen, quod in eum casum huiusmodi exactionis per nos supra dictum Romanum Imperatorem debita fiat dispositio, et adversus contravenientes, qui, quomodolibet etiam pro suo interesse aliquid attemptarent contra ea que pretacta sunt, aut nos et heredes nostros tanquam contra violatores pacis, Rex ipse pro tempore et Regnum nobis potenter assistentiam faciant. Adjectum etiam est et conclusum, quod post obitum nostrum Rex pro tempore et Regnum Hungarie facultatem habeant dicta Castra Vorchtenstain Kobelsdorff et eorum redditus casu quo Idem Castrum Kobelsdorff per nos demolitum non fuerit, attento, quod modice estimationis et ruinosum cxistit, alias ipsius redditus reuoluendi ab heredibus nostris pro summa Quadraginta Milium florenorum Ungaricalium et ducatorum boni auri et justi ponderis. Item quia nos supra nominatus Fridericus Romanorum Imperator etc. bonis et honestis rcspectibus huc usque titulo et nomine Regis Regni Hungarie usi sumus deliberatum est et conclusum. Quod nos huiusmodi titulo Regis a Prelatis, Baronibus, proceribus Nobilibus et alijs Regnicolis Regni Hungarie in antea libere et quiete in eorum literis et ubilibet honorati et decorati quo ad vixerimus remaneamus et Rex dicti Regni Hungarie, et aliorum Regnorum eidem Regno coherentium nominari et vocari et eo titulo uti et frui possimus et valeamus. Impedimento contradi-

Digitized by Google

ctione et turbatione Regis pro tempore, dominorum et Inhabitatorum ipsius Regni prorsus amotis, *Item ut* Respublica et felix Sancte Romane Ecclesie Christianeque *Religionis* Status augeri et promoveri eo salubrius et *utilius possit.* Nos Fridericus Romanorum Imperator prefatus predictum Serenissimum Mathiam Regem Hungarie pro filio nostro adoptiuo habebimus et paterne amplectemur, et in presentiarum in filium recipimus et adoptamus, eique et Regno amicitiam fauores et promotiones paternas in antea faciemus, eundemque Regem Mathiam filium nostrum nominabimus et in recognitionem tante clementie que multis respectibus a nobis eidem Regi Mathie ad honorem et comoda cedet, ut digna vicissitudine gratitudinis debite se erga nos exhibeat, conclusum est. Quod idem Rex Mathias adoptivus filius noster, Nos Imperatorem Romanorum pretactum ex adverso quoad vixerimus pro patre honorare reputare nominare scribere et tenere debeat, pretactique Steffanus Collocensis etc. Archiepiscopus, Johannes Waradiensis Episcopus, Nicolaus de Wylakh Waywoda, Ladislaus de Palocz, Emericus de Zapolia nomine Prelatorum Baronum Procerum Nobilium Incolarum et Inhabitatorum dicti Regni Hungarie atque suo, annuerunt. Quod Idem Rex Mathias Nos Fridericum Imperatorem predictum patrem suum et Regem nominet honoret reputet et nobis patri suo et Regi Hungarie scribat. Insuper cum prefati Stephanus *Collocensis* Archiepiscopus etc. Johannes Episcopus Waradiensis, *Nicolaus* de Wylakh Waywoda, Ladislaus de Palocz et *Emericus* Zapolia predictum Regem Mathiam necnon Prelatos Barones Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores Regni *Hungarie* predicti, ac ipsum Regnum vigore mandati ipsis traditi suis literis obligaverint et astrinxerint ad servandam inconcusse nobiscum et heredibus terrisque et dominijs nostris pacem inviolabilem ligis et Inscriptionibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, ymmo sublatis *eisdem*, nobisque et filio nostro carissimo Maximiliano ad consilia auxilia et subsidia cunctis in adversis contra quoscunque totiens quotiens oportunum fuerit, Sanctissimo Domino nostro Papa Sede Apostolica et Sancta Romana Ecclesia duntaxat exceptis, efficaciter pro posse danda facienda et consequenda, ad nostram

Digitized by Google

et prefati filij nostri requisitionem prefatorum Regni Hungarie et Regis pro tempore expensis, dum tamen in expeditione Generali contra Turcos in hoc non fuerint prepediti ac mora irrationabili et contradictione quibusvis in bis omnino cessantibus dicti Regni in alijs semper salvis. Ob hoc nos prefatus Fridericus Romanorum Imperator nos ac heredes nostros terras et dominia nostra ac Incolas et Inhabitatores earundem vicereciproca obligamus et astringimus ad servandum similiter inconcusse perpetuo cum prefato filio nostro Rege Mathia heredibus et successoribus suis, ac ipso Regno Hungarie Prelatisque Baronibus Proceribus Nobilibus Incolis et Inhabitatoribus euisdem Regni pacem Inviolabilem ligis et Inscriptionibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque ymmo sublatis eisdem. Preterea grata vicissitudine favoribus et promotionibus, dictum filium nostrum Regem Mathiam et Regni Hungarie bonum statum signanter contra Turcum et infedeles Christi hostes apud Sanctissimum Dominum Nostrum Summum Pontificem, Sedem Apostolicam, Principes Sacri Romani Imperij et alias ubi oportunum fuerit sincere promouebimus, et si premissis, tamen signanter ad causam castrorum ut supra ordinatis, semper salvis. Nos supradicti Fridericus et Mathias filius noster aut subditi nostri utrimque inter se aut nos alter ad alterum querelas aut petitiones quascunque habere providerimus, illas ut de jure et non aliter prosequi debebimus, quorum occasione Justitia ad conquerentium requisitionem expedite erit administranda. Item ad finem quod sincera affectio nostri Friderici Romanorum Imperatoris prefati quam ad dictum Mathiam Regem filium nostrum et pretactum Regnum Hungarie gerimus ab omnibus amplius cognosci valeat. Nos Venerabilibus et Magnificis Steffano Collocensi etc. Archiepiscopo et Johanni Waradiensi Episcopo, Nicolao de Wylakh Waywode, Ladislao de Palocz et Emerico de Zapolia prefatis, Sacram Coronam ipsius Regni Hungarie nobis Imperatori Friderico pretacto per condam Serenissimam Elisabeth Reginam una cum Serenissimo olim bone memorie Rege Ladislao ad fideles manus assignatam et hucusque fideliter tentam et custoditam, ne ad alienas manus illam devenire contingeret Opidumque Soproniense nomine dicti

Digitized by Google

Mathie Regis filij nostri et ipsius Regni Hungarie gratiose assignavimus, et omnem obligationem super eodem remisimus. Item ad maiorem solidationem paterni amoris et in retributionem clementissime affectionis nostre ad prefatum Mathiam Regem filium nostrum et ipsum Regnum Hungarie *Quod que nos eo* promptius et ad ipsius Regni comoda et *boni status incrementa* accuratius promovenda alliciamur, *deliberatum et conclusum* est. Quod vacante Regno Hungarie filijs seu nepotibus legitimis ex prefati Regis Mathie lumbis procreatis non extantibus Nos supradictus Fridericus Romanorum Imperator aut filius noster quem ad hoc deputandum duxerimus, et post nostrum decessum filius noster quem reliquerimus aut si plures a nobis fuerint relicti alter ex istis quem Regnum ipsum preelegerit in Regem ipsi Regno Hungarie preficiamur aut preficiatur cum plena eiusdem Regni administratione. Item si ut prefertur prefatum Regnum Hungarie vacauerit provideri debet per prelatos, Barones proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores eiusdem Regni. Quod Nos Fridericus Romanorum Imperator prenominatus aut Filius noster ut premittitur consilio et potenti auxilio eiusdem Regni Hungarie ut moris est coronemur seu coronetur et in administratione plena Regni Hungarie in pace recognoscamur, seu recognoscatur, et efficaciter pro Rege teneamur seu teneatur. Item concordatum et conclusum est. Quod omnes Injurie differentie dissensiones Impetitiones quecunque et actioncs inter nos partes prefatas etiam occassione felicis Recordationis Regis Ladislai, ac alias quomodolibet suborte, et nobis hinc inde ex quacunque causa conpetentes quoad nos et heredes et successores nostros utrinque penitus remisse et extincte esse debent. Omnisque Indignatio et displicentia quas nos prefatus Fridericus Romanorum Imperator et dictus Mathias filius noster Reges, contra quoscunque Prelatos Barones, Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatoraa dicti Regni ac alios Eccleaiasticos et *Seculares* occasione adhesionis nobis utrinque hinc inde facte concepimus in futurum minime ulciscantur, neque via facti neque via Juris, sed similiter remisse et extincte esse debent, Pollicentes et promittentes in verbo Imperiali nos omnia et singula in pretactis artioulis et Capitulis contenta contenta (igy) et conscripta et

Digitized by Google

per nos fieri debere acturos facturos prosecuturos et impleturos ac a prefato Commissario Sanctissimi Domini Nostri Pape ad Id potestatem habente, et nihilominus expost etiam a Sua Sanctitate ac Sede Apostolica confirmationes oportunas ex certa scientia petituros et obtenturos quibus stabimus et parebimus, realiter et cum effectu, dolo et fraude in his omnibus cessantibus quibuscunque. In cuius rei testimonium Imperialis Nostre Maiestatis Sigillum presentibus fecimus appendi. Datum in Nova Civitate feria tertia ante festum Marie Magdalene, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Tertio, Imperij nostri duodecimo, Regnorum nostrorum Romani vicesimo Quarto. Hungarie etc. vero Quinto.

Egy II. Ulászló király által május 19-dikén 1504. Bakacs Tamás érsek és bíbornok részére készitett hiteles átirat szerint az országos levéltárban.

CCCXLIX.

Fridrik római császár, magyar király stb. előadván, miként kedves fia Mátyás király a vele kötött békeszerződést helyben hagyván, levelében világosan kötelezte magát, hogy őt és örököseit Fraknó, Kobold, Vasvár, Kőszeg és Rohoncz várai, városai és tartozandóságaik csendes és háborítatlan birtokában, az említett szerződésben megalapított föltételek és kikötések megtartásával, sem maga nem háborgatja, sem mások, különösen az azokhoz jogot tartó Garai Jób és Kanizsai László és ezek testvérei, örökösei vagy engedményesei által háborittatni nem engedi, míg ő azokkal ezen tárgyra nézve barátságosan nem fog egyezni; — nem állván ellent azon eskü, mellyel Mátyás koronáztatásakor az ország jogainak és hatá-

Digitized by Google

rainak visszaszerzése iránt le fog tenni és mellyben e jelen egyességet kivenni s azt koronáztatása után megujitani és addig is előbb a pápai biztos, később maga a pápa és szent-szék által megerősíttetni köteles lesz, — császári szavára kötelezi magát ezen egyesség őt illető pontjainak szoros megtartására s a pápai biztos és maga a pápa által leendő megerősítésére. Kelt Bécs-Ujvárosban julius 19-dikén 1463.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungarie Dalmatie, Croatie etc. Rex, ac Austrie, Stirie, Karinthie, et Carniolie Dux, Dominus Marchie-sclavonice, et Portusnaonis, Comes in Habspurg, Tirolis, ferretis, et in Kijburg, Marggrauius Burgonie et lanntgrauius Alsatie. Notumfacimus tenore presentium universis. Cum Serenissimus Princeps Mathias Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex, filius noster charissimus, in vim amicabilium Tractatuum, in presentia Venerabilis Jeronimi Archiepiscopi Cretensis, tunc Apostolice Sedis legati, dudum nobiscum inchoatorum, omnia et singula per Venerabiles et Magnificos, Stephanum Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Archiepiscopum, locique eiusdem Colocensis Comitem perpetuum, Johannem Episcopum Waradiensem, Principes, Nicolaum de Wylakh, Waywodam Transsilvanum ac Regni Sclavonie et Machouiensem Banum, compatrem nostrum, Comitem Ladislaum de Palocz, Judicem Curie Regie, et Emericum de Zapolya, Summum Thesaurarium Regium, et Capitaneum Partium Superiorum Regni Hungarie, deuotos fideles nostros dilectos, per dictum Regem Mathiam, ac Prelatos, Barones, Proceres et Nobiles Regni Hungarie, ad hoo specialiter deputatos, in presentia Venerabilis Domini Episcopi Tortellanj nunc Sedis Apostolice legati de latere, legati missi et Venerabiiis Rudolffi Prepositi Frisingensis et decani Wormaciensis, Sanctissimi Domini nostri Pape Pij Referendarij, et in hac materia pacis Commissarij a sua Sanctitate specialiter deputatj, in pretactis conclusa et acceptata, et in parte executioni demandata, juxta continentias literarum dictorum Archiepiscopi Colocensis, Episcopi Waradiensis, Nicolai de Wylakh, Ladislai de Palocz et Emerici de Zapolya de super

Digitized by Google

emanatarum, pro se et heredibus ac successoribus suis, de consilio et assensu Prelatorum, Baronum, Comitum, Procerum et Nobilium dicti Regni Hungarie ratificaverit et approbaverit, rataque et firma habere se literis suis astrinxerit, adjiciendo expresse. Quod Nos Fridericus Imperator prefatus, et heredes nostri, per rectam lineam a nobis descendentes, infrascripta Castra et Opida Vorchtenstein, Kobelsdorf, ferream Civitatem, Guns et Rechnicz, cum suis pertinentijs, ac omni Imperio, et Jurisdictione possidere et tenere, et illis libere uti et gaudere debeamus, pacifice et quiete, absque prefati Mathie Regis heredum et successorum suorum, Regni Hungarie, ac Dominorum et Inhabitatorum eius, et precipue eorum qui jus ad dicta castra principaliter aut ratione cessionis Juris eorundem facte vel fiende, habere pretendunt, aut pretendere possent, Widelicet Job de Gara et Ladislai de Kanijsa, et fratrum et heredum suorum, et aliorum quorumcunque inquietatione, turbatione, exactione, gravamine, impedimento vel molestia quibuscunque, quas per se vel alios, directe vel indirecte, de Jure vel de Facto, quovis quesito colore nobis et herodibus nostris inferre possent, donec et quousque nobiscum aut heredibus nostris, per rectam lineam a nobis descendentibus, amicabiliter et pacifice concordatum fuerit, super eisdem, Salvis tamen causis decimarum et alijs causis Ecclesiasticis, que in suo foro ventillari et agitari poterunt et debebunt, prout Juris est et rationis, In causis vero prophanis, aut secularibus Actionibus, tam realibus quam personalibus, contra et adversus subditos nostros, ratione Castrorum predictorum motis, et movendis, Actor justitiam queret et postulabit coram nobis, vel heredibus nostris, aut Judicibus per nos in locis ad hoc constitutis, pro tempore deputatis vel deputandis, prout et dicti subditi in prefatis causis et Actionibus, justitiam coram prefato Rege Mathia, aut Officialibus seu Judicibus suis, contra subditos Regni querent, et postulabunt, Quibus hincinde expedita justitia ministrari debebit. Salvo etiam, quod si passagium generale, contra infideles, pro defensione fidei et Regni fieri contingeret, in ea re, requisitione preuia, a nobis fienda, dicti subditi nostri, sint et maneant inclusi. Sic tamen quod in eum casum

Digitized by Google

huiusmodi exactionis, per nos debita fiat dispositio. Salvo denique, quod post obitum nostrum, et non ante, pretactus Rex Mathias filius noster charissimus, ac successor suus, et Rex pro tempore, sive Regnum facultatem habeant dicta Castra Vorchtenstain et Kobelsdorf, et eorum redditus, casu quo dictum Castrum Kobelsdorf, tamquam ruinosum et modici valoris, per nos demolitum non fuerit, alias ipsius redditus reluendi ab heredibus nostris pro summa Quadraginta Millium florenorum Ungaricalium seu ducatorum, boni auri et justi ponderis, pollicendo et spondendo nobis in verbo Regio pro se, heredibus et successoribus suis, ac toto Regno. Quod si quispiam de Regno cuiuscunque Status, gradus aut conditionis existat; et precipue dicti Job de Gara et Ladislaus de Canisa, aut ipsius fratres, vel heredes eorum, aut alij eorum nomine, vel causam seu cessionem ab eisdem habentes, Nos, heredes nostros, a nobis per rectam lineam descendentes aut Officiales nostros, sive eos, qui dicta Castra nomine nostro tenent, vel in futurum tenebunt, contra premissa, quocunque modo, etiam pro suo interesse, turbare molestare aut inquietare contingat, se et heredes ac successores suos, ac ipsum Regnum, Prelatosque Barones, Comites, proceres et Nobiles Regni, contra tales tamquam violatores pacis, nobis et heredibus, Officialibus et hijs qui a nobis huiusmodi Castra pro tempore tenent, potenter assistentiam facturos. Quodque nos in pacifica possessione castrorum predictorum, ut predictum est, manutenebunt et tuebuntur. Non obstante Juramento, quod ipse Rex Mathias, in coronatione sua, de conservandis et recuperandis libertatibus Juribus et dominijs Regni Hungarie, seu ad Regnum pertinentibus prestare habebit atque prestabit, in quo concordiam et Inscriptiones per eum et Regnum Hungarie nobiscum factas expresse excipere habebit, et pro exceptis habere wlt, quod et post Coronationem suam innovabit et innovari facere debebit, denique a prefato Sanctissimi Domini nostri Pape Commissario primum, et deinde Sanctissimo Domino nostro et Sede Apostolica confirmationem omnium premissorum ex certa scienta, cum derogatione prohac vice Juramenti, per Regem desuper prestari soliti, cum omni diligentia petendo et petifaciendo, juxta con-

Digitized by Google

tinentiam prefati Regis Matbie filij nostri charissimi literarum super hoc emanatarum. Quod Nos Fridericus Imperator pretactus, pro nobis et heredibus nostris, in verbo Imperiali pollicemur et promittimus. Quod omnia et singula per nos in premissis fienda inplebimus et prosequemur ac Rata et firma tenebimus et servabimus, confirmationemque primum a prefati Domini nostri Pape, in hac causa Commissario, et nihilominus demum etiam a Sanctissimo Domino nostro, et Sede Apostolica, ex certa scientia similiter petemus et petifaciemus, dolo et fraude in hys cessantibus quibuscunque. In cuius rei testimonium, nostre Imperialis Maiestatis sigillum, presentibus fecimus appendi. Datum in Nova Civitate feria Tertia ante festum Marie Magdalene, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Tertio, Imperij nostri duodecimo, Regnorum nostrorum Romani vicesimoquarto, hungarie etc. vero Quinto.

II. Ulászló királynak egy július 16-dikán 1504. Bakacs Tamás érsek és bíbornok részére készitett hiteles átirata szerint az országos levéltárban.

CCCL.

István kalocsai és bácsi érsek, János váradi püspök, Palóczi László országbiró, és Szapolyai Imre főkincstartó s a felső részek főkapitánya tudósitják a 7 szász széket, hogy a magyar szent korona július 24-dikén 6 óra tájban a királynak és országnak visszaadatván, kezeik közt van; melly örvendetes hír vivőit Bizófalvai Bizó Simont és Nagy Lászlót megörvendeztetve kérik hozzájok visszaküldetni. Kelt Sopronban július 25-dikén 1463.

Digitized by Google

Prudentibus et circumspectis viris Septem
Sedum Sexcentorum Sexcentis annis nobis dilectis

Prudentes et circumspecti amici nobis dilecti. Has novitates gaudii. Vobis scribere possumus
quod divina favente clementia die dominico, in profesto videlicet beati Jacobi apostoli proximi
preterito circa horam sextam eiusdem diei. Sancta Corona Regni Hungarie que dudum
ab hoc regno alienata fuerat, domino nostro Gregorio Rogi, et Regno pretacto restituta est
et existit, in manibus nostris, super quibus gaudiis, scimus, boni, ut multum congratulamur
et gaudetis, pro cuius gaudii ad vos delectamine deputamus erga vos, Nobiles
Symonem Byzo de Byzofalva et Ladislaum Magnum, quos pro tam alte rei et
magni gaudii, ad vos, deportacionem vegamus, ut eiusdem tenore, ad nos cum gaudio
remittatis. Datum Soproni in festo beati Jacobi apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

Sigismundus ecclesiarum Colocensis et Bacensis
Archiepiscopus locumque eiusdem Comes perpetuus
Johannes episcopus ecclesie Waradiensis
Comes Ladislaus de Palatz Judex curie Regie
et Emericus de Zapolya, Summus Thesaurarius
Regnis partibusque superiorum regni Hungarie Summus Capitaneus

ORDZ. ZECHENT. KÓNYVTÁR

Prudentes et Circumspecti amici nobis dilecti. Has novitates gaudij vobis scribere possumus, quod divina favente clementia die dominico in profesto videlicet beati Jacobi Apostoli proxime preterito circa horam Sextam euisdem diej, Sacra Corona Regni Hungarie que dudum ab hoc regno alienata fuerat, domino nostro generoso Regj et Regno pretacto restituta est, et existit, in manibus nostris, super quibus gaudiis, scimus, bene, ut multum congratulamini et gaudetis, pro cuius gaudii ad vos delatione deputamus erga vos, Nobiles Simonem Byzo de Byzofalva et Ladislaum magnum, quos pro tam alte rei et magni gaudii, ad vos, deportatione rogamus, ut eosdem iterato, ad nos cum gaudio remittatis. Datum Sopronii in festo beati Jacobi Apostoli Anno dominj Millessimo quadringentesimo Sexagesimo tertio.

Stephanus ecclesiarum Colocensis et Baciensis
Archiepiscopus, Locique ejusdem Comes perpetuus
Johannes Episcopus Ecclesie Waradiensis
Comes Ladislaus de Palocz Judex curie Regie
ac Emericus de Zapolya Summus Thesaurarius
Regius partiumque superiorum regni Hungarie Supremus
Capitaneus.

A szász nemzet levéltárából. *)

CCCXLI.

Mátyás király Blagay Antal gróf fiának Gergelynek kérelmére a zágrábi káptalannak 1440-dik évi január 20-dikán kiadott bizonyságlevelét, — melly szerint említett Blagay Gergely gróf, testvére Ferencz terhét is magára vállalva Goriczai

*) Ezen érdekes kis levélnek hasonmását is adjuk.

Digitized by Google

Frank özvegyének Erzsébetnek, ki a neki említett férje által végrendeletileg hagyott Zágráb megyei Dobruthyn helységét minden tartozandóságaival örökösen bevallotta, egész élte idejére Felső-Lesstencz nevű helységben 19 jobbágytelek haszonvételét adományozza, vagy ha az ezekben megmaradni nem akarna, helyettök 70 arany fizetésére kötelezte magát, — szóról szóra megerősitvén, arra királyi megegyezését adja. Kelt Nándor-Fejérvárt september 8-dikán 1463.

Nos Matthias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis. Quod pro parte et in persona fidelis nostri egregij Gregorij filij condam Comitis Antonij de Blagaij exhibite fuerunt nobis et presentate quedam litere fassionales fidelium nostrorum Capituli Ecclesie Zagrabiensis Sigillo eorum impendenti communite, quibus mediantibus idem Gregorius decem et novem sessiones suas proprias, et hereditarias in possessione sua Superior Leztencz vocata existentes et habitas condam Nobili Domine Elisabeth vocate relicte condam Frank filij Ladislai de Goricza vita sibi comite donaverat, ob recompensam cujusdam Possessionis ipsius Domine Elisabeth Dobruthyn vocate in Comitatu Zagrabiensi existentis et habite, quam scilicet possessionem dicta domina eidem Gregorio et suis Heredibus et posteritatibus universis in perpetuum donasse, et contulisse fatebatur tenoris infrascripti Supplicatum nostre extitit Maiestati, pro parte dicti Gregorij filij condam Antonij de Blagaij humili precum cum instantia, ut easdem literas ratas, gratas et acceptas habendo nostrisque literis privilegialibus — — — — — — inseri et inscribi facientes premissis Fassioni et donationi, ac omnibus alijs in tenoribus eorundem literarum contentis nostrum consensum Regium benevolum prebere dignaremur pariter et assensum. Quarum quidem literarum tenor talis est. Nos Capitulum Ecclesie Zagrabiensis notum facimus tenore presentium quibus expedit universis. Quod egregius Gregorius filius condam Comitis Antonij de Blagaij onus et gravamen Francisci fratris sui Carnalis de eodem per omnia in scriptum assumendo ab una, parte vero ex altera Nobilis

Digitized by Google

Domina Elisabeth vocata relicta condam Frank filij Ladislai de Goricza personaliter nostram venientes in presentiam confessi sunt pari et unanimi voluntate eorum in hunc modum, Quod quia nobilis domina Elisabeth quamdam possessionem suam Dobrethyn vocatam in Comitatu Zagrabiensi existentem, et habitam in ipsam Dominam per mortem prefati condam Frank testamento allegatam, et dimissam cum omnibus ipsius possessionibus seu utilitatibus, et pertinencijs universis ad eandem spectantibus et pertinere debentibus eidem Gregorio, et suis heredibus ac posteritatibus universis perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, dedisset donavisset et contulisset, Ideo ipse Gregorius ob recompensam dicte possessionis Dobrethyn — — — — — sessiones suas proprias atque hereditarias quemadmodum populosas seu Jobagionales, et quatuor desertas in possessione sua *Superior* Leztenz vocata existentes et habitas similiter cum omnibus suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet ad easdem spectantibus et pertinere debentibus prefate Domine Elisabeth usque vitam suam in hoc seculo Deo permittente perdurandam, tenendas, possidendas, pariter et habendas ac fructus et utilitates earundem percipiendas similiter dedisset, donasset, et contulisset imo partes prenotate premisso modo sibi ipsis mutua vicissitudine dederunt, donarunt et contulerunt ita tamen, quod si prefata Domina Elisabeth sic ut premittitur usque vitam suam de prescriptis sessionibus commorari non vellet extunc in sortem estimationis earundem Sessionum idem Gregorius vel sui heredes, et successores Septuaginta florenos auri eidem domine Elisabeth dare dabeant, et ministrare teneantur, nec ipse vel sui heredes interim eandem Dominam Elisabeth de *Dominio* ipsarum Sessionum arcere et excludere possint, *nec valeant* modo aliquali nisi sibi de ijsdem Septuaginta florenis auri plena et omnimoda Satisfactio impendetur per eosdem harum nostrarum Sigilli nostri appensione roboratarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in festo Beatorum Fabiani et Sebastiani Martyrum. Anno Domini M^{o}CCCCXXXX^{o}. Nos igitur supplicationibus pro parte et in persona dicti Gregorij Blagay nostre modo quo premittitur humiliter porrectis Maiestati Regia

Digitized by Google

benignitate exauditis et clementer admissis, prescriptas literas dicti Capituli Ecclesie Zagrabiensis non abrasas non cancellatas, nec in aliqna sui parte suspectas, presentibus literis nostris Privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali inseri et inscribi facientes, eatenus, qnatenus eedem rite et legitime existunt emanate, quo ad earum omnes continentias, clausulas, et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus premisseque donationi ac omnibus et singulis alijs superius in tenoribus earundem contentis, et expressatis, ex certa nostra scientia et animo deliberato Prelatorum et Baronum nostrorum consilio, nostrum consensum Regium prebuimus, imo prebemus benevolum pariter et assensum, saluis juribus alienis harum nostrarum quibus Secretum Sigillum nostrum quo ut Rex Hungarie utimur est appensum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Nandoralba in festo Nativitatis Beate Marie Virginis Anno Domini Millesimo. Quadringentesimo Sexagesimo tertio.

A Blagay grófok irományai közől.

CCCLII.

Mátyás király György prépostot és alkorlátnokot, kit némelly nevezetes tárgyak tekintetéből hosszash időre mint követét a pápához küldött, ennek kegyelmébe különösen ajánlja. Hely, nap és év nélkül (1463.)

Misi ad Vestram Sanctitatem hunc Venerabilem Dominum Georgium Prepositum Vicecancellarium nostrum, multis arduis de rebus nunc opportunis, per me sufficienter informatum, sed et omni facultate tractandi et concludendi quecunque negotia

Digitized by Google

instructum, et ita misi, ut usque ad revocationem Oratoris ibi officio fungatur, quem utpote bene cognitum *Beatitudini* Vestre pluribus verbis commendatum existimo, nisi *quod jam* toties fidem eius et prudentiam sum expertus. Proinde Sanctitati Vestre supplico, quatenus prefatum Oratorem meum, quousque istbic manserit, solita sua gratia fovere, ut etiam in his, que postea per me edoctus proposuerit, plenam ei credulitatem adhibere dignetur, ea vero que nunc relaturus accedit, non solum certa, sed etiam celeri indigent responsione, nec quidquam mihi *gratius* fuerit, quam maturas superinde Beatitudinis Vestre habere informationes. Quam Altissimus etc.

A Hager-Jancsó codexből.

CCCLIII.

Mátyás király a pápához küldött követét György pécsi prépostot a bibornokok egyikének olly megjegyzéssel ajánlja, hogy miután ezt tanácskozás végett hozzá, a kihez különös bizodalommal viseltetik, utasította, őt a rábizott ügyek előmozditásában tanácsával segíteni szíveskedjék. Hely, nap és év nélkül (1463).

Confisi de prudentia et fide sepius jam experta Venerabilis Georgii Prepositi Quinqueecclesiensis etc. misimus eum ad Sanctissimum Dominum Nostrum cum plena *informatione et* facultate Oratorem, non quidem statim reversurum, *sed* tamdiu ibi mansurum, quoadusque per nos fuerit revocatus. Cui etiam commisimus nonnulla Reverendissime Vestre Paternitati referenda et jussimus, ut etiam in futurum ad eandem in omnibus recursum habeat specialem Quapropter Reverendissime Pater-

Digitized by Google

nitati Vestre, in cuius singulari erga nos benevolentia fiduciam gerimus specialem, et dictum Oratorem et negotia per ipsum tam nunc, quam deinceps tractanda equali affectione commendamus parati et nos ad vicissitudinem complacendi. Datum— —

A Hager-Jancsó codexből.

CCCLIV.

Mátyás a kereszlyénség köz ügyében a pápához küldött követét Márk knimi püspököt János szent angyal bíbornok pártfogásába különösen ajánlja. Hely, nap és év nélkül (1465.)

Misimus hunc Reverendum in Christo patrem Dominum Marcum Tinniniensem Episcopum Oratorem nostrum ad Sedem Apostolicam potissimum pro communibus negotiis rei Christiane. Quamvis autem minime dubitemus Reverendissimam Paternitatem Vestram zelo fidei ferventem ultro et omnia agere, que publicis commodis et Ecclesie Dei ac Summo Pontifici et toti Christianitati magis conducere videantur, tamen quum de ipsa merito fiduciam gerimus specialem prefati Oratoris nostri promotionem, et votivam expeditionem eiusdem Reverendissime Paternitatis Vestre patrocinio commendamus. Datum — —

A Hager-Jancsó codexből, hol illy czim alatt fordul elő:

Matthiae Corvini Regis literae ad Johannem Episcopum Portuensem S. R. Ecclesiae Sancti Angeli Cardinalem, ut oratori suo Romam misso patrocinetur.

Digitized by Google

CCCLV.

Mátyás király Pozsony városát értesitvén, hogy Bosnyaország szerencsés visszavétele után magát megkoronáztatni szándékozik, meghagyja annak, hogy az általa és országos nagyai által kitüzött határidőre, virágvasárnap körül, a szokott helyre kebeléből néhány előkelőt küldjön, kik ez ünnepélyben részt vegyenek. Kelt Dombrón Tótországban január 27-dikén 1464.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie Croatie etc. Prudentes *et Circumspecti Fideles* nostri dilecti. Posteaquam *feliciter dono Domini geste* sunt res, pro recuperatione Regni *Bosne*, *quod infelici* casu amissum erat, congruere visum est profectui publico et pariter honori nostro ut pro corroboratione bone spei, que ex his gestis ad futura gerenda nobis a Deo tribuitur, intendamus ad suscipiendam Coronam Regni, in qua totius pene dignitatis Regie virtus quedam et summa consistit. Habita igitur deliberatione matura cum prelatis et Baronibus nostris ceterisque Consiliarijs nobiscum existentibus, decrevimus nos properare ad absumptionem ipsius Corone Sacre in loco olim designato. Diemque Coronationis statuimus circa Dominicam Ramispalmarum proxime affuturam. Ad cuius quidem Coronationis nostre Solennia peragenda vos inter alios Fideles nostros invitare dignum duximus, ut quod omnibus profectibus accedit ab omnibus celebretur. Quamobrem *requirimus Fidelitatem* vestram, eidemque mandamus, quatenus ad locum et diem supra tactos certos potiores ex vobis mittatis, Qui ipsi Coronationi ac solennibus et ceremonijs, fieri in ea et celebrari solitis, interesse non negligant. Datum in Oppido Dombro Regni Sclavonie Sabbato proximo ante festum purificationis

Digitized by Google

beate Marie Virginis Anno Domini millesimo qradringentesimo LX-mo quarto.

Kivülről : Prudentibus et Circumspectis Magistro Civium, Judici, Juratis Ceterisque Civibus et toti Communitati Civitatis nostre Posoniensis, Fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCCLVI.

A zágrábi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Klokochi Plemenitovics István fia Jakab, maga s testvére Bertalan nevében, ennek terhét is magára vállalván, előtte élő szóval vallotta, miszerint Zágráb megyében a klokochi kerületben eső Popovecz és Ottok helységekbeli részjószágaikat minden tartozandóságaikkal Klokocs kerületi Mareticsi György fiának Vaykónak 40 arany forintért, mellyeket tőle már valósággal felvett, örökösen eladta. Kelt martius 17-dikén 1464.

Nos Capitulum Ecclesie Zagrabiensis notum facimus, tenore presentium significantes, quibus expedit universis. Quod Jacobus filius Stephani Plemenitovich dicti de Klokoch, de cuiua notitia et agnitione personali Benedictus Radoseych de eadem Klokoch Nos assecuravit, et certificavit sua ac Bartholomei fratris sui Carnalis in personis onusque, et omne gravamen eiusdem fratris sui in se ipsum per omnia assumendo. Nostram personaliter veniens in presentiam dixit, et confessus est vive vocis sue oraculo in hunc modum. Quomodo ipse totales portiones possessionarias suas, ac dicti fratris sui in Possessionibus Popovecz, et Ottok vocatas in predicto Districtu de Klokoch, ac in Comitatu Zagrabiensi existentes habitas, ipsos rite,

Digitized by Google

et omnis juris titulo, uti dicunt concernentes, simulcum cunctis earundem portionum possessionariarum *utilitatibus* et pertinentijs quibuslibet puta : terris *arabilibus*, *cultis et* incultis, agris, pratis, fenetis, sylvis, rubetis, *nemoribus*, aquis, aquarumque decursibus, et molendino, ac loco eiusdem, et generaliter cunctarum utilitatum, et pertinentiarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de Jure spectantibus, et pertinere debentibus, ac omni eo Jure quo ad ipsos pertinere dignoscitur Voijko, filio Georgii de Maretich *Districtus* Klokoch predicti, ipsiusque Heredibus, et Posteritatibus universis pro quadraginta florenis auri puri, veri, et justi ponderis jam plene, uti Nobis retulit, ab eodem Voijko habitis, et acceptis vendidisset, tradidisset, assignasset, et ascripsisset, imo idem Jacobus suo, ac prefati Bartholomei fratris sui in personis vendidit, tradidit, assignavit, et asscripsit coram Nobis per eundem Voijko, et suos Heredes predictos Jure perpetuo, et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et babendas, Decimis *nostris et Ecclesie* nostre predicte semper salvis re*manentibus*, *In cuius rei* memoriam, et perpetuam firmitatem *presentibus sigillum* nostrum duximus appendendum. Datum *Sabatho* proximo post festum beati Gregorij Pape, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

A zágrábi káptalannak egy 1822-dik évi átiratából.

CCCLVII.

Csetnek város bírája, esküttjei és egész kössége kinyilatkoztatják, hogy Korpona város törvényeit, szabályait ők és utódaik híven megtartják és azoknak engedelmeskedni fognak. Kelt Csetneken junius 2-dikán 1464.

Digitized by Google

Wir Richter, und geschwornpurger, und auch dy ganze gemein der Stadt Czittnek, bekennen offenberlich, mit diesen — — — briff: das wir uns, nu und hernoch in der Erbern, Ersamen, und weisen Leute, Richter und geschwornpurger, und auch der Eldesten, des namhafftigen Rathes, der Stat Kerpen, Ersam, Statrecht, und Satzung, willig und mit volbedachten muth, ganz noch aller alten löblichen Gewohnheit unserer Eldern (den Gott genade) gegeben haben. Und domitte wir in Versprohen beij unsern guten trewen und gewissen, das stete, feste, und unvorruktbar, an ihr ersamen recht zu halden, und noch alten rechten gewöhnlich gehorsamkeit zu leisten, samt den unseren ersamen Eldesten, der wir in besunder zuflucht, Roth, und Underwcisung in holff und zu Stewer bedarffen. Des zu grösser und stetter sicherheit, und langer gedechtnis, darzu hocher gezeugnis, wir obgenante Richter und geschwornenpurger, unser Stat siegel an diesen briff han geschlossen und gehangen. Gegeben zu Czythnek, am Sonntag nach des heiligen Leichsnamtag, in dem jor, als man schreibet, noch Gottes, Tausend, vierhundert, vier und sechzig jor.

Korpona városa kéziratban lévő történeteiből annak levéltárában.

CCCLVIII.

Mátyás király Zólyom megyei Pojnik helységének Zsigmond király által 1405-ben adott kiváltságlevelét, — mellyben Zólyom megyei főispán Albensi Márton fia Dávid által adott szabadalom-levelét megerősitvén, egyszersmind a pojniki polgároknak és lakosoknak a korponai polgárokéival egyenlő kiváltságokat enged, — szóról szóra átirván megerősiti. Kelt junius 8-dikán 1464.

Digitized by Google

Mathias dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, Omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentium notitiam habituris, Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nostre Maiestatis adeuntes in conspectum, fideles nostri providi et circumspecti Mattheus Judex, filius Gregorij Kouacs, et Stephanus iuratus filius Martini, Cives et inhabitatores Possessionis nostre Ponik vocate, in ipsorum ac universorum aliorum *Ciui*um, hospitum et incolarum eiusdem Possessionis nostre personis, exhibuerunt nobis quasdam literas condam Excellentissimi Principis Domini Sigismundi, similiter Regis Hungarie etc. predecessoris nostri, sigillo suo, quo ut Rex Hungarie utebatur, impressive consignatas, quibus mediantibus idem condam Dominus Sigismundus Rex quasdam literas, condam Dauid filij Martini de Albens Comitis Zoliensis, super certis Libertatibus, prefatis Ciuibus, hospitibus, et incolis dicte Possessionis Ponik concessis confectas, confirmasse, ac insuper eisdem id, vt ipsi ijsdem libertatum et prerogativarum gratijs et indemnitatibus, quibus ciues hospites et populi Opidi nostri Korpona potiuntur perpetuis semper successivis temporibus fruantur et gratulentur, annuisse dignoscebatur, tenoris infrascripti. Supplicantes prefati Mattheus Judex, et Stephanus iuratus. Ciues dicte Possessionis nostre Ponik in ipsorum, ac predictorum vniuersorum aliorum Ciuium, hospitum et incolarum eiusdem possessionis nostre personis, Maiestati nostre humiliter, ut nos prefatas literas, *dicti* condam Domini Sigismundi Regis et omnia in eis contenta, ratas gratas et accepta habere, literisque nostris privilegialibus inseri et inscribi facere, ac pro ipsis Judice, Juratis, ceterisque Civibus, hospitibus et incolis prefate possessionis nostre Ponik, ipsorumque Successoribus et posteritatibus universis, pro tempore in eadem possessione nostra commorantibus innouantes, perpetuo valituras confirmare dignaremur, quarum quidem literarum tenor talis est. Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij Generalis Vicarius et Regni Bohemie Gubernator. Memorie commendamus

Digitized by Google

tenore presentium significantes quibus expedit uninersis. Quod Mathias Judex et Petrus Carnifex de Ponik, suis et vniuersorum populorum et hospitum nostrorum de eadem Ponik, ad nostre Maiestatis venientes adspectum, exhibuerunt nobis quasdam literas Dauid filij Martini de Albens pridem Comitis Zoliensis patenter emanatas, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas aut vitiatas, sed omni prorsus vitio carentes super libertatibus eorum confectas, petentes nos humili precum instantia, ut tenorem earum de verbo ad verbum sine augmento et diminutione aliquali, Literis nostris inseri et transcribi facientes easdem quoad omnes clausulas et continentias acceptare approbare, ratificare et confirmare dignaremur, quarum tenor talis est. Nos David filius Martini de Albens Comes Zoliensis, memorie commendantes significamus, quibus incumbit universis. Quod nos consideratis paupertatibus universorum Jobagyonum Regalium in villa Ponik vocata commorantium, qui se tam per continuos labores, quos ipsi singulis annis colono regali in eadem Ponik existenti facere et continuare consveverunt, quod per annuos census eorum et collectas, pecuniarum scilicet et bladorum redactos et oppressos nobis retulerunt, ut ipsa possessio regalis, eo magis augmentaretur et melioraretur, huiusmodi libertatem erga Dominum Regem confisi, ac iuxta quidditatem nostre collationis eisdem Jobagionibus Regalibus duximus faciendam in premissis, quatenus ijdem populi omnibus et singulis censibus, collectis et dacijs vniuersis, per ipsos hucusque pecunijs et bladis persolutis, ac persolvere consvetis, liberi sint penitus et exempti, villicumque et Judicem inter ipsos, iuxta eorum nutum et voluntatem eligant, qui omnes in medio ipsorum discutiat iuridice, ac officialem seu familiarem Comitis Zoliensis, in medio ipsorum pro iudice acceptare non teneantur, sed fruantur et potiantur ad instar aliarum liberarum villarum et civitatum circumiacentium, nec non omnes ac singulas terras arabiles et prata ad predictum colonum Regalem in predicta Ponik commorantem pertinentes, et usas per eundem colonum, dempto duntaxat prato eiusdem coloni, in tenutis ac metis Dubrauice habitis, ad ipsos recipiendo, iuxta ipsorum voluntatem, inter

Digitized by Google

ipsos dividendo, pacifice et quiete possideant et teneant, ac ntantnr ex ijsdem. Censnm autem et collectam Domino nostro Regi per annum integrum non plus, nisi octuaginta florenos puri auri seu veri ponderis in terminis infra declarandis, utputa directam et coequalem tertiam partem, predictorum octuaginta florenorum puri auri in festo Michaelis Archangeli, et aliam tertiam partem in festo Nativitatis Domini, nec non residnam tertiam partem eorundem octuaginta florenorum puri auri, in festo beati Georgij martyris, post sese occurenti, *plenarie* exsolvere teneantur, exceptis tamen cupro et plumbo, et *alijs* mineris inibi provenientibus, que alias more solito Castellanis nostris de Lipcse constitutis et constituendis volumus proveniri et administrari, duas siquidem Curias seu fundos conditionales, cum media parte unius similiter alias consveto more, cum omnibus ad id pertinentibus pro venatoribus Regijs, in eisdem commorantibus et commorandis, de numero eiusdem ville volumus excipi et ipsos esse et existere. Promittimus nihilominus eisdem Jobagionibus Regalibus, eosdem in premissis libertatibus conservantes, super premissis libertatibus eorum literas Domini nostri Regis donationales procurare et invenire. Datum Zolii feria sexta proxima ante Dominicam Ramis palmarum, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo. Nos igitur supplicationibus prefatorum Matbie Judicis et Petri Carnificis, in suis et dictorum populorum ac hospitum nostrorum, de dicta Ponik, nostre humiliter porrectis Maiestati, pie ac benigne inclinati, imo potius paupertati ac inopie ipsorum compatientes, tenores earundem literarum ipsius Comitis Dauid, presentibus literis nostris patentibus sine augmento et diminutione aliqnali inseri facientes, easdem quoad omnes ipsarum continentias et clausulas, acceptamus approbamus, ratificamus et confirmamus, volumus insuper et presentis scripti nostri patrocinio stabilimus, vt ijdem cives, bospites, et populi nostri de Ponik, et quilibet eorum, ijsdem libertatum, immunitatum et prerogativarum gratijs et indemnitatibus, quibus fideles Cives, hospites et populi nostri de Korpona potiuntur, tam scilicet Judicum et Judicatus, quam etiam quamvis aliam Jurisdictionem et exemptionem concernentem, temporibus semper debitis successivis, et in eter-

Digitized by Google

num duraturis, illibate et absque quovis discrepantie obstaculo et prepedimento fruantur, et modis omnibus efficaciter gratulentur, ex presenti nostra annuentia et concessione libertatis et prerogative specialis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum, quas in formam nostri privilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in Lipcse Zoliensi, Sabbatho proximo ante festum beati Marci Confessoris. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quarto. Nos igitur premissis humillimis supplicationibus Matthei Judicis et Stephani ivrati Ciuium dicte possessionis nostre, per eos in ipsorum ac predictorum universorum aliorum Ciuium, hospitum et incolarum eiusdem possessionis nostre, modo quo supra porrectis Maiestati, Regia benignitate exauditis et clementer admissis, prescriptas literas, dicti condam Domini Sigismundi Regis, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio suspicionis carentes, presentibusque Literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione aut augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continentias clausulas et articulos, acceptamus, approbamus et ratificamus, easque et omnia in eis contenta, pro ipsis, Judice, iuratis ceterisque Ciuibus et incolis sepefate possessionis nostre Ponik, ipsorumque successoribus et posteritatibus universis, pro tempore in eadem commorantibus, innouamus, perpetuo valituras confirmamus presentis scripti patrocinio mediante. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes Literas nostras, privilegiales, pendentis et authentici dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas, eisdem duximus concedendas. Datum per manus Reverendissimi in Christo patris Domini Stephani Ecclesiarum Colocensis et Bachiensis Archi Episcopi Aule nostre Summi Cancellarij, fidelis nostri dilecti. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quarto, Sexto Idus Junij, Regni nostri Anno Septimo, Coronationis vero primo, Vencrabilibus in Christo patribus Dominis, Dionysio de Zech Strigoniensi, eodem Stephano Colocensi Archi Episcopis, Ladislao Agriensis, Joanne Waradiensis, Nicolao Transiluanensis, Zagrabiensi Sede vacante, Joanne Quinque Ecclesiensis, Alberto Vesprimiensis, Augustino Jaurinensis, Vincentio Vacien-

Digitized by Google

sis, Thoma Nittriensis, Alberto Chanadiensis, Boznensi Sede vacante, Vrbano Sirmiensis, Marco Tininiensis, Nicolao Modrusiensis, Segniensi Sede vacante, Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Item Magnificis Michaele Orzagh de Guth, Regni nostri Hungarie predicti Palatino, Emerico de Zapolya Gubernatore Regni Bozne, Nicolao de Wylak, et Joanne Pongracz de Dengelegh, Wayuodis Transylvanensibus, Comite Ladislao de Palocz Judice Curie nostre, Eodem Emerico de Zapolya Dalmatie, Croatie, et Sclavonie Regnorum nostrorum, nec non prefato Nicolao de Wylakh Machouiensi Banis, Honore Banatus Zewriniensis vacante. Joanne de Rozgon Tauernicorum, Benedicto dę Thwrocz Janitorum, Andrea Pongracz de Dengelegh prefata Pincernarum, Stephano de Peren, et Ladislao de Bathor Dapiferorum, Paulo de Dombo et Ladislao de Vesen Agazonum nostrorum Regalium Magistris, Andrea Paumkircher Posoniensi, et Petro Szakol Themesiensi Comitibus, alijsque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Székely Sámuel gyüjteményéből.

CCCLIX.

Mátyás király Szeben városának a legszorosabban megparancsolja, hogy a lőpor és ágyuk készitésével éjjel nappal siessen s azokat Bajomi Lőrinczuek, a szebeni pénzverő ház ispánjának kezeihez szolgáltassa. Kelt Budán június 27-dikén 1464.

Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Vobis fidelibus nostris, Prudentibus et Circumspectis,

Digitized by Google

Judici, Juratis, ceterisque Civibus et toti communitati Civitatis nostre Cibiniensis harum serie committimus et mandamus firmissime, quatenus, receptis presentibus, die, noctuque, cum pulveribus et pixidibus festinare ac disponi facere, et taadem ad manns fidelis nostri Egregij Laurentij de Bayon Comitis Cusionis Monetarum Camere nostre Cibiniensis, assignare debeatis, Secns si indignationem nostram euitare cupitis, facere non presumatis Datum Bude in festo beati Regis Ladislai, Anno domini Millesimo Quadringentesimo LX° quarto Regni nostri Anno Septimo, Coronationis vero primo.

Ad relationem Magistri Bartholomei etc.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCCLX.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja, hogy János és Zsigmond bazini és szentgyörgyi grófokhoz, kiket őrajta bizonyos adósságot követelő Slezer Gáspár ügyében bíráknak nevezett, küldjön némelly tekintélyes férfiakat kebeléből, kik az említett grófokkal együtt Slezer Gáspár követeléseinek alapját vizsgálják meg, mellyek ha érvényeseknek találtatnak eleget tenni kész lesz, ellenkező esetben tiltsák őt el embereinek háborgatásától, minden esetre pedig eljárásuk eredményéről neki tudósítást tegyenek. Kelt Budán július 18-dikán 1464.

de commissione Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti Fideles nobis dilecti. Quia mandavimus Fidelibus nostris Johanni et Sigismundo Comitibus de

Digitized by Google

Bozin et de Sancto Georgio ut ipsi jura Gasparis Slezer qui nos sibi debitores esse allegat, revideant. Ubi cum prefatis Comitibus etiam ex vobis certos adesse volumus. Ideo Fidelitati Vestre firmiter mandamus, quatenus visis presentibus notabiles ex vobis transmittatis, qui cum eisdem Comitibus predictis jura dicti Caspar Slezer si que ipse super iis, quibus nos sibi debitores esse dicit, exhibebit, revideant, ex quibus si compererint nos illi debitores esse, de debitis nostris sibi satisfacere parati erimus, licet in nullo ipsi Gasparo Slezer debitores scimus, ubi id non repererint, loquantur eidem, ut nostros non vexet, nec impediat, tandem vero revisis huiusmodi juribus superinde nostram Maiestatem curetis certum reddere. Datum Bude feria quarta proxima post festum divisionis Apostolorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Regni nostri Anno septimo, Coronationis vero primo.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis Civibus nec non Communitati Civitatis nostre Posoniensis Fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCCLXI.

Mátyás király Szobi Péternek megparancsolja, hogy a beszterczei várat, mellyet ő a beszterczei polgároknak fentartás végett átengedett, jelen levele vételével minden abban lévő kadi szerekkel együtt az említett polgároknak adja át. Kelt Zondon augustus 14-dikén 1464.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei Gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fideli nostro Egregio Petro de Zob Salutem et gratiam. Quia nos confisi de fide et fidelitate fidelium nostrorum circumspectorum civium, hospitum et Inhabitatorum Civitatis nostre Bistriciensis, eisdem Castrum nostrum Bistriciense dedimus conservandum. Ideo Fidelitati tue harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus receptis presentibus prefatum Castrum nostrum Bistriciense, simulcum omnibus ingenijs in eodem existentibus manibus prefatorum civium, hospitum et inhabitatorum dicte civitatis nostre Bistriciensis, dare et resignare debeas, et secus facere non presumas, presentes tandem pro tua erga te reserves expeditione. Datum in Zond, in vigilia Festi Assumtionis beate Marie Virginis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Regni nostri anno septimo, coronationis vero primo.

Mathijas Rex
propria manu etc.

Besztercze városa levéltárából *).

CCCLXII.

Mátyás király Pozsony városa panasza következtében udvarbirájának és budai várnagyának szorosan megparancsolja, hogy a pozsonyi polgárokat, kiken az általa is megerő-

*) Ezen levelet a király aláirása tekintetéből hasonmásban is adjuk.

Digitized by Google

[illegible] dni Regis

Maiestas dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. fideli nostro Egregio
[illegible] de Zob, Salutem et gratiam, Quia nos confisi de fide et fidelitate fidelium nostrorum, Circumspectorum
[illegible] hospitum et Inhabitatorum Civitatis nostre Bistricensis, eisdem, Castrum nostrum Bistricensem
[illegible] conservandum, Ideo fidelitati tue harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus, recepto
[illegible], prefatum Castrum nostrum Bistricensem, simultanea omnibus ingenuis, in eadem existentibus
[illegible] prefatorum Civium hospitum et Inhabitatorum dicte Civitatis nostre Bistricensis.
[illegible] et resignare debeas, Ut servus fare non presumas, putes tandem pro tua erga
te restitues expeditione Datum in Zond, in vigilia festi assumptionis beate Marie virginis
Datum [illegible] millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto Regni nostri [illegible] septimo Coronationis vero primo

Mathyaskx
[illegible] manu [illegible]

[illegible] referendum

Digitized by Google

sitett királyi kiváltságok sérelmére s e tárgyban már többször kiadott parancsai ellenére Dénes esztergomi érsek Komáromban és más helyeken nem csak vámot vétet, hanem őket sokféle zsarolásokkal zaklatja, ha az említett érsek ezt tenni ezutánra sem szünnék meg, minden lehető megkárosítások ellen sikeresen óltalmazza. Kelt Ujlakon september 14-dikén 1464.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie Croatie etc. Fideli nostro Egregio Gregorio Horwath de Gaij provisori Curie et Castellano Castri nostri Budensis Salutem et gratiam. Pro parte et in personis fidelium nostrorum prudentum et Circumspectorum Magistri Civium ac Judicis Juratorumque et universorum Civium nec non Communitatis Civitatis nostre Posoniensis Maiestati nostre expositum extitit gravi cum querela. Quod licet nos jam sepius et etiam his diebus mandaverimus fideli nostro Reverendissimo in Christo patri Domino Dionisio Cardinali et legato Archi-Episcopo Ecclesie Strigoniensis, ut ipse super Cives nostros Posonienses, contra eorum libertates per Divos Reges Hungarie nostros scilicet predecessores, ipsis gratiose concessas, et per nos ipsis jam pridem confirmatas, tributum in Oppido Komaron et etiam in alijs locis exigifacere non deberet. Tamen his mandatis nostris non curatis non tantum ipsum tributum scd etiam magnam superfluam exactionem super eisdem Civibus nostris ac rebus et bonis eorum in dictis tributis exigi et extorqueri faceret, in preiudicium libertatum ipsorum Civium et Civitatis nostre pretacte ac dampnum non modicum. Cum autem nos prescriptos Cives nostros Posonienses in omnibus eorum antiquis libertatibus per nos ut prefertur eisdem confirmatis, contra quoslibet conservare et manutenere velimus, Igitur fidelitati tue harum serie firmiter *mandamus*, quatenus receptis presentibus, si idem Dominus Archiepiscopus decetero prefatos Cives nostros cum huiusmodi exactione tributorum in dicto Opido Komaron ac alijs locis exigi solitorum impedierit et superinde non cessaverit, extunc tu ipsos Cives nostros penes eorum libertates taliter et adeo protegere et

Digitized by Google

defensare debeas et tenearis ut ijdem in dampnis que ipsi in dictis tributis per eundem Dominum Archi Episcopum aut homines suos ut dicitur iniuste percepissent aut in posterum perciperent non relinquantur. Secus non facturus Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Wylak in festo exaltationis Sancte Crucis Anno Domini millesimo quadringentesimo Sexagesimo quarto, Regni nostri anno Septimo coronationis vero primo.

Pozsony városa levéltárából.

CCCLXIII.

Mátyás király Werchovinai Demeter fiának Mártonnak panaszos kérelmére Szapolyai Imre Bosnyaország kormányzójának, Dalmát-, Horvát- és Tótország bánjának és minden leendő tótországi bánoknak megparancsolja, hogy a Werchovinai nemes nemzetséget, mellyet a magyar királyoktól nyert nemesi kiváltságai ellenére Zsigmond és Albert királyok halála után Frangepán Márton zengi, vegliai és modrusi gróf jószágai elfoglalásával erőszakkal a maga hatalma és törvényhatósága alá vetvén, krupai várának szolgálatára kényszeritett, törvényes jogaiba kiváltságlevele szerint megtartani s minden megtámadók, különösen az emlitett Frangepán ellen óltalmazni kötelességöknek ismerjék. Kelt Sz. Fejérvárt october 18-dikán 1464.

Matthias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. fideli nostro Magnifico Emerico de Zapolya, Gubernatori Bosne, ac Regnorum nostrorum Dalmatie et Croatie predictorum nostrorum ac Sclavonie Bano, futurisque Banis dicti Regni nostri

Digitized by Google

Sclavonie presentium notitiam habituris Salutem et gratiam. Exponit Maiestati nostre fidelis noster Martinus filius Demetrij de generatione Werchouijna in sua ac totius generationis Nobilium eiusdem Werchouijna personis graui cum querela, ut quamvis ipsi jam dudum iuxta ipsorum privilegia per divos Reges predecessores scilicet nostros ipsis data et collata Regij Nobiles fuerint, et sub Jurisdictione Comitatus, et Sedis Zagrabiensis exstiterint, tamen post mortem condam Serenissimorum Principum Dominorum Sigismundi et Alberti Regum similiter Hungarie predecessorum nostrorum Spectabilis et Magnificus Martinus de Frangepanibus, Segnie, Wegle et Modrusse Comes eosdem Nobiles de dicta generatione Werchovijna una cum bonis et hereditatibus eorum violenter pro se occupando potestati, et Jurisdictioni sue subegisset, et ad castrum suum Crupa vocatum deservire faciens, privilegijs et libertatibus eorum priuasset in preiudicium Nobilitatis eorum manifestum. Supplicavit itaque prefatus Martinus filius demetrij in sua ac dictorum aliorum de pretacta generatione Werchovijna personis nostre Maiestati, ut ipsis circa premissa de remedio providere dignaremur opportuno, et quia nostra etiam interest ex suscepti Regiminis officio unumquemque Nobilium Regnorum nostrorum in iuribus et libertatibus suis manutenere. Nolentes eosdem Nobiles de dicta generatione Werchovijna minus iuste et indebite per quempiam Regnicolarum nostrorum supprimi, et iustis iuribus priuari et destitui, quin imo eosdem ipsorumque heredes in illa mera et libera gaudere, et frui volumus libertate, qua ceteri ueri Nobiles Regni nostri fruuntur, et gratulantur sub vexillo nostro Regis Millitantes, ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus salva veritate premissorum amodo imposterum prefatos Nobiles de dicta generatione Werchovijna in dictis ipsorum antiquis libertatibus iuxta formam privilegij, et tenorem literarum eorundem manutenere et conservare, ac contra quoslibet illegitimos impetitores, et signanter contra prefatum Comitem Martinum protegere, tueri, et defendere debeatis, nostre Maiestatis in persona et auctoritate presentibus Vobis in hac parte attributa, et justitia mediante. Secus non facturi presentibus perlectis

Digitized by Google

exhibenti restituendis. Datum in Albaregali feria quinta proxima post festum beati Ambrosij Confessoris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo Quarto, Regni nostri Anno septimo, Coronationis vero primo.

A Blagay grófok irományai közől.

CCCLXIV.

Mátyás király Kanizsai László főlovászmester hű szolgálatait tekintetbe véve, mellyeket előbb atyjának a kormányzónak és a szent koronának, később pedig neki magának tőn, Döbrente várát a hozzá tartozó Döbrente, Arda, Jákó és Tocsa helységeivel, valamint Pápa helységét s a sárosfői részjószágot Veszprém, — továbbá Keszi, Megyer, Szerdahely, Dezics, Gutorfölde helységeit Zala, — Káld és Gulács helységét Vas — végre Remetét Temes vármegyében minden tartozandóságaikkal, mellyek Döbrentei Tamás nyitrai püspöknek, Miklós és Lőrincz Döbrentei Him fiainak, valamint Remetei Miklósnak ugyancsak Him fiának és Pápai György és Balázsnak hűtlensége által, — miután ezek, mig ő Zwoynik várát vivta, a szentmártoni és döbrentei várakba cseh és idegen zsoldosokat fogadva, az országban raboltak és gyujtogattak és némelly leveleiről a királyi pecsétet lerévén és általok koholt hamis levelekre függesztvén, ezeket pereikben használták, — törvényesen a koronára szállottak, a nevezett hitetleneknek általjában minden jószágaikkal együtt említett Kanizsai Lászlónak adományozza. Kelt a Zwoynik vára alatti táborban november 9-dikén 1464.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes

Digitized by Google

quibus expedit universis, Quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis fidelis nostri Magnifici Ladislai de Canisa Magistri Agazonum nostrorum per eum primum condam Illustri Domino de bwnyad Comiti Bistriciensi alias Gubernatori dicti Regni nostri bungarie genitori nostro charissimo felicis memorie, tandemque Sacre dicti Regni nostri hungarie Corone et expost etiam Maiestati nostre, sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitate et soliicitudine indefessa laudabiliter impensis et exhibitis, Castrum Debrenthe vocatum, ac villam similiter Debrenthe appellatam, item possessiones Ordo, Jakou et Tocha vocatas, ad idem Castrum pertinentes, nec non villam Papa vocatam ac portiones possessionarias in possessionibus Sarosdfew in Wesprimiensi, item Kezy, Megyer, Zerdahely, Dezich, Gntorfewlde in Zaladensi, nec non Cald et Gulach in Castriferrej et Remethe cum suis pertinencijs in Temesiensi Comitatibus existentes et habitas, quod et que nunc apud manus Reverendi Domini in Christo Patris Thome de Debrente Episcopi Ecclesie Nitriensis, Nicolaj ac Laurencij filiorum Hym de eadem Debrente, nec non Nicolai similiter filij Hym de dicta Remethe, nec non Georgij et Blasij de eadem Papa existerent ac universa alia Oppida, Possessiones, villas ac predia et generaliter quelibet possessionaria eorundem Thome Episcopi Laurencij et Nicolai filiorum Hym, nec non Georgij et Blasij de Papa, ubicunque et in quibuscunque Comitatibus Regni nostri apud manus eorundem habita et existentia, que omnia ex eo, quod ijdem Thomas Episcopus et Laurencius et Nicolaus filij Hym, nec non Georgius et Blasius de Papa, in Castris Sancti Martini et Debrenthe predicto plurimis Bohemis et alijs gentibus extraneis introductis, per eosdem ex eisdem Castris nobis in obsidione Castri Zwoynik vocati constitutis, notabilia spolia depredationes et incendia in hoc regno nostro commisissent, nec non Sigyllis a quibusdam literis nostris fraudulenter distractis et eisdem alijs literis, per eosdem videlicet dolose fabricatis impressis, cum ijsdem in nonnullis causarum suarum processibus nomine literarum nostrarum Regalium usi exstitissent, ad sacram dictj Regni nostri Hungarie Coronam consequenterque nostram Maiestatem, iuxta Decreta et antiquam ac

Digitized by Google

approbatam eiusdem Regni nostri consvetudinem rite et legitime devoluta esse perhibentur, simul cum cunctis suis utilitatibus eorumdem et pertinencijs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, pratis, agris, pascuis, campis fenetis sylvis nemoribus, montibus rubetis virgultis vallibus vineis, vinearumque promontorijs aquis, fluvijs, piscinis piscaturis aquarumque decursibus molendinis et molendinorum locis generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eorundem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad idem easdem et eadem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et autiquis limitibus existentibus, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Ladislao de Canisa suisque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus, contulimus, Jmo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda pariter et habenda, Salvis Juribus alienis barum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in descensu nostro exercituali sub dicto Castro Zwoynik feria sexta proxima post festum Emerici Ducis. Anno Domini M. CCCC. LXIV. Regni nostri anno VII. Coronationis vero I°.

Czech János úr közléséből.

CCCLXV.

Mátyás király a kolozsmonostori conventnek megparancsolja, hogy Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajdát és testvérét Pongrácz Andrást, a felső részek kapitányát és trencsényi főispánt, erdélyi Fejér megyében eső Szász-Sebes királyi vi-

Digitized by Google

rosba és az ahhoz tartozó minden helységekbe, — mellyeket az említett testvéreknek iránta tett hű szolgálataikért, valamint királylyá választatása óta a köz szolgálatra fordított tetemes összegek tekintetéből 20,000 arany forintban átirt és elzálogosított, — annak rendje szerint igtassa be. Kelt Bácsban november 26-dikán 1464.

Matthias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris Conventui Ecclesie de Kolosmonostra Salutem et gratiam. Quia nos consideratis fidelitate et servicijs fidelium nostrorum Magnificorum Joannis Pongracz de Dengeleg Waynode Transylvani, ac Andree similiter Pongracz de eadem Dengeleg Capitanei partium Superiorum et Comitis Trinchiniensis, fratris sui carnalis, per eos Maiestati nostre in nonnullis exercitualibus expeditionibns constanter exhibitis, considerantes etiam prefati Joannes Wayuoda et Andreas quantas expensas a tempore electionis nostre in Regem Hungarie usque in hodiernum diem in nostris servicijs fecerint. Igitur tum intuitu seruiciorum, tum vero in recompensam dictarum expensarum, Civitatem nostram Regalem Zaz Sebess vocatam, in partibus Transylvanis in Comitatu Albensi habitam cum villis Lamkerek, Ribamfalva, Lelnek, Peterfalva, Pihen nec non Daal, Rekitha, Seckchor Olah Pijen vocatis, alijs etiam universis villis, possessionibus et predijs in eodem Comitatu Albensi existentibus quocunque nomine apellatis ad dictam Civitatem Zaz Sebess ab antiquo pertinentibus simulcum cunctis ipsarum Civitatis ac villarum et possessionum necnon prediorum utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, memoratis Joanni Wayuode ac Andree fratri suo carnali, vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum in viginti milibus florenorum auri inscripserimus et impignoraverimus, tali modo, quod ipse Joannes Wayuoda et Andreas Pongracz eorumque heredes et posteritates universe huiusmodi Civitatem ac possessiones, Villas et predia ad eandem pertinentia tam diu tenere et possidere valeant, donec Nos aut Successores nostri Reges Hungarie eisdem Joanni Wayuode ac Andree, vel filijs et heredibus eorum super prescriptis viginti milibus florenorum auri cum

Digitized by Google

promptis florenis sine rerum estimatione satisfecerint, Velimusque eosdem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem pro Testimonio fide dignum, quo presente Martinus de Naghlak vel Blasius de Chezthve, aut alter Blasius de Beld, sin Gregorius de Chongva seu Nicolaus sive Demetrius de forro, vel Ladislaus de Kechet aut Dyonisius de Strig alijs absentibus homo noster ad facies prescriptarum Civitatis ac possessionum, Villarum et prediorum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat memoratos Joannem Wayuodam ac Andream Pongracz in dominium earundem, Statuatque easdem eisdem premisse inscriptionis et impignorationis titulo usque tempus redemtionis earundem possidendas Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si fuerint evocet eosdem contra prefatos Joannem Wayuodam et Andream Pongracz nostram personalem in presentiam rationem Contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et Statutionis seriem cum Contradictorum et Evocatorum si qui fuerint, Vicinorumque et Commetaneorum qui premisse Statutioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bachie feria secunda proxima post festum beate Catharine Virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quarto. Regni nostri anno septimo, Coronationis vero primo.

Kivülről: Homo Regius Blasius de Beld, noster frater Ambrosius, — Feria sexta ante Dominicam Letare Executio facta est, — Vicini et Commetanei Stephanus Vice Wayuoda de Somkerek, Nicolaus Junior de Vizakna, Georgius de Haranglab, Marcus de Bethlen et alij quam plures.

A kolozsmonostori convent levéltárából.

Digitized by Google

CCCLXVI.

Mátyás király tudósítja Raguza városát, hogy egyenesen Bosnyaországba szándékozik, Jaicza várát a török szultán megszállása alól felszabadítandó, egyszersmind meghagyja neki, hogy mint eddig úgy ezentúl is az azon részeken előforduló eseményekről tudósítsa őt. Hely, nap és év nélkül (1464).

Nobiles et Prudentes Viri, fideles nobis dilecti. Nova per vos nobis intimata intelleximus, et pro recto habemus, quod de rebus illic occurrentibus nos continue facitis certiores. Ceterum nos ecce recta via pergimus in Bosniam cum persona et copiis nostris, Imperatorem Turcarum ab obsidione Castri et Oppidi Jaicza, Deo opitulante repulsuri, et quantum necessitati, ac rebus fidei et Nostris adesse poterimus, non negligemus, quod nos quoque — — — — que sequuntur. Interim fidelitatis et Officii erga nos Vestri memores estote. Facite vos quod soletis, ut nova illarum partium in dies cognoscamus. Datum — — —

A Hager-Jancsó codexből.

CCCLXVII.

Mátyás király György bibornokot bizodalmas levelében tudósítja, hogy, míg ő a hit ügyében nagy fáradsággal és költséggel munkálkodik, addig szomszédai nem hogy segítenék, sőt háborgatják; nevezetesen a napokban Fridrik császár több más ellenségeskedések, fogságba hurczolások és megsebzések

Digitized by Google

közt Sopron külvárosát is felgyujtatta s tudatja a bíbornokkal, hogy, ha békés indulata ellenére igy kihívatva és megsértve valamit kénytelen lesz tenni, nem ő leend vétkes, hanem az, ki a viszályra okot szolgáltatott. Hely, nap és év nélkül (1464).

Quoniam in Reverendissima Paternitate Vestra fiduciam collocaverimus singularem, ideo ea, que Nobis et Regno nostro in dies accidunt, qualiacunque tandem sint, merito cum ipso communicamus. Proinde scire volumus Reverendissimam Paternitatem Vestram, quod hoc tempore ingenti labore et impensa personaliter in facto fidei occupati nedum juvamur a vicinis, sed potius turbamur ab his, presertim a quibus minime id nos, et rem Christianam pati conveniret. Nam his diebus Serenissimus Romanorum Imperator inter multa alia hostilia, post captivitates et vulnera nostratium, suburbium, sen Burgum Oppidi nostri Soproniensis per suos homines igne combussit, nulla nostra, neque nostrorum culpa lacessitus. Quantum enim Nobis placeat cum fidelibus vicinis, et potissimum cum ipso Imperatore armis contendere, satis vel tunc declaravimus, cum in terris, imo in oculis memorati Cesaris, emuli nostri, copias habebamus, easque abinde ad unicam admonitionem Legati Apostolici mox deduximus, prout ipse Reverendissimus Dominus Sancti Angeli (Cardinalis) et recte ut arbitramur, meminit, et clarius testificari poterit. Nunc autem cum abunde nobis negotii cum Turco sit, cum aliis prorsus quietem agere optavimus. Si quid tamen provocati, et lesi necessario fecerimus, facile dijudicare poterit Reverendissima Paternitas Vestra, non nos esse in crimine, sed eum qui causam, et initium dissensionis introduxit. Et hoc est, quod in presentiarum pro futuris contingentibus cum Reverendissimis Collegis suis ignorare noluimus. Datum — — —

A Hager-Jancsó codexből, hol illy czímmel fordul elő :

Matthie Corvini Regis litere ad Georgium Episcopum Portuensem, Cardinalem Rotamagensem, quod Imperator (Fridericus) suburbia Soproniensia comburi fecerit.

Digitized by Google

CCCLXVIII.

Mátyás király elődjének Lászlónak a győri káptalan részére 1455-ben kiadott levelét (Oklevéltár, CCXXXIII. szám), mellyben Károly és Kún László királyoknak ezen káptalan népei részére adott kiváltságleveleik erősittetnek meg, szóról szóra átirván, ujra megerősíti. Kelt január 26-dikán 1465.

Mathias Dei gratia Hungarie Dalmatie Croatie Rame Servie Gallicie Lodomerie Cumanie Bulgarieque Rex, omnibus Christi Fidelibus presentibus et futuris presentium notitiam habituris, Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod Fideles Nostri Venerabiles Ladislaus de Demelk Jauriensis ac Thomas de Kwthws Decretorum Doctor Castriferrei Ecclesiarum Prepositi et Magister Joannes de Waswaar, Canonici eiusdem Ecclesie nostre Jauriensis Nostre Maiestatis venientes in conspectum in ipsorum et totius Capituli dicte Ecclesie Jauriensis personis exhibuerunt et presentaverunt nobis quasdam Literas condam Serenissimi Principis Domini Ladislai similiter Regis Hungarie immediati predecessoris nostri Secreto suo Sigillo, quo ut Rex Hungarie utebatur impendenti consignatas, tenores quarumdam Literarum condam Serenissimi Principis *Domini Caroli et* ceterorum aliorum Regum Hungarie predecessorum nostrorum super certis libertatibus et gratiis modo et ordine inferius in tenore earundem Literarum clarius expressis populis eiusdem Capituli Jauriensis concessis confirmative in se habentes tenoris infrascripti. Supplicantes Maiestati nostre humiliter in suis ac prefati Capituli Ecclesie Jauriensis nominibus, ut prescriptas literas ratas gratas et acceptas habendo, literisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri faciendo approbare,

Digitized by Google

easdemque et omnia in eis contenta pro eisdem Capitulo et Canonicis prefate Ecclesie Jauriensis presentibus et futuris universis innovando perpetuo valituras confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor talis est : Ladislaus dei gracia stb. (*szóról szóra mint Oklevéltár CCXXXIII ss. a.*) Nos igitur humilibus Supplicationibus antefatorum Ladislai ac Thome Prepositorum ac Magistri Joannis Canonicorum dicte Ecclesie Jauriensis per eos nostre modo quo supra porrectis Maiestati, Regia benignitate exauditis et clementer admissis prescriptas literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali presentibus literis nostris privilegialibus insertas quoad omnes earum continentias clausulas et articulos eatenus quatenus eedem rite et legitime existunt emanate acceptamus approbamus et ratificamus easque et omnia in eis contenta pro eisdem Capitulo et Canonicis prefate Ecclesie Jauriensis presentibus et futuris universis innovantes perpetuo valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante. Salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Reverendi in Christo Patris Domini Stephani Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Archiepiscopi Aule nostre Summi Cancellarij fidelis nostri dilecti Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto, septimo Calendas Februarij, Regni nostri Anno Septimo, Coronationis vero primo. Venerabilibus in Christo patribus Dominis Dionisio de Zeech Cardinale Strigoniensi, eodem Stephano Colocensi Archiepiscopis, Ladislao Agriensi Joanne Waradiensi, Nicolao Transilvanensi, Zagrabiensi Sede vacante, Joanne Quinqueecclesiensi, Alberto Wesprimiensi, Augustino Jauriensi, Vincentio Vaciensi, Alberto Chanadiensi, Thoma Nitriensi, Bosnensi Sede vacante, Urbano Sirmiensi Marco Tininiensi, Segniensi Sede vacante, Nicolao Modrusiensi Ecclesiarum Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Item Magnificis Michaele Orzagh de Gwth Regni nostri Hungarie predicti Palatino, Emerico de Zapolia Regni Bosnensis Gubernatore, Nicolao de Wylak et Joanne

Digitized by Google

Pongracz de Dengelegh Waijuodis Transijlvanis, Comite Ladislao de Paloez Judice Curie nostre, eodem Emerico de Zapolia Dalmatie Croatie nec non Sclavonie Regnorum nostrorum, et prefato Nicolao de Wylak Machouiensi Banis, honore Banatus Zewriniensis vacante, Johanne de Rozgon Tavernicorum, Joanne Thws de Lak Janitorum, Nicolao de Alsolyndwa et Emerico de prefato Palocz Pincernarum, Stephano de Peren et Ladislao de Bathor Dapiferorum, Ladislao de Kanisa et Bertholdo Elderbok de Moniorokerek Agazonum nostrorum Regalium Magistris, Andrea Pankijrher Posoniensi, et Petro de Zakol Themesiensi Comitibus alijsque compluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Czech János úr közléséből.

CCCLXIX.

Mátyás király Imre királynak 1198-ban, Bélának 1239-ben, 1256-ban és 1270-ben, és István királynak 1272-ben az esztergomi érsekség részére adott kiváltság- és adománylevelelt szóról szóra átírván, megerősíti. Kelt február 16-dikán 1465.

Mathias dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex Omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presentium notitiam habituris, Salutem in omnium Saluatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod Reverendissimus in Christo pater Dominus Joannes Episcopus Ecclesie Varadiensis, et postulatus Ecclesie Strigoniensis, fidelis noster dilectus, nostrum veniens in conspectum exhibuit coram Maiestate nostra ac Prelatis et Baronibus Regni nostri.

Digitized by Google

plurima privilegia certorum Regum Hungarie, nostrorum olim predecessorum, per Reges subsequentes usque ad nostra tempora Literis et sigillis eorum confirmata, in quibus plurime Donationes, Exemptiones et Libertates ipsius et Archi-Episcopatus Strigoniensis, per eos facte et concesse continebantur, tenorum infrascriptorum. Quorum nonnulla manu nostra propria contrectando perlegi fecimus coram nobis, supplicando Maiestati nostre, ut illa originalia et vetustiora, que ad corruptionem quodammodo tendere uiderentur, sub Aurea Bulla nostra renovando, pro dicta Ecclesia et Archiepiscopatu Strigoniensi perpetuo valitura more predecessorum nostrorum confirmare dignaremur, quorum primi tenor talis est. In nomine Sancte Trinitatis et individue Unitatis. Emericus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rameque Rex. Omnibus notificamus, quod quia Sanctissimus Rex Stephanus et Beatus Ladislaus Rex, Hungarie Reges, nostri patres et predecessores ordinauerunt recepto Apostolico mandato, ut de omnibus proventibus regalibus, nunc habitis, et quoquo modo et nomine habendis atque ampliandis, Rex Hungarie, quicumque fuerit a deo coronatus per Sedem Strigoniensem, in signum Catholice fidei, decimam solvere deberet Archiepiscopo Strigoniensi, a quo fidem Baptismatis et Coronam receperunt, Nos eadem fide, qua ipsi, salvari volentes, in perpetuum statuimus, quod de omnibus proventibus regalibus Archiepiscopus Strigoniensis decimam ad plenum recipere debeat, prout semper receperunt, item decimam tributorum in terra Scipisiensi et in Posonio, ipsi Domino Archiepiscopo Strigoniensi, in perpetuum pro mensa sua, sicut per Sanctos Reges erant donate, item pro salute nostra et pro discordia vitanda, exemplo Sanctorum Regum donavimus in perpetuum domum Regalem in Castro Strigoniensi, que nondum fuit opere consummata, eidem Strigoniensi Archiepiscopatui, tamen tempore necessitatis nostre ipse Dominus Archiepiscopus, nos in eadem recipere teneatur. Datum per manus Domini Kaptapani Episcopi Agriensis, Aule Nostre Cancellarii, Anno ab incarnatione Domini 1198. Secundi vero privilegii continentia verbalis hec est. Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex.

Digitized by Google

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est omnium salus et vita. Effectum justa postulantibus indulgere tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, presertim cum petentium vota et pietas adjuvat, et justitia non relinquit, hinc est quod ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire literarum, quod nos consideratis fidelitatibus et servitijs meritorijs Sancte Matris Ecclesie Strigoniensis, que nos et nostros predecessores, in omnibus Juribus Regalibus et reginalibus et supervenientibus necessitatibus, contra omnes insultantes et infideles tyrannos fideliter fovit, aluit, consuluit et defensavit toto posse cum opere subsecuto, a tempore sue prime fundationis, maxime in Coronatione Regia, Regnique adeptione, ac pro nostra et nostrorum Successorum injuria repellenda se et sua omni submittens fortune casui et perditioni. Et cum predicta Sancta Strigoniensis Ecclesia locum primatis in Regno nostro tenere dignoscatur, tam a beata Sede Apostolica, quam a Sancto Rege Stephano, nostro progenitore. qui predictam Sanctam Ecclesiam fundavit, dotavit et libertatibus firmavit et stabilivit, ac servitiorum amplitudine, et multitudine dignitatum decoravit, Nos eiusdem vestigiis inherentes, aliquo Donativo remunerationis et libertatis ampliationis consecutione Archiepiscopum et Ecclesiam suam Strigoniensem aliis Ecclesiis preferre volentes, prout fuit et est, has gratias speciales et donationes ad presens duximus faciendas, quod nullus tributarius in quibuslibet Comitatibus vel partibus Regni nostri, cuiuscunque nomine ad exigendum sit deputatus, audeat tributum sen telonium aut pedagium super populos Ecclesie predicte exigere, vel eosdem impedire, cum eorum rebus mercimonialibus procedentes qui si exegerit vel impediverit, et per Officiales Ecclesie ad nostram presentiam vel Judicem Curie nostre citatus fuerit, ablata restituat sine mora et decem marcas pro Birsagio nostro Judici persolvere teneatur, et si contrarium facere attentaverit, tributum perdere Dominus terre, probata exactione tributi et bonorum impeditione judicetur, prout a Sanctis Regibus hoc ab antiquo erat institutum. Item concessimus Civitatem Archiepiscopalem construendam et congregandam in territorio suo, sub Castro Strigoniensi et

Digitized by Google

Domo Archiepiscopali, ac forum fieri in eadem per totam diem Sabathi, incipiendo a medio die ferie sexte immediate precedentis, cum foro quotidiano, ad quod forum omnes mercatores secure veniant, et libere recedant, factis suis mercationibus, cum omnibus libertatibus que congruunt Civitati, ex parte Danubii incipiendo a quodam fonte calido scaturienti, qui est sub Castro, et fluit ad rippam fluminis Kis Duna vocati, usque ad turrem Archiepiscopalem Veprech vocatam, salvo foro et Jure Civitatis Strigoniensis et libertatibus sibi remanentibus, Cum Arcbiepiscopus Strigoniensis Civitate careat appropriata, et sibi vicinanti, ubi famulorum multitudine se et Ecclesiam suam posset defensare. Item donavimus et tradidimus eidem Ecclesie et Archiepiscopatui Strigoniensi pro remedio animarum parentum nostrorum et nostro, quasdam terras seu possessiones nostras, cum suis servitoribus conditionariis, retiferis scilicet et falconariis, perpetuo et irrevocabiliter Archiepiscopo et Archiepiscopatui, videlicet Poonh juxta villam Czeteny in Comitatu Nittriensi, item Fedemes juxta Harsany in Comitatu Comaromiensi, et terram nostram Olvar vocatam in Comitatu Barsiensi juxta possessionem Ecclesie similiter Olvar vocatam adjacentem, quas quidem possessiones seu terras per nos ipsi Archiepiscopo et Archiepiscopatui Strigoniensi, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis perpetuo traditas, et collatas ut premittitur, volumus ut nullus Archiepiscoporum processu temporum distrahere, vendere, mutare, seu quovis modo valeat alienare, cum sint nostre Elemosyne speciales, qui si quoquo modo alienaverit aliquam ex iisdem, pro non alienata prout et nunc sic et tunc ex vigore presentium decernimus habituram, sed semper salve maneant possessiones antedicte tam in toto, quam in parte, cum pertinentiis et utilitatibus earum universis perpetuo et irrevocabiliter possidende ut nostra donatio elemosynaria et libertatum collatio de memoria hominum non evellatur. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes concessimus dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno domini 1239. tertio Calendas Octobris, Regni autem nostri anno quarto. Item tertii privilegii tenor est talis. Nos Bela dei gratia Rex Hungarie, et dux Styrie, tenore

Digitized by Google

presentium omnibus fieri volumus manifestum, quod Magister Benedictus Canonicus Zagrabiensis, et Archidiaconus Gercha in Camera de Ultra Drava non resedit ut homo Episcopi Zagrabiensis, quamvis idem Episcopus unacum Bano Stephano vice nostra procuraverit Cameram ultra Dravam, sed tamquam homo Bani Stephani, per ipsum Banum ad hoc specialiter deputatus, quod et idem Episcopus coram nobis personaliter recognovit, ne vero ex eo quod dictus Magister Benedictus in dicta Camera permansit, Strigoniensi Ecclesie et Venerabili Patri B. Archiepiscopo ejusdem, ad quem, et ejus Ecclesiam, supradicte Camere decimatio, sicut et aliarum in quacunque provincia Camera constituatur, vel moneta cudatur pertinet, et pertinuit, et quam decimationem ipsius Archiepiscopi et Ecclesie Strigoniensis homo, in Camera prefata de Ultra Drava residens, plene et pacifice ipsorum nomine percepit semper et percipit, preiudicium aliquod generetur, vel Zagrabiensis Episcopus, aut quivis alius in dicta Camera ultra Dravam, Jus aliquod in posterum sibi valeat vendicare, eidem Venerabili Patri B. Archiepiscopo Strigoniensi et eius Ecclesie presentes dedimus Literas, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Smaragdi prepositi Albensis, Anle nostre Vice Cancellarii. Anno Domini 1256. decimo septimo Calendas Januarii Regni autem nostri anno vigesimo secundo. Item quarti privilegii series talis est. Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex, Omnibus quibus presentes patuerint Salutem in omnium Salvatore. Omnis fidei Catholice Cultor, qui Christum pro humani generis redemptione passum, in exaltatione sue Ecclesie, quam sangvine proprio fundavit et stabilivit, pro recompensatione Transitorii receperit in heredem, mercedem recipiet eternam in Patria sempiterna. Proinde ad universorum, tam presentium quam futurorum harum serie notitiam volumus pervenire. Quod licet etiam Sancta Strigoniensis Ecclesia, a Sanctis nostris Regibus progenitoribus, plurimis libertatibus, exemptionibus, dominiis et possessionariis donationibns, ac munificentiis amplissimis, a prima sui fundatione incipiendo, sit perpetuo donata et privilegiata, ac per Sacram

Digitized by Google

Sedem Apostolicam confirmata, et usque modo in eisdem Libertatibus, Dominiis, Exemptionibus, Decimationibus Urburarum auri et argenti, ac Camerarum monetas cudentium, ac pecudum et pecorum provenientium ab Olachis et Siculis, cum proprietate et possessione earundem sit usa et freta, sine diminutione, quia tamen in dispersis privilegiis, et pluribus literis Regalibus, plurimorum Regum, nostrorum predecessorum Sanctorum progenitorum, omnes Libertates, Exemptiones, Donationes et Decimationes superius expresse, in toto, et in qualibet sui parte inserte et scripte continebantur, et quia gravissimum erat et laboriosum, imo periculosum tot differre privilegia in viarum discrimine, et quia quedam vetustate, quedam aquarum madidatione ex iisdem corrumpebantur, et — — — — nullari, ratione equitatis, quasdam Libertates et Donationes, de iisdem Literis privilegialibus Sancte Strigoniensis Ecclesie perpetuo factas et concessas, ad Venerabilis Patris Domini Philippi Archiepiscopi Strigoniensis, instantem petitionem et iustam supplicationem, de Consilio Domine Marie Consortis nostre, — — — et Baronum nostrorum, in nostrum privilegium, tamquam in Originali inseri fecimus et transscribi, ut si predicta privilegia vetustate consummantur, vel aliquo contingente casu perdantur, super predictis nostrum privilegium pro tali originali habeatur, ne id quod semel Deo dedicatum est, ad profanos usus reducatur. Quarum quidem Libertatum prima hec est, quod nullus Judicum Curie nostre vel Palationorum Regni nostri, seu quicumque Comites vel Judices quocumque nomine nominentur, Populos Ecclesie Strigoniensis Conditionarios, et Nobiles suos universos judicare valeat vel presummat, sed eiusdem Ecclesie Strigoniensis Judices, videlicet Palatinus suus, vel Judex Curie sue, aut terrestris Comes per Archiepiscopum deputati, in omnibus Causis et Causarum Articulis judicabunt. Item decimam partem de Urburis provenientibus Regie Maiestati percipiet Archiepiscopus Strigoniensis, qui fuerit pro tempore, per totum Regnum Hungarie, Jtem similiter decimam partem percipiet idem Archiepiscopus ante omnia de fructibus Camerarum, pro quantacumque pecunia poterunt collocari, exceptis ponderibus, que Officialibus Archiepiscopi

Digitized by Google

pro ferramenti custodia sunt deputata, Item similiter de pecudibus et pecoribus exigendis ab Olachis et Siculis, idem Archiepiscopus percipiet decimam partem, Item quod Nobiles Regni nostri ipsi Ecclesie Strigoniensi, Possessiones suas, viventes et morientes sine requisitione Regie Maiestatis ulteriori, donare et legare possunt, sine preiudicio tamen possessionum suorum proximorum, et se subjicere ad seruiendum more Nobilium exercituantium aliorum, salvo eo, quod Udvornici, et Tavernici, ac ceteri servilis conditionis homines, Regie et Reginali Maiestati subjacentes, et ad certa servitia deputati, hec facere non possunt, nisi super eo, per successores Reges reqaisitio, et privilegialis concessio specialis de novo habeatur, Item quod ubicumque in Possessione ipsius Ecclesie Strigoniensis, et infra suas metas, metallum auri et argenti, vel quodcumque aliud inveniatur, ipsi Ecclesie dignoscitur pertinere in tota Urbura percipienda. Item super Possessiones eiusdem Ecclesie, nullam Collectam, nullum Censum Regio Fisco applicandum possunt dicare et exigere, vel lucrum Camere, quod super populos omnium Regnicolarum quandoque dicare et exigere consveverunt, Item, si Nobiles Ecclesie Strigoniensis in f — — — vel spolio, casu contingente, per Palatinum Regni, vel Judicem Curie nostre, vel Successorum nostrorum, Ordine Juris observato interficiantur, possessiones taliter interfectorum, non ad Palatinum Regni vel Judicem Curie Regie devolvantur, sed ad Ecclesiam Strigoniensem, et si Palatinus, Judex Ecclesie Strigoniensis, apud Palatinum Regni, vel Judicem Regni Curie nostre, aut alios Justitiarios Regni, eosdem captos esse sciverit, iidem, eosdem ipsi Palatino Ecclesie predicte ad Judicium reddere tenentur sine mora, Quas quidem Libertates, Donationes et Exceptiones certo certius indagantes invenimus, vidimus et scivimus semper pertinuisse, et pertinere ad Ecclesiam Strigoniensem. Quapropter omnes predictas Donationes Libertatatum et Exemptionum, ac fructuum percceptionem in toto, et in qualibet sui parte, universas universaliter, et singulas singillatim, de Consensu Domine Marie Consortis nostre charissime Regine, ac omnium Prelatorum et Baronum nostrorum confirmamus, et pro originali privilegio

Digitized by Google

deputamus, salvis etiam aliis omnibus privilegiis et Literis, ac Libertatibus Ecclesie Strigoniensis memorate, et in suis firmitatibus remanentibus. In cujus rei memoriam et firmitatem perpetuam, presentes concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farkassii Eleoti Zagrabiensis, Aule nostre Vice Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini 1270. quinto Calendas Novembris, Regni autem nostri Anno vigesimo octavo. Quinti autem ordo is est. Nos Stephanus Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque ac Bulgarie Rex, pro memoria significamus universis presentium per tenorem, quod inter Venerabilem patrem Philippum Archiepiscopum Strigoniensem, et perpetuum Comitem loci ejusdem, dilectum et fidelem nostrum ex una parte, et inter Lorandum Banum, cui Collectam nostram septem denariorum ultra Dravam, pro lucro Camere dedimus et donavimus, super decima ipsius Collecte, orta coram Nobis materia questionis, ipso Venerabili patre Archiepiscopo Strigoniensi petente et vendicante decimas ex ipsa Collecta sibi et Eeclesie sue debitas tum ex privilegio, tum ex antiqua consvetudine, cuius non exstat memoria, Lorando autem negante et asseverante de Collecta lucri Camere ultra Dravam, nusquam Archiepiscopum Strigoniensem Decimas aliquas percepisse, quamvis Jure communi intentio Venerabilis patris Archiepiscopi Strigoniensis juvaretur pro eo, quod ei cui Decima Camere per totum Regnum debebatur, perconsequens et decima lucri Camere, quod pene tantundem significat, deberi intelligeretur, ad abundatiorem tamen cautelam, et evidentiam manifestiorem eidem Venerabili patri Strigoniensi Archiepiscopo super Jure percipiendi, et super possessione vel quasi Juris percipiendi decimas de lucro Camere ultra Dravam, probationem duximus indicendam. Qui Venerabilis Pater et per Literas Papales et per Literas felicis recordationis Genitoris nostri, luce clarius probavit et ostendit sibi et Archiepiscopatui Strigoniensi deberi decimam Lucri Camere ultra Dravam, et Archiepiscopum et Archiepiscopatum Strigoniensem in possessione vel quasi Juris percipiendi Collecte Lucri Camere ultra Dravam fuisse et exstitisse, contradictione

Digitized by Google

qualibet non obstante. Qnibus literis facta nobis plena fide — — — quod decima Lucri Camere ultra Dravam Strigoniensi Archiepiscopo et Archiepiscopatui deberetur, et Strigoniensis Archiepiscopus et Arcbiepiscopatus in possessione vel quasi percipiendi decimas Lucri Camere ultra Dravam semper fuisset et exstitisset, sicut et esse debet, ipsi Lorando Bano et perconsequens omnibus, quibus quovis tempore ipsa collecta Lucri Camere ex liberalitate Regia donaretur, vocem contradictionis quoad solutionem decimo Collecte prenotate abstulimus et silentium perpetuum imposuimus, adjudicantes Sententialiter ipsas decimas Lucri Camere ultra Dravam Archiepiscopo et Archiepiscopatui Strigoniensi ex debito persolvendas. Ne igitur in posterum super Jure percipiendi decimas Lucri Camere ultra Dravam questio similis oriri valeat vel renasci, Archiepiscopo et Archiepiscopatui Strigoniensi, ad rerum memoriam sempiternam, et in robur et privilegium perpetuum ex certa sciencia presentes nostras concessimus literas dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Aradiensis Aule nostre Vice Cancellarii, Anno Domini 1272. Regni autem nostri Anno secundo. Nos itaque prescriptis privilegiis, sed et aliis nonnullis Illustrium Regum Hungarie, videlicet Stephani, Caroli, et Sigismundi eadem confirmantibus visis et auscultatis, premissisque ipsius Domini Joannis Postulati supplicationibus, per eum modo premisso Maiestati nostre oblatis, Regia benignitate exauditis clementer et admissis precipuo vero recensitis ejusdem Domini Postulati multimodis complacentiis et obsequiorum meritis, quibus ipse Maiestati nostre in adeptione nostri Regii fastigii, nec non ingeniosa, prudentique et laboriosa sacro sancte huius Regni Corone recuperatione, non parcendo rebus, expensis, et persone suis, studuit complacere, preattacta privilegia sana et integra, presentibusque de verbo ad verbum inserta, quoad omnes suos Articulos et continentias renovando, acceptamus et ratificamus, eaque ex speciali scientia nostra, ac Prelatorum et Baronum nostrorum Consilio, pro prefata Ecclesia et Archiepiscopatu Strigoniensi perpetuo valitura, presentis scripti patrocinio confirmamus, salvis juribus alienis. In cujus rei memoriam, firmi-

Digitized by Google

tatemque perpetuam, presentes literas nostras, sub Aurea Bulla, per modum libelli editas, duximus eidem Ecclesie concedendas. Datum per manus Reverendissimi in Christo patris, Domini Stephani, Ecclesiarum Colocensis et Bachiensis Archiepiscopi, Aule nostre Snpremi Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, quarto decimo Calendas Martij, Regni nostri anno septimo, Coronationis vero primo. Venerabilibus in Christo patribus Dominis, eodem Stephano Colocensi Archiepiscopo, et prefato Joanne Episcopo Ecclesie Waradiensis, ac postulato strigoniensi, Ladislao Agriensis, Nicolao Transylvanensis. Zagrabiensi sede vacante, Alberto Vesprimiensis, Joanne Quinqueecclesiensis, Augustino Jauriensis, Vincentio Waciensis, Alberto Cbanadiensis, Thoma Nittriensis, Bosnensi Sede vacante, Vrbano Sirmiensis, Marco Thininiensis, Seghniensi Sede vacante, Nicolao Modrussij Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Item Magnificis Michaele Orzagh de Gwth Regni nostri Hungarie predicti Palatino, Emerico de Zapolya Regni Bosnie Gubernatore, Nicolao de Wylak et Joanne Pongracz de Dengelek Wayuodis Transylvanensibus, Comite Ladislao de Palocz Judice Curie nostre, eodem Emerico de Zapolya Dalmatie, Croatie et Sclavonie Regnorum nostrorum, et prefato Nicolao de Wylak Machoviensi Banis, honore Banatus Zewriniensis vacante, Joanne de Rozgon Tavernicorum, altero Joanne Thwz de Laak Janitorum, Nicolao de Alsolyndwa et Emerico de Palocz prefata Pincernarum, Stephano de Peren et Ladislao de Bathor Dapiferorum, Ladislao de Kanisa et Pertholtho Elderboch de Monioroker Agazonum nostrorum Regalium Magistris, Andrea Paumkirker Posoniensi et Petro de Zakol Temessiensi Comitibus, aliisque compluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Mathias Rex
propria manu.

A kincstár levéltárából.

Digitized by Google

CCCLXX.

A kolozsmonostori convent bizonyságot tesz arról, *hogy Mátyás királynak 1464-diki november 26-dikán* kelt parancsa *értelmében Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajdát és testvérét Andrást Szászsebes városának és tartozandóságainak zálogos birtokába Béldi Balázs királyi emberrel együtt martius 22-dikén 1465. minden ellenmondás nélkül beigtatta. Kelt april 5-dikén 1465.*

Conventus Monasterij Beate Marie Virginis de Colosmonostra, Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens Scriptum inspecturis Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod nos literas Serenissimi Principis et Domini Domini Mathie dei gratia Hungarie Dalmatie Croatie etc. Regis introductorias et Statutorias nobis directas omni cum reverentia recepimus in hec verba. Mathias dei gratia etc. (*mint a CCCLXV. sz.*) Nos itaque mandatis prenominati Domini Re — — — — — — ut tenemur una cum memorato Blasio de Beld homine suo Regio, nostrum hominem videlicet Religiosum virum — — — Sacerdotem Socium nostrum Conventualem ad premissa peragenda nostro pro Testimonio transmisimus fide dignum. Qui t — — — os reversi Nobis uniformiter retulerunt. Quod ipsi feria sexta proxima ante Dominicam Letare novissime preterita — — — — — Civitatis Zaz Sebes vocate, ac villarum Lamkerek, Kelnek, Peterfalva, — — — — — Rekitha, Seckchur, — Olah Pien nuncupatarum, aliarumque universarum villarum ac possessionum et p — — — — atem Zaz-Sebes pertinentium, vicinis et commetaneis eorum universis puta Egregio Stephano Erdeli de Somkerek, Vi — — — — — Nicolao Juniore de Vizakna, Georgio de Haranglab, Marco de Betklen aliisque quam pluribus Nobilibus — nibi legitime convocatis et presentibus accedendo, memoratos Joannem Way-

Digitized by Google

vodam et Andream fratrem eiusdem in dominium — — — — duxissent, easdemque eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet Statuissent perpetuo possidendas Nullo penitus contradictore apparente legitimis et sufficientibus diebus in faciebus earundem permanentibus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei introductionis Statutionisque prenotatarum, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto.

A kolozsmonostori convent levéltárából.

CCCLXXI.

Mátyás király Libet városának az előbbi magyar királyoktól nyert azon kiváltságát, melly szerint a város polgárai és két falujának Zeilendorf és Sajba lakosai a kamaranyereség fizetésétől fölmentettek, miután levelei a cseh rablók pusztitásai alkalmával részint elégtek részint elraboltattak, az említett városnak részint a csehek ellen részint a bányák mivelésében tett hű szolgálatai tekintetéből megujitja s egyszersmind e rendelete megtartását a Zólyom megyei kamaranyereség szedőinek megparancsolja. Kelt Zólyomban april 7-dikén 1465.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis. Quod fideles nostri Circumspecti Joannes Gerchel Judex, Michael Flachpart, Nicolaus Flohel, et Andreas Honel, Jurati Cives Ciuitatis nostre de Lubetha, nostre Serenitatis accedendo

Digitized by Google

in conspectum, in ipsorum ac ipsius Communitatis eiusdem Ciuitatis nominibus nobis exponere curarunt. Quod licet ipsi ac Zailerdorff et Saiba, possessiones ipsorum, populique in eisdem commorantes a solutione prouentuum lucri Camere per diuos Reges Hungarie Predecessores nostros ab antiquo exempti fuerint et libertati, tamen in proximo retroactis temporibus, quibus videlicet Bohemi predones, partes has Regni Hungarie predictas superiores, igne et preda vastabant, vniuerse litere et quelibet privilegia ipsorum, partim igne consumpta, partim vero per eosdem Bohemos pariter cum alijs rebus et bonis eorum ablata et annihilata essent, supplicantes Maiestati nostre humiliter, vt quemadmodum per prefatos condam inclytos Predecessores nostros Reges a solutione prefati lucri Camere Regie exempti fuerant, ita et nos ipsos communitatemque antedicte Ciuitatis nostre, sed et Jobbagyones eorum prescriptos eximere et libertare dignaremur. Nos itaque cui ex regalis dignitatis clementia interest subiectorum quieti et commodo consulere, supplicationibus ipsorum ciuium nostrorum, nostre Maiestati oblatis, inclinati, et etiam attentis et consideratis multimodis fidelium servitiorum preclaris meritis ipsorum Ciuium et Incolarum predicte Ciuitatis nostre Libetha, que iidem primum Sacre Regni nostri Hungarie predicti Corone, et consequenter nostre Maiestati, tam contra prefatos predones Bohemos, tam etiam in colendis montanis augendisque prouentibus nostris Regalibus cum omni fidei et animi feruore, atque firma constantia exhibuerunt, eosdem Ciues, populos et incolas ac Communitatem antedicte Ciuitatis nostre, sed et Jobagyones eorum prescriptos, a solutione prouentuum lucri Camere Regie, quos nobis et fisco nostro Regio annis singulis soluere obligarentur, quemadmodum vt prefertur temporibus diuorum Regum Hungarie et per eosdem exempti et libertati fuerunt, ita et nos de nouo et ex nouo eximendos duximus in perpetuum ac libertandos gratiose. Imo eximimus et libertamus presentium per vigorem. Mandantes firmissime omnibus et singulis dicatoribus et exactoribus prefatorum prouentuum Lucri Camere nostre in hoc Comitatu Zoliensi nunc constitutis et in futurum constituendis, vt prefatos Ciues, populos et inhabitatores prefate Ci-

Digitized by Google

uitatis Libetha, Jobagyonesque eorum prenotatos ad soluendum huiusmodi lucri Camere contra formam premisse nostre gratiose relaxationis et libertationis, et libertatum ipsorum antiquarum compellere et adstringere, aut propterea damnificare, nullo unquam tempore presumant nec sint ausi modo aliquali, gratie nostre sub obtentu. Presentes autem, quas secreto sigillo nostro impendenti, communiri fecimus, post earum lecturam reddi iubemus presentanti. Datum in Zolio, in Dominica ramis palmarum, Anno Domini MCCCCLXV. Regni nostri Anno octavo, Coronationis vero primo (így a helyes *secundo* helyett).

Székely Sámuel irományaiból.

CCCLXXII.

Mátyás király megparancsolja a leleszi conventnek, hogy anyját Erzsébetet Bereg megyei Dolha, Zadnya, Bronka, Kusnyicza, Kereczke és Lissicza s Mármaros megyei Szurdok, Rozallya, Polyána és Sajó helységeibe, mellyeket, miután Dolhai Ambrúsról, ki rokonát, Szarvaszói Osztást a Tiszába ölte, a kamarára szállottak volna, neki adományozott, maga rendje szerint igtassa be. Kelt Budán május 2-dikán 1465.

Mathias dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie, etc. Fidelibus nostris Conventui Eeclesie de Lelez Salutem et gratiam. Cum nos ad petitionem Illustris Domine Elizabeth Genitricis nostre charissime Possessiones Dolha, Zadnya, Bronka, Kwsnicza, Kereczke et Lisicza in de Bereg, necnon Zurdog, Horozallya, Polyana et Sayo in Maramarosiensi Comitatibus

Digitized by Google

existentes, ac alias universas possessiones, portionesque et Jura possessionaria ubivis et in quibuscunque Comitatibus dicti Regni nostri habitas et existentes, que alias cuiusdam Ambrosij de Dolha predicta prefuisse, sed exeo quod Idem Ambrosius quendam fratrem suum Osztas nominatum de Zarvazo instar Cain fratricide in fluvium Ticie submergendo interfecisse dicitur ad nostram collationem rite et legitime devolute esse perhibentur, simul cum cunctis earundem utilitatibus, ac pertinentijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, vigore aliarum Literarum nostrarum donationalium superinde confectarum, memorate Domine Elizabeth Genitrici nostre in perpetuum contulerimus, velimusque eandem in Dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, Igitur fidelitati vestre firmiter precipimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo presente Joannes de Vrmezew, Michael aut Georgius Ficze de Batizfalwa, seu Michael de Petrowa, sive alter Michael de Orda, vel Simon de Kohnya, aut Blasius de Borsosfalwa sive Petrus vel Michael de Farkasrewe, seu Georgius aut Thomas de Komlos, sive Georgius vel Andreas de Kerepecz, aut Briccius seu Simon de Posahaza alijs absentibus homo noster ad facies dictarum Possessionum ac Portionum ac Jurium Possessionariorum vicinis et Commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, ac presentibus accedendo introducat memoratam Dominam Elizabeth Genitricem nostram in Dominium earundem, statuatque easdem eidem simul cum cunctis utilitatibus, et pertinentijs quibuslibet, dicte nostre donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, evocet Ipsos contra eandem Dominam Genitricem nostram in personalem presentiam nostram ad Terminum conpetentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et posthec huiusmodi Introductionis et Statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et Commetaneorum qui premisse Statutioni intererunt, nec non Possessionum ac Portionum et Jurium Possessionariorum statuendorum nominibus, Terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quinta

Digitized by Google

proxima ante festum Inventionis Sancte Crucis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto, Regni nostri Anno octavo, Coronationis vero secundo.

A leleszi convent levéltárából.

CCCLXXIII.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja, hogy a királyi só számára, mellyet e városban, valamint másutt az országban, az idegen só kirekesztésével árultatni akar, valamelly helyet és házat jeleljön ki s idegen sóval ne éljen; ellenkező esetben ugyanis sókamarásait vagy azok embereit felhatalmazta hogy, ha a városban idegen sót akárhol találnak, azt pozsonyi várnagyai és a városi tanács segítségével, — mellyet jelen levele által azoknak megadatni parancsol, — foglalják le s az e tekintetben vétőket rendelete megtartására minden nemü terheltetésekkel szoríthassák. Kelt Budán május 9-dikén 1465.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis viris Magistro Ciuium ac Judici et Juratis ceterisque ciuibus et toti Communitati Ciuitatis nostre Posoniensis, Salutem et graciam. Voluntas nostra ea est, vt quemadmodum in ceteris partibus Regni nostri, ita et in medio vestri remotis salibus extraneis Sales nostri Regales cursum habeant. Vnde statuimus et Camerarijs Salium nostrorum commisimus vt ipsi in medio vestri, pro eisdem Saliþus nostris Cameras disponere et eosdem Sales nostros vendicioni exponere debeant. Quare fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus, visis pre-

Digitized by Google

Digitized by Google

Matthias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris prudentibus et
circumspectis viris Magistro Civium ac Iudici et Iuratis ceterisque Civibus et toti communitati Civitatis nostre
Posoniensis Salutem et gratiam. Voluntas nostra ita est ut quemadmodum in ceteris partibus Regni nostri ita
et in medio vestri remotis Salibus extraneis Sales nostri Regales cursum habeant. Unde statuimus et Camerariis
Salium nostrorum quisimus ut ipsi in medio vestri pro eisdem Salibus nostris Cameras disponere et eosdem Sales
nostros vendicioni exponere debeant. Quare fidelitati vestre harum serie firmiter quittamus et mandamus quatenus
visis presentibus prefatis Camerariis Salium nostrorum aut hominibus ipsorum presentium silicet ostensoribus in
medio vestri predictis Salibus nostris locum et domum dare, ac eisdem Salibus nostris et non extraneis vis debeatis
Alioquin quisimus et facultatem dedimus prefatis Camerariis nostris et hominibus eorum ut ipsi ubicumque in medio
vestri extraneos Sales reperierint illos cum auxilio et adiutorio Castellanorum Castri nostri Posoniensis ac prefatorum
Magistri Civium Iudicisque et Iuratorum Civium eiusdem Civitatis nostre Posoniensis, quod per eosdem presentium serie ad id dari
quittamus auferant et omnes tales ex vobis qui non eisdem Salibus nostris sed extraneis uti vellent, per omnia gravamina
ipsorum ad premissa faciendum arcius compellant et astringant. Aliter nostra presentibus ipsis in hac parte attributa mediante
Secus igitur non facturi patibus plenius exhibitum restatis. Datum Vnde feria quinta proxima post festum Inventionis
Sancte Crucis Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto Regni nostri anno octavo Coronationis
vero secundo.

Ad Plenum dominum Johannem Aliz
Janiorum Regalium magistrum etc.

ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

sentibus, prefatis Camerarijs Salium nostrorum, ant hominibns ipsorum, presenciam scilicet ostensoribns in medio vestri pro dictis Salibus nostris locum et domum dare, ac eisdem Salibus nostris et non extraneis vti debeatis. Alioquin commisimus et facultatem dedimus prefatis Camerarijs nostris, et hominibus eorum vt ipsi vbicunque in medio vestri extraneos Sales repererint Jilos cum auxilio et adiutorio Castellanorum Castrj nostri Posoniensis ac prefatorum Magistri Ciuium Judicisque et Juratorum Ciuium eiusdem Ciuitatis nostre Posoniensis, quod per eosdem presencium serie ad id darj committimus auferant et omnes tales ex vobis qui non eisdem Salibus nostris sed extraneis vti vellent, per omuia grauamina ipsorum ad premissa facienda arcius conpellant et astringant auctoritate nostra presentibus ipsis in bac parte attributa mediante. Secus igitur non facturj presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quinta proxima post festum Jnuencionis Sanete Crucis Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto Regni nostri anno octano Coronacionis vero secundo.

Ad Relacionem domini Johannis Thuz
Janitorum Regalium magistri.

Pozsony városa levéltárából. *)

CCCLXXIV.

II. Pál pápa tudósitja Mátyás királyt, hogy követei által küldött ajándokát, t. i. az ellenségtől elvett lovat és kardot s egy más lovat és öltönyt, bárha ajándékokat másoktól elfo-

*) Ezen királyi parancsot hasonmásban is adjuk.

Digitized by Google

gadni nem szokott, atyai indulata bizonyságául szivesen vette, s egyszersmind azt viszonozandó, számára gyöngyökkel kirakott arany keresztet, mellyben a Krisztus keresztjének fájából egy darab és több szentek örökiyei foglaltatnak, és bizonyos, a pápák által fölemeltetésök első évében megszenteltetni szokott s a szivatarok, mennykövek és gonosz lelkek elüzésére csodás hatású ötszáz bárányalakok közől néhányat küld, udvarábani kiosztás végett, mellyek közől két aranyba foglaltat neki magának és anyjának szánt. Kelt Rómában május 26-dikán 1463 (helyesebben 1465).

Mathie Corvino Regi Hungarie.

Carissimo in Christo filio Mathie Hungarie Regi. Illustri Oratores tui ad tuam Celsitudinem redeuntes, sui adventus initio munera nobis obtulerunt, equum scilicet et ensem spoliati hostis exuuias, et alterum equum et vestem, que licet ab alijs accipere non consueuerimus, quoniam hoc nobis vetus institutum fuit ab omni munere manus nostras excutere, illa tamen in specialis benivolentie et paterne caritatis testimonium libenter accepimus, quasi presagia maioris future victorie, grata fuit tum ex significatione rerum, tum ex affectu dantis oblatio, nam in omnipotentis Dei judicio non quid datur, sed magis a quo datur aspicitur. Hinc sciptum est: respexit Dominus ad Abel, et ad munera eius, primum quidem, ut ait Gregorius, premisit, quod respexit ad Abel, ut ostendatur, quod non offerens a muneribus, sed ab offerente munera placuerunt. Nos vero volentes Regiam munificentiam spirituali munere compensare, crucem auream gemmis ornatam eisdem Oratoribus Serenitati tue dedimus deferendam, in qua pretiosum lignum dominice crucis et plures Sanctorum reliquie insunt, ut ea utaris in bello, quatenus per signum viuifice crucis, in qua Salvator noster devicta morte triumphavit, tu de ipsius hostibus, sanctorum etiam quorum reliquie condite sunt, protectus auxilio triumphum referre merearis. Insuper consueuerunt Romani Pontifices primo Pontificatus Anno in festis Paschalibus agnos certos consecrare, in quibus illius immaculati agni figura

Digitized by Google

signatur, qui in ipsis Pascalibus festis pro nobis immolatus est Christus, eorum mystica sanctificatio cera munda, chrismate, balsamoque confecta ad procellas turbinum et tempestatum fulgura depellenda, ac effugandos malignos spiritus mire probatur esse virtutis. Ex eisdem igitur consecratis a nobis agnis quingentis Tue Serenitati transmittimus inter ministros et domesticos partiendos, ex quibus duo auro insertos tuo, et carissime in Christo filie Genitricis tue usibus dedicavimus, aurum quippe Regibus congruit, per quod sapientia designatur, Salamone testante qui ait: thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, unde et Christo Regi legitur a Magis oblatum. Illos ergo tue Celsitudinis digno honore deferendos emittimus, ut in conspectn Regis Regum superne sapientie claritate resplendeas, et per mysticam ipsius agni consecrationem coelesti benedictione defensus a visibilium hostium incursu et ab invisibilium protegaris insidijs. Datum Rome apud Sanctum Petrum, die 26 Maij 1463. (helyesen 1465) Anno primo.

Párisi csász. kézirattár 4155. Cod. Ms. lat. Seculi XVII. „Epistolae Pauli II.“ czím alatt in folio p. 41—43.

CCCLXXV.

II. Pál pápa Mátyás király követeinek hódolatát a magyar nemzet hitbuzgóságának magasztaló szavakban kiemelése mellett fogadván, tudósítja őt, hogy az ozmán háborúra kért segedelemre nézve, minthogy a keresztyén fejedelmekben a buzgóság meghűlt és egymást belzavargásokkal gátolják, nem tehet annyit, mennyit ohajtana; azonban még is a pápai birtokokban a török hadjáratra gyüjtött azon 42,500 aranyhoz, mellyeket Pius pápa halálával a bíbornokok és köztök ő is már előbb

Digitized by Google

küldöttek volt, most a szent-szék erején túl ismét 7550 aranyat küld követei által, minél többet, a kincstárt kiürülve, nagy adósságokkal terhelve vevén át, nem adhat; egyébiránt ha a keresztyén fejedelmekhez intézett buzditásainak sikere leend, többet is igérkezik adni. Ezek után Mátyást, a keresztyénség reményének kitünő oszlopát, lelkesült szavakban atyja dicső példáját is említve buzdítja, hogy országának harczra kész és az ozmán háborúban megedzett erős bajnokaival, kik mint az egész keresztyénség védői véröket a hitért ontani nem rettegnek, haladjon az atyja által kijelölt erény pályáján, igérvén, hogy az ő s nemzete győzedelméért buzgó imákat fog az úrhoz bocsátani. Végre követeinek kérelmére a szultánnak az apostoli széknél az igaz hitben növekedett testvérét a hit ügyében általa tételendő szolgálatok végett neki ajándékozza. Kelt Rómában május 26-dikán 1463 (helyesebben 1465.).

Mathie Corvino Regi Hungarie.

Carissimo in Christo filio Mathie Hungarie Regi Illustri. Nuper ad Apostolicam Sedem tue Celsitudinis Legati venere, qui nobis tuo et Regni nomine obedientiam publice prestiterunt. Agnouimus religiosissimi filij erga patrem pietatis officia et peculiaris populi erga Sanctam Romanam Ecclesiam, matrem suam, sinceram devotionem, intuentes illam gratius atque libentius tamquam a proprijs Apostolice Sedis alumnis accepimus. Nam licet in omnem Ecclesiam, que toto terrarum Orbe diffunditur, sonus apostolice predicationis exierit, vos tamen precipue inter ceteros populos quasi in ipsa apostolice petre arce fundatos, beatus Petrus per ministros et Successores suos erudivit, et docuit, vos in quantum hec Sancta Romana Ecclesia per Evangelium Christi genuit, propter quod Corona nostra, sicut Apostolus ait, et gaudium estis in Domino, quoniam fides vestra ab initio predicationis accepta non solum illibata permansit, sed feruentius semper excreuit. Vnde vobis per bona opera et pie devotionis affectum semper proficientibus ad salutem, merito nobis est in Domino congaudendum, quoniam de profectu sue gregis digne gloriatur cura Pastoris. Ipsi quoque

Digitized by Google

Oratores tui palam et seorsim zelum tuende fidei, sanctumque propositum tuum parande expeditionis in Turcas exponentes a nobis subsidia postularunt. Optassemus fili carissime in re tanta presidia tibi maiora et validiora conferre, quod utique fecissemus, si ut par erat communis causa communibus studijs et vnitis Cbristianorum Principum viribus bactenus adiuta fuisset. Verum quia in plerisque caritas divina refriguit, quosdam intestine discordie vel domestice insidie tardiores efficiunt, Nos tamen cause fidei deesse nolentes supra vires ac facultates Apostolice Sedis enixi sumus, pridem Venerabiles Fratres nostri Sancte Romane Ecclesie Cardinales, ex quorum numero tunc eramus, filicis memorie Pio predecessore nostro apud Anconam vita functo omnem pecuniam, quam idem predecessor, pro expeditione et sua personali profectione collegerat Tue Celsitudini transmiserunt, magis necessitati fidei, quam futuri Pontificis, qui exhaustum reperiebat erarium, indigentie consulentes. Et fuerat quidem omnis illa pecunia que circiter XL-ta ij cum quingentis aureorum millia ascendebat, non ab externis, aduentitijsque presidijs sed ex proprio patrimonio et terris Ecclesie Romane collecta. Nunc autem septem cum quingentis et quinquaginta millia florenorum adjecimus, que in numerata pecunia tuis Oratoribus deferenda et in causam fidei consilio et decreto Oratoris nostri expedienda tradidimus. Nonus mensis vix agitur ex quo nos ad Apostolatum gratia divina provexit, et licet Fiscum Ecclesie et Cameram Apostolicam magno ere alieno implicitam reperimus, noluimus tamen in tanta necessitate deficere. Ultra illa centum millia que prioribus computatis Serenitas tua ab hac Sede suscepit, alia fere quadraginta millia in necessitatem fidei, alijs pro eadem causa laborantibus ad diversos apparatus expendimus. Plura quidem et majora faciemus, si nobis Dominus dederit facultatem, vel si aliquando cohortantibus et sollicitantibus nobis, Christianorum Regum et Principum ad defensionem Catbolice fidei animi excitentur. In qua re et frequentibus literis et nuncijs omnes partes apostolice solicitudinis adhibemus. Tu vero gloriosissime fili, Christiane spei et fortitudinis columen singulare, nec multitudine hostium nec exilitate subsidij terreare, nulla est Chri-

Digitized by Google

stianis validior armatura, quam fidei, per hauc Sancti regna vicerunt, obturauerunt, inquit beatus Paulus, per fidem ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, fortes facti sunt in bello. Potens est dominus tam parua quam valida manu hostes conterere, et militibus suis de celo prestare victoriam, nunquam deserit divina misericordia sperantes in se, innumerabiles sepissime per paucos fudit exercitus, aquis quondam Dei populum persequentes inuoluit Aegyptios, occidit Reges fortes et contriuit omnia Regna Chanaam, modico delectu Philisteorum innumeras acies, currus, equitatusque subversit, et manu Angeli CLXXXV millia una nocte prostravit. Non moueat invictum animum tuum quorumdam Principum desidia, vel tarditas Christianorum, Tibi enim gloria ista, tibi hec palma debetur, quem et priscorum regum fides et domestica ac paterna virtus pia emulatione provocat et accendit. Nosti, quotiens ille admirande virtutis athleta, genitor tuus, inferior viribus, cum hostibus felicissime decertavit, ille nunquam pro Cbristi gloria se hostibus opponere, nunquam morti occumbere pro fide dubitavit. Ideoque omnipotens Deus pietatem ipsius et fidem remuneravit in filio, ut fructum ventris sui ad gloriam regni proveheret. Excute igitur, fili carissime, invictam animi fortitudinem, quam tibi et omnipotens Deus, et pater quasi primordijs generationis, infudit, accingere fortitudine, paternam imitare vel potius transcende virtutem, babes viros strenuos et milites Regni tui ad bella promptissimos, qui consueverant fortia pectora Turcis obicere et validis robustisque corporibus hostium impetum propulsare, magna laus unius Regis et Regni, et immortalis est gloria, ut murus sit et antemurale omnium Christianorum, vt se propugnaculum pro domo Dei opponere non dubitent, sangvinem effundere pro Christi fide et regno tuendo non horreant, animas in hoc seculo perdere non formident, ut in futuro Christo lucrentur, Incomparabilis hec laus est, nobilis virtus, inestimabilis titulus, triumphus immensus. Plura in hanc sententiam diceremus, nisi intelligeremus Serenitatem tuam sua sponte zelo religionis accensam. Cum itaque Christianissime fili, tantum intelligamus presidium Reipublice Christiane in tua tuique Regni virtute et

Digitized by Google

fortitudine divinitus constitutum, juste et rationabiliter omnia que possumus et valemus, et quantum se Apostolici Patrimonii vires extendunt, tibi subsidia contulimus et conferemus in dies, spiritualibus etiam muneribus omnes in felicissimam hanc expeditionem profecturos condonavimus, illo videlicet plenarie remissionis dono, quo nullum potest mains ex credito sibi spirituali tesauro Apostolica Sedes elargiri, preces quoque et obsecrationes sine intermissione effundemus ad Dominum, ut in diebus nostris per tue virtutis ministerium expugnet impugnatores nostros, muniat fidem, detque tibi optatam de sevissimo hoste victoriam, quod meritis et intercessione beatissimi Principis Apostolorum impetrare confidimus, ipse enim qui confirmandas in fide Christi oves accepit, mandatum Domini tamquam pius pastor exequitur, et pro nobis orare non cessat. Quod si pietatis sue ouram omni populo Dei ubique protendit, quanto magis vobis alumnis assistet, quos per fidem regeneravit in Christo, auxiliante vobis per omnia gratia Domini nostri Jesu Christi, qui Serenitatam tuam una cum Regno ab omni adversitate custodiat, et post presentem vite cursum eterne vite premia largiatur. Annuimus quoque desiderio Oratorum tuerum, qui Turchi germanum fraterne cedi, seuitieique subtractum et diu apud Apostolicam Sedem educatum tue Celsitudini transmitti petierunt. Satis liberaliter et ingenue institutus est, bonam indolem et ingenuum proferens. Erit nt confidimus vel ob perfectam Christianam mansuetudinem, vel ob suscepta beneficia, fidei nostre affectus, enm tue Serenitati donamus, et suis obsequijs omnino dicamus, ut si per illum aliquod apud suos fauoris rebus Christianorum obvenire posse confidis, quibus rebus volueris, exerceas. Datum Rome apud Sanctum Petrum die 26. Maij 1463 (belyesen: 1465).

Ugyanott „Epistolae Pauli II.“ pag. 35—41.

Digitized by Google

CCCLXXVI.

Albert veszprémi püspök László Benedek rendű szerzetest, előbb tatai apátot, mint Gútki Ország Mihály nádor, a telki monostor törvényes pártfogója, által választott és kinevezett telki apátot hivatalában megerősíti. Kelt Veszprémben július 1-sején 1465.

Nos Albertus Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Ecclesie Wesprimiensis Locique eiusdem Comes perpetuus, et Aule Reginalis Maiestatis Summus Cancellarius Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, Quod nuper vacante Abbatia Monasterij Sancte Crucis Ordinis Sancti Benedicti de Thelky nostre Wesprimiensis diecesis per mortem quondam Religiosi Fratris Blasij ultimi veri, et legitimi Abbatis, et Possessoris eiusdem ad nominationem, electionem et presentationem Magnifici viri Domini Michaelis Orzagh de Gwth, Regni Hungarie Palatini, et Judicis Cumanorum, tamquam veri, et legitimi Patroni pertinente, comparuit coram nobis, et se representavit Religiosus vir Frater Ladislaus Ordinis predicti professus, alias Abbas de Thata, quem morum venustas, laudabilis conversatio, probate vite sinceritas, et virtus, ac Literarum sufficiens peritia, aliaque virtutum, ac probitatum merita, quibus idem apud nos fide digno comendatur Testimonio, asserens se ad predictam Abbatiam de Thelky per eundem Magnificum Dominum Michaelem Palatinum ipsius Monasterij legitimum Patronum nominatum, electum et presentstum fore, de quibus nominatione, electione et presentatione nobis per Literas eiusdem Magnifici Domini Michaelis Palatini per ipsum Fratrem Ladislaum coram nobis in specie exhibitas extitit facta plena fides, petens nos idem Frater Ladislaus humiliter et devote, in Auchtoritate nostra

Digitized by Google

Ordinaria predictas nominationem, Electionem et presentationem, sicnt premittitur per memoratum Magnificum Dominum Palatinnm de ipso factas, ratas et gratas habendo paternaliter admittere, ipsumque ad Abbatiam de Thelky in Abbatia instituere, et confirmare, ac de ipsa Abbatia Aucthoritate nostra predicta providere, licentiamqne et manus consecrationis, ac insignia Abbatialia sibi gratiose dare, et concedere dignaremur. Cuius iustis et rationabilibus petitionibus paterne annuentes examinatione tamen prius diligenti prehabita, eundem Fratrem Ladislaum coram nobis personaliter constitutum, tamquam bene meritum ad prefatam Abbatiam de Thelky Authoritate nostra Ordinaria instituimus, prefecimus et confirmavimus in Abbatem, ac per Biretl nostri Capiti suo impositionem investivimus, et providimus Canonice de eadem, ac instituimus, preficimus, confirmamus et providemus per presentes, curam et omnimodam administrationem tam spiritualium quam etiam temporalium eiusdem Abbatie sibi plenarie committentes, recepto primitus ab eodem Fratre Ladislao Abbate Corporali Juramento in manibus nostris prestito, quod nobis, et successoribus nostris Canonice instantibus et presidentibus, erit obediens, et fidelis, ac suis superioribus Abbatibus debitam reverentiam exhibebit, et quod bona, res et iura eiusdem Abbatie non alienabit, nec distrahet, sed si que alienata, et distracta forent, ad Jus, et proprietatem ipsius Monasterij repetet, et recuperabit iuxta posse, dantes et concedentes nihilominus ipsi Fratri Ladislao Abbati plenam, liberam, et absolutam licentiam, ac nostram annuentiam specialem, ut quandocumque malnerit in Dioecesi nostra Wesprimiensi duntaxat, et non alias a sufraganeis gratiam, et communionem Sedis Apostolice habentibus manus consecrationis et Benedictionis secundum morem, et consvetudinem in talibus observari consvetam possit recipere, et se in Abbatem rite et legitime facere consecrari, quibus sufraganeis munus consecrationis inpendiendi, predicto vero Fratri Ladislao Abbati recipiendi, authoritate nostra qua supra, vigore presentium damus, et concedimus omnimodam facultatem. In quorum omnium et singulorum fidem, et Testimonium premissorum presentes literas nostras fieri, et

Digitized by Google

sigilli nostri annularis impressione fecimus communiri. Datum in Castro nostro Wesprim prima die mensis Julij Anno Domini 1465. presentibus ibidem honorabili Magistro Antonio de Zircz Canonico predicte Ecclesie nostre Wesprimiensis, Discreto Joanne Presbytero de Kenesse, et nobili viro Joanne de Bykly Testibus fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Blasius de Novozelcz notarius in premissis.

Czech János úr közléséből.

CCCLXXVII.

Mátyás király azon két rész birói illetőségét, mellyet ő Perényi István minden birtokaiból, az ellene hozott főbenjáró ítélet erejénél fogva az ország régi törvényes szokásánál fogva követelhet, annak kiváltandásáig anyjának Erzsébetnek adományozza. Kelt Budán július 6-dikán 1465.

Commissio propria Domini Regis.

Nos Mathias dei gracia Rex hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nos ad peticionem Illustris domine Elizabet Genitricis nostre carissime nobis propterea factam. Illas duas partes judiciarias, que nobis vt Judici de vniuersis Castris Opidis possessionibus et porcionibus possessionarijs Stephani de peren in quibusuis Comitatibus existentibus et babitis vigore cuiusdam Sentencie capitalis, per dictam Illustrem Genitricem nostram, contra ipsum Stephanum de peren nouissime coram nobis vt dicitur reportate, iuxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri hungarie consuetudinem

Digitized by Google

prouenire deberent simul cum cunctis ipsarum vtilitatibus, e pertinencijs quibuslibet memorate Genitrici nostre, dedimus donanimus et contulimns ijmmo damus donamus et conferimus infra tempus redempcionis earundem, tenendas possidendas pariter et habendas Saluo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude Sabbato proximo post festum Visitacionis beate Marie virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quinto Regni nostri anno octavo. Coronacionis vero secundo.

Az anspachi levelek közől a budai kincstári levéltárban.

CCCLXXVIII.

II. Pál pápa Mátyás királyhoz intézett levelében előre bocsátván, miszerint igen szomorúan értette hogy, bár őt levelében a szent-szék segélyéről biztosította, és bár a szultán egész erejével kiindult a keresztyénség ellen, ő még helyt ül és nem indította meg hadjáratát, őt az ozmánok elleni megindulásra hathatósan buzdítja; — az után az egyház belügyeire áttérvén, Mátyás királynak nem csak a kisebb hanem a nagyobb egyházi hasznovételek osztogatásában is gyakorlott eljárását, mint állítólagos visszaélést, az egyházi törvények szempontjából kárhoztatván, az egyház ez ügybeni régibb rendeleteire hivatkozva inti őt, ne hallgasson némelly tanácsosai szavára, kik a magyar királyok e jogát régi szokáson s a pápák engedményén alapulónak hizelgőleg állítják, minthogy lelki ügyekben a szokásnak egyházi törvények ellenében ereje nem lehet és elidézés nem engedhető, a pápáknak Magyarország iránt a kit megalapitásakor adott engedményei pedig ennek meggyökeres-

Digitized by Google

tével s a jelen változott viszonyok közt a zsinatok végzései szerint is érvénytelenekké váltak; egyébiránt e tárgyban követe a knimi püspök által vele némi titkosabb rendeleteit közölletendi. — Kelt Rómában július 19-dikén 146$^{3}/_{7}$, (határozottabban 1465.)

Mathie Corvino Regi Hungarie.

Carissimo in Cristo filio etc. Celsitudinis tne per venerabilem fratrem Tburiensem (Tininiensem) Episcopum exhibitorem presentium scripta suscepimus, et intellectis, que tuo nomine petebantur, quantum cum Deo licuit gratum prebuimus assensum. Sperabamus autem ex eodem Episcopo et fratre nostro cognoscere, Serenitatem tuam in expeditione contra hostes fidei saltem adveniente esse profectam, quod nobis et urgens necessitas et temporis ratio facile svadebat, presertim cum tales ad te litteras dedissemus, ut de presidio Romane Ecclesie nullatenus fuerat diffidendum; sed cum intellexerimus Christi et fidei nostre hostes primo vere ad arma precinctos in Regnum Bosnie et quasi ad Illiricos fines irrupisse, propugnatorem vero et defensorem Christianorum nondum in aciem processisse, supra modum noster contristatus est animus non tam imminentis terrore periculi, quam spei nostre exspectationisque frustratione. Nosti enim, fili carissime, omnium pene Christianorum animos in te uno velut invictissimo fidei Athleta esse suspensos, te certissimum refugium et fortissimum propugnatorem, non modo arcendos, sed etiam ad oppugnandos ac superandos Christi hostes. In omnibus autem rebus, sed maxime in arte militari est periculosa cunctatio, in ea enim oportet hostium conatus preripere et eorum prevenire consilia, unde in bellicis rebus turpissimum esse solet dicere non putarem. Ecce hostis noster primo vere orbem debellaturus, egressus est, irrupit Christianos fines, obuia queque devastans. Tua vero Serenitas adhuc domi quiescit, inimicorum nostrorum in penetrabilibus Christianorum prius signa cernuntur, audiuntur classica, priusquam tu ad aciem ex domo processeris. Hortamur te, carissime fili, ut paterne proprieque virtutis memor

Digitized by Google

ocius exciteris, sciens, quod non incepisse sed usque in finem perseverasse gloriosum est, unde teste Apostolo non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Excitet te religionis Christiane periculum, scilicet compeditorum gemitus, urgeat periculum sociorum, accendat domestica tui generis gloria, commoveat omnium expectatio Christianorum, qui in te unam spem et ora conjiciunt. Aga igitur, ut universi, qui te expectant non confundantur, contulit tibi Ecclesia Romana presidia viribus suis, facultatibusque majora, omnes in orbe Principes litteris nuncijsque sollicitat, ad opem tibi, maximamque prestandam. Refrigescuntur utique Principum animi, et a spe universi decident, si intellexerint te domi jacente et quasi de viribus desperante, invalescere Christi hostes, Christianos penetrare fines, et priore anno bello parta paruo temporis momento subigere. Nos vero Deum et homines testari cogeremur omnia que potuimus contulisse subsidia, te litteris et legatione publica in tempore monuisse, et iam non ex nobis, sed magis per tuam Celsitudinem defuisse. Et hoc quidem de re bellica dixisse sufficiat, in qua speramus, te saltem in reditu legatorum tuorum, cognita mente nostra, receptisque subsidiis, pro tua erga Deum pietate et fidei zelo non defuturum. Ceterum cum oporteat nos pro debita pastoralis Officii sollicitudine non solum externa curare, sed etiam qualiter domi Christiana et ecclesiastica disciplina exerceatur inquirere. Intelleximus quedam per usurpationem in tuo Regno fuisse presumpta, que multum animum nostrum, mentemque conturbant, ut confuso rerum ordine spiritualia pro Regis arbitrio conferantur, quia non solum inferiora beneficia, sed etiam insigniora monasteria, in quibus magni habentur, celebresque conventus, regia auctoritate conceduntur ac dispensantur. Dolemus profecto in Christianissimo Regno ita jura divina et humana peruerti ut promiscuis actibus rerum turbentur officia, quoniam mediator Dei et hominum homo Christus Jesus actibus propriis et dignitatibus distinctis officia protestatis utriusque discreuit, propria volens ab utraque tractari, ut nec Rex jura Pontificis acciperet, nec Pontifex regium usurparet officium. Subeat animum tuum, religiosissime fili, illud Ozie Regis horrendum exemplum, qui cum Sacerdo-

Digitized by Google

tum usurpare niteretur officium et resistente sibi Azaria Sacerdote, obtemperare nollet et cedere, divina indignatione confusus, in fronte lepra percussus est, ea corporis parte notatus, quam supercilio presumptionis erexerat, quo quidem exemplo Catholici Reges erudiuntur a Domino, ne spiritualium dispositionem et diuinorum ministeriorum sibi dispensationem usurpent. Habet Serenitas tua in tuo Regno viros in divino et humano jure doctissimos, interroga Patres tuos, Episcopos scilicet et Prelatos, eos ut veritatem loquantur, adjura, quos testante Canone certum est Regum et Principum omniumque fidelium patres esse atque magistros. Jube sacros Canones recenseri ut intelligat Serenitas tua, si possit id, quod vendicas aliqua ratione permitti. Extant initio nascentis Ecclesie Apostolorum Canones promulgati, qui approbatione Sanctorum Patrum successu temporis auctoritatem acceperunt, ex illis euidenter intelliges nulla ratione permitti, ut inter Prelatos habeantur, qui Clericorum judicio canonice electi non fuerint, vel Romani Pontificis aut Metropolitani judicio recte ordinati. Successere quatuor illa magna Concilia, in quibus velut in quadrato lapide fidei structura insurgit, et cuiuslibet ecclesiastice actionis norma consistit, quorum si canones relegantur, intelligas, nihil accuratius fuisse provisum, quam ut promotiones Episcoporum aliorumque Prelatorum non secularium Principum jussionibus, quasi ex voluntate carnalis sensus, sed Sacerdotum, Pontificumque judioio, velut ex Dei voluntate procederent. Illorum siquidem Conciliorum autoritatem tam sequentes Synodi, quam Sancti Patres Apostolici viri insecuti sunt, qui hoc diversis legibus, constitutionibusque sanxerunt. Et quum Imperatores quidam vel jure fundationis aut donationis Ecclesiarum, eam sibi auctoritatem vendicare voluissent, illi per Spiritum Sanctum previdentes hanc futuram ruinam Ecclesie, constantissime restiterunt. Undo sub Adriano Papa Synodus octava universalis tempore Basilij Imperatoris in Regia urbe collecta inter reliquas sic definivit et statuit, sic decima actione eiusdem Synodi continetur. Apostolicis, inquit, ut synodicis canonibus promotiones Episcoporum et quorumlibet Prelatorum ex potentia et preceptione Regum Principum factas penitus in-

Digitized by Google

terdicentibus concordantes diffinivimus: Si quisquam Episcopus vel Prelatns per auctoritatem Principis dignitatis sue ordinationem acceperit, deponatnr omnibus modis, ut puta qui non ex voluntate Dei et ritu ac decreto ecclesiastico, sed ex voluntate carnalis sensus et ex hominibus et per homines Dei donum possidere voluit, vel consensit, Eademque Synodus promulgauit, neminem Laicorum Principum vel Potentum electioni vel promotioni Prelatorum se ingerere debere, ne inordinata et incongrua fiat ipsa promotio, cum nullam in talibus seculares Principes potestatem habere conveniat. Verum cum neque propter huiusmodi Decreta quorundam laicorum Regum et Prineipum ambitio atque presumptio abstineret, necesse fuit sub Gregorio Septimo glorioso Pontifice generalem Synodum congregari, in qua residens, astante multitudine Episcoporum idem beatissimus Pontifex his verbis sententiam promulgavit. Si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu alicuius laice persone susceperit, nnllatenus inter Episcopos vel Abbates habeatur, nec ulla ei ut Episcopo seu Abbati audientia concedatur; insuper gratiam beati Petri et introitum Ecclesie interdicimus, quousque locum quem sub crimine tam inobedientie quam ambitionis, ex qua scelus idololatrie cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis digmtatibus constituimus. Item si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet Secularium potestatum aut personarum Investituram Episcopatuum val alicuius Ecclesiastice dignitatis dare presumpserit eiusdem sententie vinculo se obstrictum esse intelligat. Verum intelligimus, non defuturos aliquos magistros auribus tuis prurientes, qui Tue Celsitudini suggesturi sint, id vel veteri consvetudine vel Romanorum Pontificum indulto priscis Regibus et primogenitoribus tuis fuisse concessum, ut Episcopi, vel Abbates, vel reliqui Ecclesiastici de manu Regum investituras acciperent. Caue, carissime fill, ne religionem tuam fallat subdola huiusmodi et palpans adulatio, nam de consvetudine quidem satis Tue serenitati credimus persvasum, spiritualia nullo censvetudinis aut prescriptionis jure in non spirituales posse subsistere, presertim cum aperti sint Canones dicentas, huiusmodi presumptionis

Digitized by Google

abusum, non consvetudinem esse censendum, sed potius corruptelam. Similiter et spiritualia quevis a laicis quasi incapacibus non posse prescribi, cum id non solum jure divino, sed etiam sit naturali contrarium, ut ad spirituale fedus conjugij, quod inter Prelatum Ecclesiamque contrahitur, profanus aliquis auctoritatem impertiatur. Verum de indultu Apostolice Sedis non credimus Predecessores nostros, veros saltem legitimosque Pontifices juri et rationi contraria indulta dedisse, quod si necessitate forte temporum, cum adhuc Panonie populi recentes essent in fide et per Regum solicitudinem non solum hostes conteri, sed etiam erigi et fundari oporteret Ecclesias, non debent ea vim obtinere postquam firma radice in fide fuerunt solidati. Nam hoc in simili de Anglis tunc ad fidem conversis beatus scribit Papa Gregorius, dicens, se Anglorum genti, que ad fidem nuper advenerat, contra Canones aliquid indulsisse, tamquam novis in fide, quos blanditijs opportebat allicere, juxta Apostolum dicentem: lac dedi vobis, potum non escam, non tamen illud a posteris perpetuo teneri voluisse, ne bonum, inquit, quod infirma radice erat, exueretur, sed aliquantulum formaretur, et usque ad perfectionem custodiretur. Hoc idem necesse est, carissime fili, de te, tuoque Regno sentire, quod necessario probamus exemplo: In principio siquidem nascentis fidei, cum Panonia Euangelium Christi recepit, legimus Sanctum Regem Stephanum vices Apostolice sedis ex illius indulto et officium legationis accepisse, quod etiam in Canonibus memorie proditum invenitur. Num quid ergo Successores Reges Legatos se nuncupabunt, aut Legationis continuabunt officium? tulit hoc prior aetas, exigebat temporum ratio, et fidei nouella plantatio requirebat, ut Regibus qui ad Christi gratiam confluebant ad allicendos populos, ad fundandas Ecclesias, et conterendos Christi hostes talis auctoritas potestasque daretur, postquam vero coruscavit Dei euangelium, et fides altis radicibus dilata surrexit, oportuit Ecclesiasticam normam et Christianam exurgere disciplinam, que utriusque potestatis Officia, actusque discerneret, cuius rei per vicissitudines temporum exempla sunt plurima, oportuit aliquando propter scismaticorum et hereticorum turbidas factiones, electiones etiam Roma-

Digitized by Google

aorum Pontificum, atque aliorum Episcoporum Catholicis Principibus deferre, ne commissa periclitaretur Ecclesia, vel, ut tales electionea fidelissimorum Principum auctoritate roborate nullos hereticorum vel scismaticorum patarentur incursus, et ut ipsi Principes Catholici Episcopis Suffragatores existeront. Verum cum id quod fuerat pro remedio institutum, redundaret in noxam, quoniam plerique Principes modum excedebant, et quod pro necessitate temporum concessum erat, quasi jus proprium vendicabant, necesse fuit Sanctorum Patrum statuta prodire, ut amplius promotioni Prelatorum non se ingererent Principes seculares, et quisque eorum suffragio Ecclesiam obtineret, anathema fieret. Non debet autem tibi dilectissime fili, reprehensibile videri, si secundum varietatem temporum Statuta varientur humana, quoniam et ipse Dens ex his, que in veteri testamento statuerat nonnulla mutavit in novo, magnum documentum prestat nobis Scriptura diuina, quod Esechias Rex serpentem eneum quem Moyses seruus Dei ad populi salutem erexerat, ne serpentina morte interiret, ille destruxit, atque confregit, cum id, quod in remedium prius fuerat institutum, videret in superstitionem esse conversum, ex quo quidem, ut ait compilator Canonum, magna auctoritas est in Ecclesia, ut si nonnulli ex predecessoribus et maioribus nostris aliquando concesserunt, que eorum tempore potuerunt esse sine culpa, et postea vertuntur in errorem, vel dispendium Ecclesiastice libertatis, ea cum magna auctoritate a posteris destruantur, unde et ipsi religiosissimi Imperatores et Principes pro mentis affectu talibus privilegijs renunciauerunt, id etiam suis Constitutionibus fieri de cetero prohibentes, sicut eorum scripta Canonibus inserta testantur, ac ne aliquis sibi de veteribus indultis Regum aut Principum blandiatur, sciat, et post privilegia huiusmodi, si que sunt, nova successisse consilia, per que illa omnia abrogata censeantur, nam ut reliqua omittamus, in Lateranensi generali Concilio, sub Innocentio tertio sic legitur diffinitum: quis quis electioni de se facte per secularis potestatis abusum, consentire presumpserit, contra canonicam libertatem et electionis commodo careat, et ineligibilis fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat eligi dignita-

Digitized by Google

tem, quod etiam Successores, modernique Pontifices nonellis Constitutionibns promulgarunt, ex qnibns apparet, nullum Regum aut Principum talibus priuilegijs inniti. Intellexisti jam, carissime fili, quid circa Ecclesiasticas promotiones jura diuina humanaque sanciant, quid initio nascentis Ecclesie Apostolorum Canones, quid generalia Concilia promulgaverint, qualia aduersus insolentias quorundam synodica statuta prodierint, quod necessitate temporum et novitati fidei concessum fuerit, simul cum causa cessasse, quid Religiosi Principes posteros, renunciando docuerint, quidue ad omnem ambiguitatem tollendam modernioribus temporibus Apostolici viri, et venerabilium Conciliorum statuta decreuerint. Proinde, religiosissime fili, in calce epistole, te beati Ambrosij eximij doctoris verbis commonebimus, quibus ilie Valentinianum admonuit: Noli te extollere, sed si vis diutius regnare, esto Dei subditus. Scriptum est que Dei, Deo, que Cesaris, Cesari, ad Regem palatia pertinent, ad Sacerdotes Ecclesie, publicorum tibi menium jus concessum est, non sacrorum. De hac ipsa re quedam secretins per eundem Episcopum Thuriensem (Tininiensem) tibi nunciauda commisimus, que tamquam ex Dei oraculo, Pontificis et Vicarij sui ore pronunciata suscipies. Datum Rome apud Sanctum Petrum XIIIJ. Kal. Augusti $146^{3}/_{7}$ anno primo.

A párizsi császári könyvtár említett codexéből „Epistolae Pauli II.“ pag. 89—100.

CCCLXXIX.

II. Pál pápa felszólítja az esztergomi érseket, hogy a Mátyás királyhoz küldött levele értelmében mindent kövessen el a szent-szék jogainak, vagy az egyház szabadságának visz-

Digitized by Google

szadlátására az egyházi javadalmak adományozására nézve. Kelt Rómában július 19-dikén 1465.

Archiepiscopo Strigoniensi.

Venerabilis frater etc. Scribimus carissimo in Christo filio Matthie Hungarie Regi illustri, ut aliqua que in Regno suo in derogationem Ecclesiastice libertatis, contra Sanctorum Patrum instituta geruntur, studio pietatis emendet, et ad normam Ecclesiastice libertatis et Sanctorum Patrum institutiones revocet ac reformet, ut fidei sue gloria non solum cura reipublice, sed etiam religionis et Ecclesiastice reverentie profectibus augeatur. In qua re fraternitatem tuam pro sapientia et gratia divinitus tibi concessa imprimis existimamus idoneam, ut Regi, que Deo grata, que suo honori congrua, queque recta sunt, consulas, tunc enim et fidelis geres consultoris officium, si iill suaseris, ut salutem anime sue ceteris rebus anteponat, et potestatem divinitus acceptam ad Dei cultum dilatandum ad fidem eius tuendam, ad Ecclesiasticam libertatem immunitatemque seruandam dedicet atque convertat, hoc pacto regnum eius soliumque firmabitur, si Regi Regum, Christo Domino et ipsius Ecclesie debitus cultus ac reverentia tribuatur. Fatemur namque magna nos admiratione commotos, et non paruo merore tristatos, quod priores Episcopi ita paternorum Canonum et Apostolice eruditionis obliti fuerint, ut confuso rerum ordine humana divinis commisceri permiserint, ut conniventibus oculis eo dev entum sit, ut cedat spiritus carni, a terrenis celestia superentur, divinis preferantur humana. Speculatores in Domo Dei Episcopos providentia divina constituit, ut *Regibus* et populis quasi de ore Dei veritatem annuncient. Meminimus profecto qualiter eorum negligentie Dominus comminetur: Si non annunciaveritis, inquit Dominus per Prophetam, et locutus non fueris, ut avertatur via sua, impius in iniquitate sua morietur, sangvinem autem ipsius de manu tua requiram, Qua nos comminatione exterriti mox ut ea, que reprehensione erant digna, cognouimus, pastorali sollicitudine occurrere et provi-
ere studuimus, quia in nos qui potentissimi Sacerdotis admi-

Digitized by Google

nistramus officium, talium transgressionum culpa expiaret, si in causis Dei et Ecclesiastica autoritate tuenda desides inveniremur et segnes. Sed quia non possumus omnibus locis corporalem adbibere presentiam, Fratres et Coepiscopos nostros adjutores, sollicitudinisque participes excitamus, maxime autem cupimus fraternitatis tue instituere ac fundare principia, quam nos ipsi ex Episcopatu ad sublimiorem Sedem eueximus et tamquam opus manuum nostrarum peculiari caritate diligimus. Nouimus si quidem diuine gratie et eximie eruditionis tibi merita suffragari, que si in causis Dei pro ipsius Ecclesie autoritate et libertate tuenda sollicite et constanter exerceas, poteris ab omnipotenti Deo, et a nobis majora sperare, non minus agis res Regni vestri, quam nostra, imo proprius de Ecclesiarum vestrarum jure et libertate tractatur, nos tamen in Ecclesijs Dei, toto terrarum orbe diffusis, que ad unum corpus Christi rediguntur, nihil alienum, nihil existimamus esse diuersum, propter quod unum nos sentire oportet et agere, ut sicut in Apostolicis actibus legimus, in nobis quoque unum esse cor, et una anima comprobetur. Hortamur igitur te, venerabilis frater, ut diuine et apostolice gratie memor, que te ad fastigium Archi Episcopatus euexit, te ita in custodiendis Patrum Canonibus et Apostolicis institutionibus exequendis exerceas, ut cum venerit princeps pastorum, singulorum merita discussurus, ab eo mercedem laboris et premium sollicitudinis pastoralis accipias. Datum Rome MCCCCLV (LXIII) XIIIJ. Kal. Augusti, anno primo.

Ugyanonnan „Epistolae Pauli II-i“ pag. 87—89.

Digitized by Google

CCCLXXX.

II. Pál pápa hasonló értelemben szólítja fel a kalocsai érseket, a szent-széktől eddig nyert megkülönböztetésein kivül még nagyobbak elnyerésére is nyujtván reményt. Kelt Rómában július 19-dikén 1463., helyesebben: 1465.

Venerabili fratri Archi Episcopo Colocensi.

Venerabilis frater etc. Videbit fraternitas tua, que nos zelo ecclesiastice libertatis admoniti carissimo in Christo filio nostro Matthie Hungarie Regi scribimus. In qua re miramur pariter et dolemus, te et reliquos tantam derogationem Ecclesiastice autoritatis surdis auribus et conniventibus oculis pertransisse. Maxime autem id fraternitati tue videatur incumbere, qui pre ceteris doctrina, autoritateque polles, et in Regio Consilio primum locum diceris obtinere. Exigit namque fides, quam Regi Regnoque debes, ut ea suggeras, que ad salutem anime eius, et decorem Regni pertinere videntur, pro Regni namque quieto et gloria geritur, quidquid pro libertate Ecclesie vel Sancte religionis reverentia laboratur, et tunc munimen et robur constituitur Imperij, quando honor et obseruantia sancte religionis augetur. Sed magis et magis fraternitatem *tuam* excitare debet officium debiti pastoralis, ut juxta Dominicam sententiam veri pastoris studio, non mercenarij vita deseruias, quod certe fieri videtur, cum ob humanam gratiam agnita veritas reticetur. Episcopum, inquit Sanctus Apostolus, oportet amplecti eum, qui secundum doctrinam et fidelem sermonem, et potentes scit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere. Novimus fraternitatem tuam a Deo eruditionis atque doctrine suscepisse talenta, sed non sufficit accepisse,

Digitized by Google

nisi opereris in illis. Nam cum te ad Episcopatus culmen gratia diuina prouexerit, oportet illud euangelium reminisci: quia nemo accendit lucernam ut ponat eam sub medio, sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt, Quamvis autem nostra monitio omnes Episcopos Regni, Ecclesiasticosque contingat, et magis de interesse Ecclesiarum vestrarum, quam de jure Ecclesie Romane tractetur, plurimum tamen Apostolice Sedi, a qua Episcopalis dignitatis honorem et munus consecrationis recepisti, detulisse videberis, si arguendo, obsecrando, monendo, cum omnj patientia et doctrina, ut jubet Apostolus, Regi et Regni proceribus veritatem annuncies; nos enim derogationem jurium Ecclesiarum Regni vestri, vel quarumlibet Ecclesiarum et detrimentum ubilibet Ecclesiastice libertatis nostram existimamus esse jacturam, quoniam universas per orbem institutas Eeclesias unum Christi thalamum reputamus, quia unum corpus et unus spiritus omnes sumus, qui unum Dominum, unum Deum, unam fidem predicamus et colimus, unde et unitatem firmiter tenere et vendicare debemus omnes Episcopi, nt Episcopatum quoque, ut beatus inquit Cyprianus, unum et individuum comprobemus, Ad magnum honorem, usque ad Archiepiscopalem Cathedram te Sedes Romana provexit, maiora quoque et ampliora sperare poteris, si te maioribus muneribus dignum effeceris, efficies profecto si te verum pastorem in causis Dominicis, fortem pugilem Ecclesiastice libertatis, intrepidum veritatis et justitie annunciatorem ostenderis. Jecimus nos veritatis semen, tua illud sollicitudo custodiat, imo imbre eloquij et doctrine tue irriget et fecundet, exhibe te virum dignum regio cetu atque consilio, illa sapientis documenta seruando, ut tamquam imbres mittas eloquia sapientie tue, fideliter dirigas consilium et disciplinam, et cum in absconditis consiliatus fueris, etiam palam facias disciplinam doctrine tue, et in lege testamenti Domini gloriaberis. Loquere igitur, venerabilis frater, cum fiducia verbum Dei, indue armaturam fidei, loricamque justitie, adesto Ecclesiastice libertati, credita tibi a Domino fideliter exerce talenta, ut illa in aduentu Patrisfamilias multiplicata restituens, primum quidem ab Omnipotenti Deo, deinde a nobis, qui ad banc te sollicitudinem ex-

Digitized by Google

citamus, merearis audire: Euge serue bona et fidelis, quia in paucis fuisti fidelis snpra multa te constituam. Datum Rome apud Sanctum Petrum XIIIJ Kal. Augusti 1463. (helyesen 1465) anno primo.

Ugyanonnan „Epistolae Pauli II." pag. 84—86.

CCCLXXXI.

Mátyás király az erdélyi 7 szász szék panasza következtében Brassó városának és az egész Bárczaságnak megparancsolja, hogy a hét szász szék kebelében azoknak szabadságai ellenére posztót és vásznat rőfönként, más árúkat fontonként és kicsinyben, valamint bort és mézet árulni, mit valamelly levelök erejében bizva újabban megkísértettek, ne merészeljenek, valamint viszont a hét szász szék lakosai sem gyakorolták soha az ő kebelökben az említett kereskedést. Kelt Tétényben september 10-dikén 1465.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris Judici Juratis ceterisque Civibus et toti communitati Civitatis nostre Brassoviensis et terre Barcza Saxonibus universis, Salutem et gratiam. Querelam fidelium nostrorum universorum Saxonum Septem Sedium Saxonicalium partium Transsilvanarum Regni nostri Maiestati nostre porrectam accepimus continentem. Quomodo sicutj ipai a preteritis temporibus nunquam pannum, aut telam in vestri medio cum vlnis, ac etiam alias res cum libris ot alijs parvis ponderibus vendi-

Digitized by Google

derunt, sic et vos in ipsorum medio similiter pannum et telam cum vlnis ac ulias res cum libris ac alijs minutis ponderibus, sed et vinum et mel venditioni exponere non fuissetis liberi. Nunc autem vos virtute quarundam Literarum contra Jura et libertates eorum huiusmodi negotiationes vestras in ipsorum medio exercere attemptassetis et attemptare niteremini etiam in futurum. Et quia nos nolumus eosdem exponentes in Juribus eorum quoquomodo turbari, Ideo Fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus a modo in posterum sicuti ipsi prescriptas eorum negotiationes in vestri medio usque modo non exercuerunt, ita nec vos quoque negotiationes vestris cum dictis rebus in eorum medio exercere audeatis contra consuetudines antiquas, nam nos prefatos exponentes in eorum Juribus illese volumus conservare. Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Thethen feria tertia proxima post festum Nativitatis beate Marie virginis, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, Regni nostri anno octavo, Coronationis vero secundo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CCCLXXXII.

János esztergomi érsek tudósítja Protázs olmüczi püspököt, hogy a pápától Mátyáshoz egy bulla érkezvén, minthogy tartalma a cseh királyt illeti, annak mását jelen levelébe zárva neki megküldi, mire királya által fel van hatalmazva; továbbá sajnálkozását jelentvén ki az ő és barátjai jó tanácsát meg nem fogadott és rossz utat követett György király meggyalázatásán, ajánlkozik hogy, ha ez jobb utra akarna térni, királyi

Digitized by Google

méltóságának helyreállítására ő maga részéről eszközen mindent elkövetend. Kelt Esztergomban october 17-dikén 1465.

Johannes Strigoniensis Archiepiscopus, Reverendo Patri Domino Prothasio Olomucensi Episcopo, fratri nostro dilecto.

Reverende pater, frater noster dilecto. Rediit nuper ex urbe nnncins quidam Serenissimi Domini nostri Regis, qui eidem literas Apostolicas sub bulla attulit, que demum nobis de mandato ipsius Domini nostri Regis fuerunt transmisse. Sed cum negotium de quo erant scripte vidissemus ad Serenitatem Domini Boemie Regis pertinere, curavimus illico earundem literarum exemplar presentibus inclusum ex bonis causis ad Paternitatem Vestram mittere. Hoc enim indultum fuit nobis a Domino nostro Rege, ut si videretur nobis, tenorem ipsarum literarum possemus per copiam Paternitati vestre notificare. Et licet non dubitemus nova que in ipsis literis continentur, ex alijs partibus ad Paternitatem Vestram Reverendam prius delata fuisse, nobis tamen visum est non ab re, de novo ea Paternitati Vestre patefacere, non referentes animo sed dolentes. Dolemus enim quod dominus ille princeps vester, qui in principio sui regiminis prudentissimi et clari principia nomen et famam obtinnerat, tam horrenda pessime infamie sententia percussus sit, quam sententiam si prudentia sua et amicorum consilijs uti voluisset, omnino devitare potuisset. Inter alios amicos nos quoque dum essemus Prage, et etiam dum eramus apud Maiestatem Suam in Moravia, proponebamus certas honestas vias, monebamusque ut consilio sapientiaque preveniret probrum quod timebamus futurum, conservaret bonorem dignitatemque regiam, que hoc solo maxime firmaretur, si cum ceteris regibus christianis moribus et religione concordaret. Sed ut videtis nihil efficere potuimus suadendo, plus aliorum quam nostra valuerunt consilia. Nos itaque dolemus consilia amicorum in ea re fuisse neglecta, que si locum habuissent, regia celsitudo numquam a sua claritate concidisset. Dolemus etiam infamiam illam ad orbis terre principes ita permanasse, ut non facile

Digitized by Google

bono tamen consilio deleri posset. Nos vero si quid pro restaurando honore regio recuperandaque pristina dignitate studio consilio opereque facere possemus, id non modo libenter, sed etiam accuratissime faceremus, modo ne Sua Serenitas sibi deesse velit. Dicimus etiam, quodsi opinionem suam ut hactenus ita et deinceps sequi volet, quamvis potens sit, infamia tamen in futurum erit potentior, ipseque adeo potens esse non poterit, ut illam infamiam a se et suis posteris amovere possit. Scripsimus confidenter, vos dicite et facite, quod ad rem melius videbitur. Ex Strigonio die XVIJ mensis Octobris, anno domini M° CCCC° LXV°.

Palacky közléséből.

CCCLXXXIII.

Nagy László és Bizó Simon Mármaros megyei ispánok, valamint ugyanazon megye négy szolgabirája, Nemes János, Fieze Mihály, Bedei Miklós és Stojka Mihály, bizonyságot tesznek, hogy Mátyás király parancsára és Szapolyai Imre szepesi örökös gróf megbizásából Dolhai Ambrust Mojszin helysége birtokába, mellyben a régi időkben is volt, ujra beigtatták minden ellentmondás nélkül. Kelt Szigeten november 5-dikén 1465.

Nos Ladislaus Magnus, ac Simon Bijzo Comites terre Maramorosiensis, necnon Quatuor Judices Nobilium videlicet Johannes Nemes Michael fijcze, Nicolaus Bedey et Michael Stboyka eiusdem terre, Memorie commendamus, Qnod licet Egregius Ambrosius dolhaij, anterioribus temporibus in dominio

Digitized by Google

possessionis Msijze fuisset, Et nunc ex Mandato Serenissimi domini Mathie Regis Hungarie etc. domini nostri graciosissimi, Et eciam ex commissione Magnificj domini Emerici de Zapolia Comitis perpetui terre Scepusiensis, de Nono, enndem Egreginm Ambrosinm dolbaij in dominium possessionis Maijzee cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs intromisimus nullo contradicente, ijmo intromittimus Jure perpetuo in filios filiorum et heredibus perpetualiter tenere habere et possidere. In cuius Reij testimonium literas nostras Sigillo nostro Roboratas duximus concedendas. Datum in Zygeth feria tercia proxima ante festum Sanctj Martini Episcopi Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quinto.

Az eredetiből.

CCCLXXXIV.

II. Pál pápa Mátyás királyhoz intézett levelében csudálhozását jelentvén ki az iránt, hogy őt a velenczei követ tanácsára a mult napokban a törökkel kötendő békére hajlandónak értette, mit róla, a keresztyénség bajnokáról, a törökkel annyit küszködött dicső atya fiáról, hinni sem akar, hosszasan vitatva mutogatja, hogy a keresztyénség szent ügyében kezdett háborúban, mellyet több pápák hirdettek és mellyben minden kiegyezkedést megátkoztak, békét kötni egy keresztyén fejedelemnek sincs, neki pedig annyival kevesbbé van joga, minthogy ő ennek végrehajtására magát a szent-széknek, melly őt erején túl segítette, lekötelezve volt sat.

Digitized by Google

Mathie Corvino Regi Hungarie.

Carissime etc. Litere quas nuper accepimus, plurimam nobis admirationis causam prestitere, cum audiverimus Serenitatem tuam impulsu Oratoris Veneti ad eam superioribus diebus emissi ad pacem cum perfidissimis Christri hostibus ineundam animum mentemquc flexisse, quod certe omnino credere non possumus, ut is qui in castris Dominicis omnem transegit etatem, et quem ob patris et propria in hostes fidei strenuissime gesta usque ad Regni fastigia diuina clementia sublimauerit, in ipso pugne congressu Christi militiam detractet et deserat, quis enim credat Mathiam fortissimum Christi pugilem ex patre progenitum, qui tociens cum Thurcis gloriosissime decertavit, proprie virtutis immemorem, et domestice laudis nunc esse degenerem. Rursus quis existimet eum, qui in pueritia sevientium et congredientium arma non timuit, regium culmen adeptum, impetum hostium perhorrescere, profecto qui talia tue Serenitati consulunt, diuine vocationi tue progenitori et sepius spectate virtuti irrogare videntur injuriam. Sed ut intelligat religiosus mentis tue affectus non solum illa que regiam fortitudinem decent, sed ea quoque que illi licere vel expedire putamus, nonnulla tue Serenitati de re ipsa duximus perscribenda. Bellum adversus eos, qui contra Christianos impia arma tulerunt quique illos propijs sedibus depulerunt, non voluntate sed necessitate susceptum est, non ad propagandos sed ad tuendos Christianorum fines, non ad dilatandum Imperium, sed ad vitam, liberos, facultatesqne seruandas, quos tot annos crudelissime vexaverunt. Bellum inquam susceptum est ad propulsandam Christi Dei nostri injuriam aduersus spurcissimam Sectam, a qua nomen Domini quotidie blasphematur, ad reprimendam denique inexplebilem cupiditatem illius qui occupata Constantinopoli, altera Imperij Sede, subactoque orientali Imperio ad universi orbis dominatum aspirans, euersionem fidei et Christiane religionis moliebatur exitium, sunt arma suscepta. Hoc quidem bellum non ab uno vel altero, sed a fidei Principe, summo Pontifice, Christi Vicario, decreto atque consulto Sacri Senatus Ecclesie, denunciatum est et indictum, nec unus

Digitized by Google

tantum sed multi retro Pontifices indixerunt, qui bellum boo pro extrema fidei necessitate, pro tuendo Christi Euangelio gerendum atque prosequendum sanxerunt et uuiuersos Principes Orthodoxos, cunctosque fideles ad communem fidem, communeque periculum invitarunt; communi autem cause se substrahere, communem fidem deserere, generale periculum declinare quantum liceat, unusquisque cognoscit, quid enim hoc aliud est, quam se desertorem Christiane militie, et quasi profugam comprobare, quo nihil gravius etiam legum civilium conditores existimarunt, qui desertores hujusmodi quasi proditores publice salutis gravi animadversione dignos censuerunt, quod ut Serenitas tua clarius certiusque cognoscat, Sancte memorie predecessoris nostri Pij, qui se victimam pro Christo deuouerat, et in expeditionem proficiscens, mortem appetere non dubitavit, ante oculos verba ponemus. Is quidem superiore anno ad universos Principes, cunctosque fideles literas magna maturitate digestas, et cunctis necessariam expeditionem indicentes, inter cetera sic definiuit: Ceterum in tanto religionis Christiane discrimine, quantum a Turcis in presentiarum cernitur imminere, nulli dubium esse debet, quin Christiani omnes, tam Reges et Principes, quam alij Potentatus et privati homines ad defensionem Catholice fidei, et sancte legis Euangelice, juxta possibilitatem suam, cum bonis et corporibus suis, de necessitate salutis, viriliter assurgere, et indesinenter assistere teneantur. Quod si de necessitate salutis viriliter assurgendum, et cum bonis et corporibus et nedum aliquod relinqueretur, indesinenter insistendum Romanus Pontifex suo decreto diffiniuit, exemplo docuit, morte probavit, quis dicere audebit, vnum vel plures ex Regibus contra Ecclesie generale decretum pacem posse, vel fedus inire, atque ut intelligas Romani Pontificis edictum huiusmodi tamquam diuinum oraculum esse sumendum, veteris testamenti proponatur exemplum. Sacra Regnorum pandit historia Samuelem Prophetam Sauli Regi Dominica voce predicere: audi, inquit, verbum Domini, recensui quecumque fecit Amelech Israel, quum ei in via . . . (igy), cum ascenderet de Aegypto, nunc ergo vade et percute Amelech, et demolire uniuersa eius, non parcas ei, nec concupiscas ex eis ali-

Digitized by Google

quid. Quod tunc Samuel Propheta precepit, pridem tibi etiam et cunctis Regibus major Samuele tibi imperauit, maiorem certe dicimus Christi Vicarium sine Samuelis injuria, ipse enim, ut Bernardus inquit, magnus est ille Sacerdos Primatu Abel, subnatu Noe, Patriachatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, autoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Is itaque superiore anno immanis et detestandi Mahumeti vniuersa mala recensuit, non quod in via tantum populo Dei restiterit, ne terram promissionis attingeret, sed quod terram hereditatis Dominice, quam vomer Apostolice predicationis excoluit, violenter eripuit, quod sangvinem Christianorum effudit, quod omnia sancta diripuit, ob id jussit arma suscipere, Christi injuriam vindicare. Quod si quisquam Regum, et ille potissime, qui ob creditum euectus ad Regnum, mandatum Dei oraculo Pontificis nunciatum transgrediatur, atque contemnat, et non solum ut Saul preciosiora reservet, sed ipsis hostibus pacem, securitatemque promittat, nonne mox verba eiusdem Prophete, ultionem Domini communicantis exaudiet, eadem scriptura subdente: nonne cum paruulus esses in oculis tuis caput tribubus Israel factus es, unxit te Dominus in Regem, et ait, vade, interfice peccatores Amalech et pugna contra eos usque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem Domini, atque expost graviora subduntur, que a te et cunctis Regibus diuina pietas auertat, dum sequitur: Scidit Dominus Regnum Israel a te hodie et tradidit illud proximo tuo, meliori te. Nec vero quisquam Serenitati tue subrepat dicens: nullum de pace vel treugis speciale esse preceptum; qui enim bellum indixit, qui persequendum precepit, qui omnibus viribus, omnibus facultatibus et corporibus assurgendum nunciavit, ipse intermissionem belli, desertionem militie satis interdixisse videtur. In tantum enim Sancti Patres nostri, priscique Pontificcs post bellum generaliter ab Ecclesia contra Infideles indictum omnem conventionem cum ipsis Infidelibus execrati sunt, ut etism omne commercium non tantum prohibitarum rerum, sed et commercium quarumcunque interdixerint, atque damnaverint transgressores perpetuo anathemate, dignitatis amissione, et bonorum proscriptione mulctantes. Quis er-

Digitized by Google

go credat eum illis licere pacem inire, fedusque percutere, cum quibus nec parve rei ac vilis mercis licet inire commercium. Et cum id nulli Regum et Principum Christianorum licere credamus, Celsitudini tue potissimum licere non credimus, qui preter generale Decretum speciali Romane Ecclesie in exequendis omnibus que ad hoc bellum pertinent junctus es federe, presertim cum nulla nobis aut Apostolice Sedi possit vel transgressio vel desidia imputari, auxilia namque pro viribus et ultra vires tua Serenitas a nobis et eadem Sede suscepit. Agnovit predecessoris nostri in prosequenda expeditione fervorem, quo sicut Domino placuit re incepta pro fidei merito ad celeatia regna vocato, sacri Senatus Ecclesie studium aut cura non defuit, qui maluit Apostolicum erarium exhaurire, quam expeditioni inchoate deficere. Nos vero divina gratia licet immeriti ad Apostolatum euecti, quanto zelo, ac studio rem Christianam prosecuti fuerimus, Serenitas tua per suos Oratores agnovit. Quid ergo novum, quid tam horrendum et inauditum submersit, ut veluti incognita nostrs sententia, tamquam deserto desperatoque hello, quasi inopinatis terroribus exortis fides deseratur, divine militie sacramenta solvantur, Euangelium Christi conculcandum canibus dimittatur, relinquatur Christus, pax et dextera jungatur Antichristo. Nunc vero tecum ipse reputa, fili carissime, si sit tuo honori censurum post tot et tam atroces Christi nominis injurias, post tantum sangvinem Christianorum effusum, quem longe lateque draco ille sevissimus, quasi quodam poculo crudelitatis absorbuit, post fines regni tui depopulatos atque vastatos, pacem fedusque ferire. Gentilium laudat antiquitas Appium Claudium Cecum, qui pacem cum Pirrho quasi turpem et Reipublice noxiam disuasit. M. quoque Regulum laudibus effert, quod mortem potius subire quam ignominiosam pacem cum punis amplecti voluerit. Et quod fecere Gentiles vel pro inani gloria, vel ad propagandos Imperij fines, proh pudor Christiani Reges pro Christi injuria vindicanda, pro ultione sangvinis, cuius quotidie clamor ascendit ad celum, pro Euangelio Christi tnendo non facient. Quod si quisquam dicat Regem debere saluti Regni prospicere, suas vires metiri, nec se manifeste obicere debere periculo,

Digitized by Google

reputandum tibi erit, an pace huiusmodi periculo te subtrahas, vel potius te Regnumque majori discrimini exponas, paci enim ita consulendum est, si nil insidiarum habitura sit, et bella eo sunt fine gerenda ut sine injuria in pace vivatur. Sed arbitraris estui animi illius posse modum imponi, quem inexplebilis tenet dominandi cupiditas, qui omnem fidem, omne jusjurandum, omne fas jusque subvertet propter eum, quem sibi opinionis errore orbis Principatum effinxit? aut putas sangvinariam bestiam cruore humano gustato amplius non sitire. Nullus, inquit ille, semel ore receptus pollutas patitur sangvis mansuescere fauces, vel credis eum Regum et Principum ob regie dignitatis eminentiam sangvini parsurum? Sed mentem subeant tot Regum et Principum funera, quos truculentus ille omni fera crudelior obtruncavit. Sed maxime Bosnie Rex, quem violata pacis fide cum patruo suis proprijs manibus interemit. Verum quid nos exempla producimus, cum divinis oraculis edoceamur gentem illam, sectamque spurcissimam — — — — — —

A párizsi csász. könyvtár említett codexéből.

CCCLXXXV.

János esztergomi érsek tudósítja a cseh királyt, hogy Mátyás király a tőle vett levél következtében Zsoldos András udvarnokot küldötte hozzá; és hogy azon ügyekben, melyek iránt az olmüczi püspök vele Nagy-Szombatban tanácskozott, megállapodásuk következtében Mátyás király nevében írt levelet a szent angyal bíbornokához s azt annak egy esztergomi

Digitized by Google

kanonok által mindjárt el is küldötte, mellynek mását neki is örömest elküldené, ha a pécsi püspök azt Pécsett nem hagyta volna. Kelt Budán február 28-dikán 1466.

Sacre Maiestati Regni Bohemie.

Serenissime Princeps et Domine! Habuimus literas Serenitatis Vestre, et ad eas nescivimus respondere in absentia domini nostri Regis; quia dnm ille litere, qnarum copiam nobis misit Serenitas Vestra, scripte sunt, non interfuimns. Itaqne cum Dominus noster Budam venit, ostendimus illi copiam literarum, nnde Maiestas Sna misit ad Serenitatem Vestram Andream Soldos, aule sne familiarem, snper illis informatum et Serenitati Vestre relaturum. Postremo nbi scribit Serenitas Vestra, an quidquam scriptum sit ex parte ejns summo pontifici et ad curiam Romanam snper negotijs, qne dominus Olomucensis nobiscum pridem Tyrnavie tractaverat, sciat Serenitas Vestra quod scriptum est domino cardinali S. Angeli per nos de mente domini nostri Regis, juxta sententiam et formulam, prout dominus Olomucensis nobiscum locutus fuit. Et misse sunt litere per unum de canonicis ecclesie nostre Strigoniensis, quarum literarum copiam nos Serenitati Vestre misissemus, sed dominus episcopus Quinqueecclesiensis frater noster reliquit illam Quinque ecclesiis. Datum Bude, feria sexta proxima post festum beati Mathie Apostoli, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Sexagesimo Sexto.

Johannes Archiepiscopus Strigoniensis etc.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CCCLXXXVI.

Mátyás király Győr vármegye nemességének és bármi sorsú birtokosainak megparancsolja, hogy a közelebbi országgyülés által rendelt fejenkénti fölkelés mellett az osmánok nagy készületei s fenyegető mozgalmai tekintetéből, kiki közölök birtokának kiterjedéséhez szabott, jól fölfegyverkezett csatáraival úgy készen tartsa magát, hogy más levele vételével velök együtt minden haladék nélkül megindulhasson a törökök ellen; azok, kik el nem készülnének, személyeik és vagyonuk letartóztatásával, a következő levele vételével el nem indulók pedig fej- és jószágvesztéssel fogván büntettetni. Kelt Budán aprilis 12-dikén, 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris universia et aingulis Nobilibus et alterius cuiusvis status possessionatis hominibus Comitatus Jauriensis, Salutem et gratiam. Tractavimus iu Conventione novissime habita cum prelatis et Baronibus ae electis ex vobis et ceteris Nobilibus sexaginta Comitatuum Regni nostri, et ad requisitionem eorundem ita conclusimus, ut tam in rebus contra Turcos, quam alios inimicos Regni, singuli vestrum more antiquo per singula Capita exercituare debeant. Cum autem jam certa sit fama, Imperatorem Turcarum cum ingenti potentia, et apparatu Bellico, necnon Machinis, quibus alias venisse non recolitur, contra hoc Regnum nostrum venire, et specialiter Castrum nostrum Nandoralbense, et alia Castra nostra finitima, obsidere et expugnare velle. Igitur ut peruersi conatus sui ad effectum deduci non possint, et nobis Regnoque nostro, de hinc vero Christisnitati ex improviso periculum non eveniat, Statuimus contra eundem Imperatorem quam celerius exerci-

Digitized by Google

tum mouere, ac de facto sine mora hys diebus etiam nos personaliter cum omni potentia nostra procedere. Et licet, ut concluseramus in ipsum exercitum juxta consvetudinem vestram antiquam, omnes per singula Capita cum equitibus et peditibus vestris venire deberetis, Tamen propter magnitudinem rei et magnum apparatum hostium volentes in hac re modum meliorem tenere, De consilio Prelatorum et Baronum nostrorum disposuimus, ut quilibet Baro, Nobilis et Possessionatus homo juxta exigentiam omnium bonorum et possessionum suarum, in quocunque Comitatu existentium, exceptis Prelatis, et Abbatibus ac Prepositis, quos secundum dispositionem antiquam exercituare faciemus, in nostrum exercitum sine mora venire debeant, ita ut qui plures possessiones habent, illi cum pluribus veniant, qui vero pauciores habent, cum pancioribus veniant, hoc modo quod armis bene fulciti sint, ita ut ultimi armati habeant gladium, lanceam et Clipeum, vel arcum cum pharetris ac gladium et Clipeum et sint dispositi taliter, quod prout hostis urgebit, illi constanter obsistere possimus. Item quod illi ex Regnicolis nostris, qui a nobis vel ab aliquo Prelato, Barone aut nobili stipendium acceperint et ita in exercitum processerint, in ipso exercitu per huiusmodi stipendium, presentia eorum satisfacere non possit, Nisi pro persona sua armatum mittat, et juxta predictam dispositionem pro ratione omnium bonorum suorum homines armatos disponat, et eos quos disposuerit, ostendat Comiti vel Capitaneo nostro, Preterea quicunque cum predictis Armis bene dispositus juxta exigentiam omnium bonorum suorum non venerit, vel secum homines armatos pauciores alijs sibi similibus in eundem exercitum duxerit, aut miserit, Ille pro non veniente, et pro transgressore huiusmodi dispositionis habeatur, et incurrat penas infrascriptas. Quamobrem Fidelitati vestre et cuiuslibet vestrum firmissime mandamus, quatenus visis presentibus, cum Armis et apparatibus Bellicis, juxta dispositionem pretactam, omnes vos paratos tenere debeatis, ita ut dum alias literas nostras videritis, similiter juxta predictam dispositionem, bene dispositi insurgere, et illuc quo jusserimus contra Turcos et hostes huius Regni, mora, dilatione et difficultate sine omni,

Digitized by Google

nobiscum proficisci valeatis. Quoniam si aliqui ex vobis parati non fnerint, talium personas captivari, ac bona et possessiones universas, pro nobis occupari faciemus, ymmo omnes tales, qui visis dictis alijs literis nostris, se paratos ad exercitum movere non poterint, cum amissione omnium bonorum suorum pene capitis subicj volumus. Secus ergo facere non presumpmatis in premissis, Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude Sabbato proximo ante Dominicam Quasimodo Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo sexto Regni nostri anno Nono, Coronationis vero tertio.

Az országos levéltárból.

CCCLXXXVII.

Mátyás király Veresmarti Geréb Péter szebeni polgármesternek és Henlin László tanácsnoknak az erdélyi szászok nevében előterjesztett panasza következtében, — hogy jóllehet ők azon szabadalommal birtak, miszerint a kidolgozatlan nyers bőrt Erdélyből kivinni tiltva volt, most még is némelly magyarországi, moldvai és havasalföldi kereskedők azt nagy mennyiségben szállítják külföldre, — Magyarország, Moldva s Havasalföld minden kereskedőinek megparancsolja, hogy többé a nyers bőrt Erdélyből kivinni ne merjék, felhatalmazván Erdély bármelly városának elüljáróit ennek meggátlására s e parancsát köz helyeken kihirdettetni rendelvén. Kelt Budán april 22-dikén 1466.

Matbias Dei Gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Mercatoribus et Nego-

Digitized by Google

tiatoribus bominibus, tam do hoc Regno nostro Hungarie, quam de Moldavia et partibus Transalpinis existentibus, presentium notitiam habituris, Salutem et gratiam. Venientes nostre Maiestatis in conspectum fideles nostri Circumspecti Domini Petrus Gereb de Veresmarth, Magister Civium et Ladislaus Henlyn Juratus Civis Civitatis nostre Cibiniensis, in ipsorum et universorum Saxonum nostrorum nominibus, Civitatibus oppidis et villis in partibus nostris Transijlvanie existentibus, commorantium nobis declarare curaverunt in hunc modum, quod licet alias ipsi ex antiqua consvetudine hanc libertatem habuerint, quod nullus omnino Mercatorum et negotiatorum hominum, crudas cutes animalium, scilicet per labores artificum non paratas et non laboratas de dictis partibua Transsijlvanis ad exteras terras educere et deferre potuerit, tamen nunc nonnulli essent Mercatores et Negotiatores homines tam de hoc Regno nostro Hungarie, quam ex Moldavia et partibus Transalpinis, qui huiusmodi cutes crudas absque scilicet labore artificum in curribus et per equos pondera ferre solitos contra libertatem et consvetudinem antiquam dictorum exponentium de dictis partibus Transsijlvanis ad exteras terras et loca, in magna quantitate deferrent, per quod iidem exponentes in huiusmodi civitatibus insignem defectum et carentiam paterentur, in maximum preiudicium et damnum valde magnum, undo supplicarunt per Nos, ipsis circa premissa de remedio opportuno provideri, Et quia nos dictos exponentes in eorum antiquis libertatibus et consvetudinibus impediri non volumus, Igitur vobis et cuiuslibet conditionis hominibus harum Serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus a modo in posterum nullus omnino vestrum contra antiquam consvetudinem et libertatem dictorum Exponentium huiusmodi cutes crudas de dictis partibus Transsylvanis educere et deferre audeat, neque sit ausus modo aliquali, alioquin facultatem dedimus fidelibus nostris Judicibus et Juratis Civibus quarumcunque Civitatum nostrarnm in eisdem partibus Transsijlvanis existentium ut ipsi vobis huiusmodi cutes contra consvetudinem ipsorum deferre et educere non permittant. Secus igitur non facturi, Et hoc volumus per fora et alia loca publica ubi

Digitized by Google

opus fuerit pslsm facere proclamari. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria tertia proxima ante featum heati Georgij Martiris Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Sexto. Regni Nostri octavo, coronationia vero tertio.

Egy régi másolat után a szász nemzet szebeni levéltárában.

CCCLXXXVIII.

Mátyás király az ország minden hatóságának szorosan megparancsolja, hogy az ország régi szokása szerint mind azon jobbágyaikat, kik engedelemmel a szokott földdíj és más tartozásaik lefizetése után Palóczi László országbíró bármelly birtokába áttelepedni akarnak, minden javaikkal szabadon bocsássák, ellenkező esetben a megyei fő- és alispánoknak és szolgabiráknak megparancsolván, hogy a nem engedelmeskedőket az illy esetekben szokásos büntetésekkel a parancs teljesítésére szoritsák. Kelt Budán május 9-dikén 1466.

Commissio propria domini Regis.

Matbias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Vniuersis et singulis Prelatis Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus ipsorumque officialibus, Item Ciuitatibus, Opidis et Villis earumque rectoribus Judicibus et Villicis quibus presentes ostenduntur, Salutem et graciam. Cum antiqua buius Regni nostri Hungarie consuetudine dictante quilibet Jobagio et Jobagionalis condicionis homo in quorumcumque vestrum possessionibus residens habita licencia iusto-

Digitized by Google

que terragio deposito et alijs debitis suis persolutis ad possessiones aliorum liberam habeant recedendj facultatem. Idcirco vestre vniuersitatj et cuiuslibet vestrum fidelitati harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus, habita presencium noticia, omnes tales vestros Jobagiones qui vt prefertur, habita licencia iustoque terragio deposito et alijs debitis suis persolutis de vestris possessionibus tenutis honoribus seu officiolatibus ac vestri e medio ad quamcumque possessionem fidelis nostri Magnifici Comitis ladislai de palocs Judiciscurie nostre, se transferre voluerint moraturos, Simulcum vniuersis eorum rebus et bonis libere recedere et abire permittatis, Contradictione et difficultate absque omnj. Alioquin commisimus, et serie presencium committimus Fidelibus nostris Comitibus vol ViceComitibus et Judicibns nobilium illorum Comitatuum in quibus harum contrarium, per quempiam attemptatum fuerit vt ipsi Scita prius veritatis certitudine, omnes et singulos renitentes, ad hocipsum efficaciter faciendum per penas in talibus fierj solitas arcius compellant et astringant, Auctoritate nostra, ipsis presentibus in hac parte attributa et iusticia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibentj restitutis. Datum Bude secundo die festi Appariciouis Beati Michaelis Archangeli, Anno dominj Millesimo quadringentesimo Sexagesimo sexto, Regni nostri Anno Nono, Coronacionis vero tercio.

Az eredetiből.

Digitized by Google

CCCLXXXIX.

Mátyás király Pozsony városát tudósítja, hogy a karmincsad iránti levelét vette, a mi emlegetett szabadalmát illeti, miszerint tudniillik polgárai árukat, mellyek a királyi karmiczadokra vitetendők, saját harminczadosaiknak mutathassák be, efféle ügyben más városok is gyakran pörlekedtek már előtte, de az ország nagyai több ízben azt ítélték, hogy kiki tartozzék áruit, mellyek a királyi harminczadokra vitetendők, a királyi harminczadosoknak mutatni be, nekogy idegenek jószágának becsempészése által a király és harminczadosai kárt szenvedjenek; mire nézve a várost ezen ítéletek megtartására utasítja; azon panaszát illetőleg pedig, miszerint Barowi János az ország határain belül több pozsonyi polgárt kirabolt, értesíti a várost, miszerint János és Zsigmond bassini és szentgyörgyi grófoknak és erdélyi vajdáknak ez ügyben már írt s a városnak bármilly rablók elleni védelmezését nekik meghagyta. Kelt Budán május 17-dikén 1466.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti Fideles nobis dilecti. Ea que nobia ex parte Tricesimatorum intimatis intelleximus, et ubi inter Cetera scribitis et allegatis libertatem vestram quam super eo habetis, quod res et mercantias vestras que ad Tricesimas nostras ducerentur, ostendetis Tricesimatoribus vestris etc. Sciatis quod et alias de similibus rebus coram nobis etiam ex parte aliarum Civitatum nostrarum contentio sepius mota est, Sed ita determinatum est per prelatos et barones nostros atque eis ita fieri debere visum est, ut res et bona quorumcunque

Digitized by Google

que ad nostras tricesimas deferuntur Tricesimatoribus nostris vel hominibus eorum ad hoc deputatis ostendantur, ut per occultationem rerum alterius per aliquem nobis et ipsis Tricesimatoribus dampnum non eveniat. Igitur volumus ut etiam vos in hac re consvetudinem aliarum Civitatum nostrarum liberarum teneatis, et persistatis in isto quod per prelatos et barones nostros semel et pluries similiter determinatum est; ubi autem vobis et pluribus concivibus vestris per quemdam Johannem de Barow intra metas dicti Regni nostri plura mala et impedimenta ac spolia inferri conquesti estis, sciatis quod per alias literas nostras de hac re scripsimus fidelibus nostris Magnificis Jobanni et Sigismundo Comitibus de Bwzin et de Sancto Georgio Vajvodis Transsilvanis ut ipsi vos ab impedimentis et turbationibus dicti Johannis de Barow omnibus modis defendant, vimque vobis et spolia per ipsum et etiam alios quoscunque inferri non permittant. Datum Bude Sabbato proximo post festum ascensionis Domini Anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Regni nostri Anno Nono, Coronationis vero tertio.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Magistro Civium et Jndici Juratis Civibus Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CCCXC.

János Montforti gróf és Bregencz ura kinyilatkoztatja hogy, miután ura Fridrik császár Mátyás magyar királylyal kibékélt és neki megparancsolta, hogy a magyar király ellen a

Digitized by Google

háborút tovább ne folytassa, ő a császárnak szavát adta s magát esen levelével kötelezi, misserint a jövő sz. Mihály napig és azon túl még egy egész évig Magyarország ellen sem maga ellenségeskedést folytatni nem fog, sem mások által azt nem teszi, továbbá Rorau várát Braunsdorfer Györgynek a mondott időre olly föltétel alatt adja által, miként ezalatt sem Magyarország, sem a császár tartományai ellen nem fog hadat viselni, és neki esen várat, ha idő közben Mátyás királylyal meg találna egyezkedni, azonnal, az említett idő elteltével minden esetre visszaadja; minek nagyobb erejére nagybátyja Haugen Montforti gróf is pecsétjét az övé mellé függesztette. Kelt Bécs-Ujvárosban június 19-dikén, 1466.

Wir Johanns. Graf zn Montfort. vnd herr zu Bregenntz. Bekennen offennlich mit dem brief. Als wir mit dem Durleuchtigisten fürsten vnd herrn. hern Matbiasen kunig zu hungern etc. in Irrung vnd Vehde steen Vnd aber. zwischen dem Allerdurleuchtigisten fursten vnd herrn, hern fridreichen. Römischen Kaiser zu allenczeiten merer des Reichs. zu hungern. Dalmacien. Croacien etc. kunig. Herczogen zu Osterreich etc. vnserm Allergnedigistem herrn. vnd desselben vnsers herrn des kunigs von Hungern. verainigung ist. dadurch sein kaiserlich gnad. mit vns geschaffen hat, krieg mit dem benanten. vnserm herrn. dem künig. nicht weiter zeüben. Daz wir demselben vnserm Allergnedigisten herrn. dem Romischen kaiser. bey vnsern trewn vnd eren an ains gesworn aydes stat. gelobt vnd versprohen haben. wissenntlich in krafft des briefs. Daz wir zwischen hin vnd sannd Michels tag nagstkunfftigen. vnd darnach weiter in ainem ganntzen Jar nagstdarnachkommenden wider den bananten vnsern herrn den kunig. vnd das kunighreich Hungern vnd sein Inwoner dhainen krieg noch beschedigung. weder durch vnsselbs noch yemands anndern. von vnsern wegen aus seiner kaiserlichen gnaden lannden. noch in dem lannd. weder aus Geslossern. Tebern. noch in annder weg. nicht vben noch treiben sullen noch wellen, daz wir auch, vnser Gslos Roraw. darauf. Jorigen Prawnstorffer. furderlich vnd anuercziehen vbergeben vnd inantwurtten sullen vnd wel-

Digitized by Google

len. dasselb Gslos. die obberurt Zeit inzehaben. derselb Prawnstorffer dann weiter. dem benanten vnscrm Allergnedigisten herrn dem Romischen kaiser. damit geloben sol. dhainen krieg in derselben Zeit. weder gen hungern noch in seiner kaiserlichen gnaden Lannde. dauon nicht zeüben noch zetreiben. Doch also ob wir dazwischen. mit dem benanten vnserm herrn dem kunig geaint wurden. oder nicht. daz vns dann das berurt vnser Geslos Roraw. widerumb nach ausganng. der obberurten zeit. oder sopald wir dazwischen mit demselben vnserm herrn dem kunig geaint, ingeben. vnd zu vnsern hannden geantwurtt werde. Daz wir vns auch hinfür. des benanten vnsers Allergnedigisten herrn des Romischen kaisers als vnsers Allergnedigisten herrn vnd lanndfursten getreulich vnd gehorsamlich. als seiner kaiserlichen gnaden gesworner vnd gelobter lanndtmann. halten sullen vnd wellen. als wir dann das alles seinen kaiserlichen gnaden gelobt vnd versprochen haben. treulich vnd vngeuerlich. Des zu Vrkund geben wir. dem benanten vnserm Allergnedigisten herrn. dem Romischen kaiser den brief. versigelten vnder vnserm aigen anhanngundem Insigel, darzu haben wir mit fleiss gebeten. den Wolgeboren herrn. Graf hawgen, von Montfort vnsern vettern. daz er sein Insigel auch an den brief gehanngen hat. Im vnd seinen erben anschaden. Darunder wir vns. zusambt vnserm Insigel verbinden alles das stett zehalten. das an dem brief geschriben steet. alles treulich vnd vngeuerlich Geben zu der Newnstat an Phintztag nach sand Veitstag. Nach kristi gepurde im vierczehenhundert vnd Sechsundsechzigisten Jare.

A csász. kir. titkos levéltárból.

Digitized by Google

CCCXCI.

Haimburg Gergely hosszasan előadván a compactatá k törvényes eredetét, és az egyességet, mellyet IV. Jenő pápa a császárral elismertetése iránt 221,000 arany forintban kötött, mellyből 121,000-et mindjárt lefizetett, a maradvány lefizetésére pedig mind magát, mind utódait kötelezte, megjegyzi hogy a mostani pápa ezen összegben még 25,000 aranynyal tartozik, és ennek következtében azt vitatja, miként ezen hátralékot fizetni nem akarja, s azért a császárt más úton kielégitendő, György királyt akarja fenyitékei által szoritani a császár kegyelmének és pártfogásának keresésére. Mivel pedig a magyar királynak több tekintélye van a szent-szék előtt mint a többi királynak, kéri ezt arra birni, hogy komolyan vesse magát közbe, minek bizonyosan sikere leend. Végre pedig emlékezetbe hozza, hogy Mátyás király neki harmadfél évi dijjal tartozik. Kelt Prágában július 3-dikán, 1466.

Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Johanni Archiepiscopo Strigoniensi, domino sibi colendissimo.

Reverendissime in Christo pater et domine, domine mi colendissime! Humili subjectione premissa.

Cum illustri principe domino Alberto Saxonie duce Pragam adveniens febre tertiana correptus tamen recensui oblationes Serenissimi regis per papam immite contemptas. Hinc motus aliqua concepi et dictavi, prout mihi visum est. Putat papa regem Bohemie hoc solo respectu regnum adeptum, quia communionem utriusque speciei foveat. Nec umquam edoctus est qua virtute regnum dispersum et omni compage solutum adu-

Digitized by Google

naverit. Opus esse rebar illnd succincte commemorare, et ex eo locos ducere conjecturales. Hec autem omnia vestre correctioni subjicio, vos omnium actionum mearum censorem esse cupio. Ut autem Vestra Reverenda paternitas conjiciat, unde tanta crudelitas descendat, omnia scilicet despici, que rex tanta humilitate precatur et offert, deliberavi Paternitati Vestre commemorare illa que acta sunt, dum salus pape ex imperatoris voluntate pendebat, queque ego vidi, et quorum pars magna fui. Mortuo Imperatore Sigismundo, cum principes electores de successore simul juxta morem adunati Francfordie tractarent, concilium Basiliense pro se et pro suo Felice recenter electo oratores misit cum potestate legatorum a latere, idem fecit Eugenius papa. Inibi per principes inita est pactio neutralitatis, cui tota consensit Germania, et Albertus in regem Romanorum electus accessit, seque una cum principibus astrinxit. Mortuo Alberto Fridericus eligitur, qui statim a papalibus avisatur, ne se obstringat, quia plurimum emolumenti ex hac re habeat. Et Fridericus rex recens ab electoribus interpellatus, laudat electorum providentiam, seque fovere despondet, non autem se colligat cum illis. Et quia quisque principum electorum in hac re primalum sibi querit, Treveriensis ac Coloniensis munera hac illuc circum cursitando querunt, videns papa Eugenius se apud principes electores incassum niti, quoniam aliquo uno contradicente semper res fuit suspensa, omnes vires in regem Fridericum intendere cepit. Moguntinensis archipresul videns consortes suos de pecuniario commodo tractare, se totum regi in hac re dedidit, cui accessit Marchio Brandenburgensis et Vilhelmus Saxonie dux. Tunc rex CCXXJ millibus ducatorum obedientiam depicisci non veretur, *quorum* centum ac viginti et unum millia illico numerantur et *persol*vuntur, de reliquis papa cum subscriptione Cardinalium obligat sedem et successores. Item recepit imperator a papa literas super recognitione auctoritatis generalium conciliorum, et quod perpetuis temporibus de decennio in decennium debeat celebrari, ut sic etiam honori suo et nationi cavisse videretur, si forte ad rationem poneretur. Sed nil difficultatis emersit, omnis Germania subsecuta est. Horum omnium tractator fuit

Digitized by Google

Johannes de Carvayl, postea Cardinalis Sancti Angeli, nnnc Portuensis vocatus, qui se pre cnnctis obligavit, et secum Thomas de Sarrazano, episcopus Bononiensis, paulo post Cardinalis et in continenti Nicolaus papa creatns. Ipse papa Nicolaus pacta servavit, satisfaciendo Imperatori de quota sua, sic enim residua Centum millia per quotas inter successores erant divisa. Calixtus nil dedit, sed Aeneam Sylvium creavit cardinalem, qui in papatu succedens, longe majora temptavit sub expeditionis militaris contra Turcum velamento, clericos, judeos et laicos mittere sub tallia quam inter se dispartirentur. Ita presens papa adhuc debitor manet imprimis XXV. millibus ducatorum, quos dare recusat, et imperator evilescit exigere, quia turpitudo certat contra turpitudinem. Offeruntur autem imperatori omnia que papa potest in ejus favorem contra quemcumque hominem. Imperator vero querit hos reges, scilicet Ungarie et Bohemie suffragio pape sibi constrictos efficere, et sic cogitavit regem Bohemie censuris papalibus constringere, ut cogatur imperatoris gratiam petere, ipsumque imperatorem ab incursu fratrum et aliorum talium liberare, ut ipse sedens in horto vel in cubili dirigat reges. Hujus rei Cardinalis Sancti Angeli nunc Portuensis dux est et Papa nil se impedit, sed ille Portuensis has crudeles literas dictat in regem Bohemie, ut eum provocet. Spero prudentia ejus se temperabit. Scio autem quod apud papam major respectus habetur ad regem Ungarie, quam Francie, Anglie, Scotie, Castelle, Veneti quoque in eum precipue sunt intenti, et multi metuunt, ne Tnrcus icto federe cum Regibus (Ungarie) et Bohemie, omnes vires conferat in papam et Venetos. Si ergo Serenissimus Ungarie Rex seriose papam et Venetos scriptis suis pertentabit, videbitis quod securis ad radicem posita dicetur. O si coram essem, totus dies vix sufficeret ad colloquia. Nunc attamen satis est mihi, si vobis sim recommendatus. Rex vester prudentiam non tanti facit. Oro quatenus de hoc Suam Majestatem reddatis avisatam, quia adhuc duorum annorum et VI mensium stipendium mihi debet, pro sola corona regni Bohemie. Cetera non postulo ab ipso, nisi uti assit auxilio. Datum Prage die tertia Julij, Anno incarnationis dominice M° CCCC° LXVI° Reveren-

Digitized by Google

dissime Paternitatis servulus Gregorius Heinburg, Juris utriusque doctor.

Palacky közléséből.

CCCXCII.

Ország Mihály nádor hitelesen átírva újra kiadja azon igtató parancsát, melly által a leleszi conventnek meghagyta volt, miszerint Erzsébetet, Mátyás király anyját, Bereg megyei Kereczke és Kusnicza helységeibe, — miután ő azokat martius 1-sején törvényszékén Dolhai Ambrústól és Mihálytól, kik azokat egykor Hunyadi János kormányzótól Makaria és Sarkad falukért s Románpataka pusztáért elcseréltek volt, ezen cserejószágok visszabocsátása mellett Erzsébet részére a munkácsi várhoz visszacsatlandóknak ítélte, — törvényesen igtassa vissza. Kelt Budán július 5-dikén, 1466.

Nos Michael Orszag de Gwth Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum Memorie commendamus, Quod nobis secundo die festi visitacionis beate Marie Virginis proxime preteriti hic Bude constitutis, Magister Benedictus de Peczel pro Illustri domina Elisabetb Genitrice domini nostri Regis cum procuratorijs literis Regaiibus nostram veniens in presenciam quasdam literas nostras super restatucione possessionum Kereczkij et Kwsnycza appellatarum Bude septuagesimo quarto die Octavarum festi Epiphaniarum domini proxime preteriti anno in presenti clause confectas scripto proprie manus Magistri Nicolai de Wag, tunc prothonotarij nostri consignatas

Digitized by Google

nobis presentavit, petens nos debita cum instancia ut tenores earundem in transcripto aliarum literarum nostrarum eidem domine Genitrici dicti Domini nostri Regis dare dignaremur, Juris eiusdem ad cauteiam que quidem litera nostra restatutoria propter sui inprevisam conservacionem indebitamque binc inde eius delacionem satis corrupta esse videbatur. Cuiusque tenor talis est, Amicis suis Reverendis Conventui Ecclesie de Lelesz Michael Orszag de Gwth Regni hungarie palatinus et Judex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis quod Benedictus de Peczel pro Illustri domina Genitrice domini nostri Regis cum procuratorijs literis regalibus Juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum in Octavis festi Epiphaniarum domini In figura nostri Judicij comparendo contra Ambrosium de Dolha proposuit eo modo Quomodo post mortem condam domini Uladislai Regis Polonie Jdem Ambrosius de Dolha quasdam possessiones eiusdem domine Kereczkij et Kwsnycza vocatas in Comitatu de Bereg existentes ad Castrum eiusdem Munkach appellatum pertinentes pro se occupasset, et easdem occupacione conservaret et uteretur eciam de prcsenti potencia mediante in prejudicium et dampnum dicte domine valde magnum, et hec sic facta fore exhibicione unius litere Inquisitorie Ecclesie de Lelesz conprobando. Ex parte ejusdem Ambrosij per nos in premissis Juris conformitatem peciit elargiri. Quo audito Johannes de Kerepecz pro eodem Ambrosio in causam attracto cum procuratoriis Literis dicti Conventus Ecclesie de Lelesz in eandam nostram exurgens presenciam respondit ex adverso Quod idem in causam attractus prefatas pessessiones Kereczkij et Kwsnicza pro se minus juste et indebite non occupasset et neque occupative teneret sed cedem possessiones — — in causam attracto et Michaeli fratri eiusdem vigore certarum literarum pertinerent, et in comprobacionem horum verborum suorum exhibuit nobis quasdam duas literas, unam quandam Spectabiiis et Magnifici Domini Johannis de hu — — Regni Hungarie predicti Gubernatoris etc. permutacionalem et aliam prefati Conventus Ecclesie de Lelesz superinde Statucionalem ambas in pargameno pendentibus Sigillis eorum communitas Quarum prima ipsius —

Digitized by Google

— — Gubernatoris in oppido Beche sabbato proximo ante festnm purificacionis beate Marie Virginis, in Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo patenter confecta exprimebat, Quod ipse — — — — — Gubernator cum prefatis Nobilibus Ambrosio et Michaele filiis Stanislai de Dolha per formam concambii talem fecisset permutacionem, Quod ipse Ambrosius et Michael possessiones ipsorum (Makaria et) Sarkad vocatas et predium Romanpataka appellatum omnino in Comitatu de Bereg, sub una meta existentes cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et in(cultis) pascuis, silvis, nemoribus, montibus, Vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus Molendinis et locis Molendinorum generaliterqne quarumli — — — — — — — integritatibus eidem domino Johanni Gubernatori suisque filiis et heredibus universis per Ipsum ad Castrum suum Munkach annectendas et applicandas in perpetuum tenendas possidendas pariter et habendas dedissent — — — — — e converso Idem Johannes Gubernator possessiones suas Kereczkij et Kwsnycza In pertinencia dicti Castri in eodem Comitatu de Bereg existentes ab eodem Castro Munkach separando, sequestrando prefatis Ambro — — — — — — unaque heredibus universis simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis metis et antiquis irrevocabiliter dedisset, donasset et contulisset perpetuum — — — — pariter et habendas sub tali condicione, quod si ipse Johannes Gubernator, aut successores sui, annotatos Ambrosinm et Michaelem seu heredes eorundem in pacifico dominio dictarum possessionum Kereczkij et Kwsnycza — — — — — — — t seu non valerent, extunc idem Johannes Gubernator aut dicti sui successores preassertas eorum possessiones Makarija ac Sarkad et predium Romanpataka sine omni litiginario processu remittere — — — — obligati atque astricti et e converso prefati Ambrosius, et Michael eundem Johannem Gubernatorem in eisdem possessionibus per ipsos eidem sub premisso titulo concambialis permutacionis datis et donatis suosque et heredes universos — — —

Digitized by Google

— — tenerentur casu autem quo id ipsi facere non possent extunc pretactas possessiones ipsius Johannis Gubernatoris illico sino strepitu alicuius litis remittere tenerentur, In altera vero earundem literarum dicti scilicet — — — — — — Sanete Crucis de Lelesz quinto decimo die Sabbati proximi post festum beati Mathie Apostoli in anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo supradicto, privilegialiter edita inter cetera adinveniebatur, — — — — — — — Elye de Bijlke dicti domini Gubernatoris et frater Petrus Presbiter ad prcmissa pro testimonio per dictum Conventum datus eiusdem Conventus homines prefato Sabbato proximo post festum beati Mathie Apostoli ad facies — — — rum possessionum Kereczky et Kwsnycza vocatarum in prescripto Comitatu de Bereg existencium vicinis et commetaneis earundem universis videlicet Johanne Waywoda de Zenthmiklos et pertinenciis ejusdem, Boczo de Lypche et Michaele — — — — — — — — nis Wayuode inibi legitime convocatis et presentibus accedendo prefatos Ambrosium et Michaelem de Dolha ad literatoriam commissionem dicti domini Gubernatoris transmissi in dominium earundem introduxissent, easdemque eis — — — — — — — — — tatum utilitatibus, et pertinenciis quibuslibet premisso Jure ipsis incumbente statuissent perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apparente in earundem faciebus legitimis et consvetis diebus permanentibus — — — — — tis et exhibitis amplioribus documentis et literarum exhibicionibus renunciantibus ambarum parcium procuratores predicti partibus eisdem per nos in premissis Judicium et Justiciam postularunt elargiri verum quia prefatus — — nes Guberuator cum annotatis Ambrosio et Michaele in annotatis possessionibus Ipsam concambialem permutacionem fecerit eosdemque Nobiles per se et per suos successores in dominio dictarum possessionum permutatarum conservare assumpserit et postmodum Idem Ambrosius et Michael mediantibus eiusdem domini Gubernatoris et dicti Conventus de Lelesz hominibus In dominium dictarum possessionum Kereczkij et Kwsnijcza Introducti fuerunt tamen quia in persona dicte domine Elisabeth Genitricis ipsius domini nostri Regis prescripto modo circa dominicam

Digitized by Google

proximam post festum beatorum Viti et Modesti Martijrum in anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto preteritum hic Bude nobis prefata querimonia facta fuisse eademque domina Mater dicti domini nostri Regis, et nec aliquis ex filiis dicti domini Gubernatoris nullibi in prefata litera donacionali ipsiusque domini Gubernatoris prescripte possessionarie permutacioni consensum dedisse et neque per hoc quod in eadem donacione exprimit pro se ipso Johannes Gubernator aut sui successores, ipsos Ambrosium et Michaelem In dominio dictarum possessionum conservare non poasent extunc ipse aut dicti successores sui possessiones eorundem Ambrosii et Michaelis eisdem remittere deberent prefatam dominam et ipsos suos successores ita stricte obligasse Quin iidem infra tempus prescripcionis et potissime prefata domina, cuius nomen in eadem donacione nullibi ponitur, Juri suo reappropriare et reintegrare possent, Ex premissis omnibus manifeste reperiebantur, et obhoc prefate dicte possessiones Kereczkij et Kwsnicha similiter cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet prefate domine Elisabethe Matri ipsi domini nostri Regis ad prefatum Castrum suum Munkach vocatum eo jure quo prefatum Castrum eidem dinoscitnr pertinere tamquam ad idem Castrum pertinentes, annectende, applicande, reintegrande, relaxande, readjudicari et restatui, et prefate alie possessiones Makarija et Sarkad vocate ac predium Romanpathaka appellatum similiter cum universis earundem ntilitatibus et pertinenciis quibuslibet per eandem dominam matrem domini nostri Regis eisdem Ambrosio et Michaeli eorumque heredibus et posteritatibus universis sub pristino Juris eorum titulo tenende et possidende remitti, et relaxari per nosque readjudicari et restatui debere nobis aliisque Baronibus et dicti Regni nobilibus nobiscum in Judicio existentibus perspicue cernebantur, pro eo eorundem Baronum et nobilium Regni requisito, et assumpto consilio prematuro prefatas possessiones Kereczkij et Kwsnycha vocatas ad prefatum Castrum Munkach annectendas et applicandas prefate domine Elisabeth Genitricis ipsius domini nostri Regis readjudicantes, prefatas quoque possessiones Makarija et Sarkad vocatas, ac predium Romanpathaka appellatum

Digitized by Google

a prefato Castro Munkacb adjudicantes et easdem ao idem prefatis nobiiibus Ambrosio et Michaele filiis Stanislai de Dolha sub pristino Juris eorum titulo tenendas et possidendas restituentes et relaxari facientes nosque readjudicantes et easdem possessiones Kereczkij et Kwsnycba prefate domine — — — — Regis per nostrum et vestrum homines modo subscripto restatuere decreverimus vestram amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Johannes — — — — — — — ladus de Pakan aut Johannes de Maglod seu alter Johannes de Myhaldij, sin Gallus de Fyldeak aliis absentibus homo noster de Curia Regia per nos ad id specialiter transmissus, ad facies — — — — — — Kereczkij et Kwsnijcza appellatarum vicinis et commetaneis earundem universis illic legitime convocatis et presentibus accedendo restatuat easdem simul cum cunctis utilitatibus earundem et pertinenciis quibuslibet — — — — Matri domini nostri Regis annectendo et applicando ad dictum Castrum suum Munkach vocatum eo Jure quo sibi ipsum Castrum dinoscitur pertinere possidendas tenendas et habendas Contradiccione dict — — — — — — Michaelis filiorum Stanislai de Dolha et aliorum quorumlibet previa racione non obstantibus Et post hec hujusmodi possessionarie restatucionis seriem ut fuerit expediens — — ad octavas festi beati Michaelis — — — — — venturi legitime perdurantes nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude septuagesimo quarto die octavarum festi Epiphaniarum domini predictarum anno ejusdem Millesimo quadringentesimo Sexag — — — — — — — os tenores prescriptarum literarum nostrarum restatutoriarum de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali presentibus literis nostris patentibus inseri et transcribi facientes eidem domine Genitrici — — — — — duximus concedendas comuni Justicia svadente. Datum Bude predicto tercio die termini prenotati anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto supra dicto. Lecta et correcta per EE.

Az anspachi levelek közől.

Digitized by Google

CCCXCIII.

Mátyás király a győri káptalan panasza következtében, — miszerint a közelebbi zavaros időkben a győri püspökséghez tartozó Kis-Baics helységbeli papnemesek a káptalanhoz tartozó Győr megyei Vámos helység határából nagy darab szántóföldet és halászatot erőhatalommal elfoglaltak és Kis-Baicshoz csatoltak, — megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy ez ügyben törvényes vizsgálatot tegyen s arról személynökét tudósítsa. Kelt Budán september 16-dikán, 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Posoniensis, Salutem et gratiam. Exponitur nostre Maiestati in personis Fidelium nostrorum Honorabilium Dominorum Ladislai Prepositi et Capituli Ecclesie Jaurinensis, quomodo his novissimis preteritis temporibus disturbiorum Michael, et Thomas Vrach dicti, nec non Clemens, Blasius et Dominicus Arus, Petrus, Antonius, et Matheus Jobagiones prediales Episcopatus Jaurinensis in Possessione Kysbaych vocata commorantes, magnam quantitatem terrarum Arabilium, et piscature prefatorum Exponentium circa diverticulum cuiusdam montis Denua vocate in Comitatu Jaurinensi existentem habitam, minus iuste, et indebite a manibns prefatorum Exponentium occupassent, et ad dictam Possessionem Kysbaych annectissent, et nunc prefati populi et hospites in eadem Kisbaych residentes de eisdem uterentur potentia mediante in preiudicium et damnnm prefatorum Exponentium valde magnum. Super quo fidelitati Vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fide dignum, quo presente Simon, vel Petrus, aut Jobannes de Sepecz, seu Ludovicus, sive Demetrius, seu

Digitized by Google

Johannes de Bewy, utne Emericus, ceu Clemens, aut Petrus filius Pauli de Ewrkey, vel Valentinus sin Paulus, seu Nicolaus de Inesse, aliis absentibus Homo noster ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis sciat, et experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria tertia proxima post festum Exaltationis Sancte Crucis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Sexto.

Kivülről: Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Posoniensis pro Honorabilibus Ladislao Preposito, et Capitulo Ecclesie Jaurinensis Inquisitoria. Lecta. Homo Regius Johannes de Inesse noster Magister Johannes de Wesprim. Inquisitio facta est feria tertia post festum Exaltationis Sancte Crucis Datum Sexto die diei Inquisitionis.

Czech János közléséből.

CCCXCIV.

A cseh király rendeletére Brünben összegyült morvaországi rendek tudósítják Mátyás királyt, miszerint Sternberg Máté ügyében azt végezték, hogy ez Magyarország károsításával, melly iránt a király panaszkodott, hagyjon fel; mit ha nem tenne, ők, mint előbbi levelökben a királynak megirták, ez ügyben Morvaország erre hajlandó többi lakosaival úgy viselendik magokat, hogy tisztán kitessék, miszerint Máté mindnyájok akarata ellen cselekszik. Kelet ideje nélkül, de egy régi jegyzet szerint october 6-dikáról 1466.

Digitized by Google

Serenissime Princeps et Domine! Ex mandato Serenissimi Regis Bohemie, Domini nostri gratiosissimi, in Brunnam venimus, dominos prelatos, barones, militares, ceterasque commnnitates Marchionatus hujus Moravie *his diebus ibidem* habemus nobiscnm constitutos, de *quorum consilio pro negotiis* Mattheum de Sternberg *contingentibus tractare* volumus, ut ipse Mattheus ab hujuscemodi, pro quibus Vestre Majestatis Serenitas scripserat, regni vestri Hungarie omnino cesset damnificationibus, a seque id, quod justum est, faciat. Quod si facere contempserit, uti Vestre prius scripsimus Majestati in hoc facto ita nos una cum ceteris Marchionatus hujus terrigenis, qui ad hoc benivoli sunt, tenere volumus, ut Majestatis Vestre Serenitas evidenter cognoscat, quod ea que per eundem Mattheum *aguntur*, *fiunt* preter omnium nostrum voluntatem. — — — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CCCXCV.

János a schmilheimi másként visoviczi monostor apátja elismeri, hogy a magyarok által elpusztított és minden élelembeliben megfogyatkozott monostorának szükségeire Péter szerzetes társától 10 arany forintot vett kölcsön, melly jó tételért neki a lestnai egyház kormányát 10 évre olly föltétel alatt engedi át, hogy ennek fejében évenkint egy forint számittassék le a mondott adósságból; ha pedig ezen javadalom használatában gátoltatnék, az apát tartozzék a kölcsönt kész pénzzel megtéríteni, mit ha megtagadna, azt a hitelező világi törvény útján is

Digitized by Google

kereshesse. Kelt a mondott monostorban october 12-dikén, 1466.

Jobannes divina miseratione Abbas monasterii in Smilbeym alias in Vizowicz nniversis et singulis banc literam inspecturis protestamur. Quod beu pro dolor nunc nos ac nostrum Monasterium multa et maxima dampna percepimus per Ungaros prout bene patet omnibus hominibus circumjacentibus. Quapropter nos existentes ita despoliati et destructi omnibus victualibus carentes propter necessitatem monasterii nostri accomodavimus decem florenos in auro a dilecto nobis fratre Petro professo nostro ac nostri monasterii. Eidemqne propter tale beneficium nobis ostendendum gratiam specialem concedimus et damus parochiam nostram in Lesstna per decem annos eam regere in spiritualibus quam temporalibus. Et ipse frater quolibet anno debet sibi in ista parochia unum florenum defalcare. Si vero aliquis vellet eum impedire in hac nostra gratia tunc dominus Abbas qui pro nunc est vel pro tunc erit sibi suos florenos restituat. Si autem noluerit, tunc potest frater Petrus antedictus suum debitum repetere jure seculari. Tamen si per aliquot annos ibidem erit sibi quolibet anno unus florenus defalcabitur. In quorum omnium testimonium presentem literam Sigillo nostro abbatiali pariter et conventus fecimus communiri. Datum in nostro Monasterio supradicto, Anno Domini M° CCCC° LX° VI°, die vero XII. mensis Octobris.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CCCXCVI.

Victorin, münsterbergi herczeg, tudósítja János esztergomi érseket, hogy Mátyás királynak minapi levele következtében, mellyben Sternberg Mátét Magyarország pusztitásától eltiltatni kérte, a cseh király őt Morvaországba küldötte olly meghagyással, hogy Mátét a béke fentartására szoritsa. Azért ő Morvaország minden lakosa egyező akaratával ellene fegyverrel akart fellépni, de Prothász olmüczi püspök, Wlassimi Károly és Ludaniczi Hinkó Mátéval értekezvén, őt békére birták, mint a mellékelt jegyzékből kitetszik. Kéri tehát az érseket, eszközölje ezen Mátéval szerződés elfogadását Magyarország által; mihelyt ugyanis erről értesittetik Máté, neki vagy biztosának Ludaniczi Hinkónak, ki parancsából e végett Magyar-Bródban tartózkodik, kézbesiti azonnal a Magyarországban épitett két új párat, mellyet ő vagy a magyar királynak átadand, vagy pedig leromboland, vagy leégetend. Kelet nélkül, de egy régi jegyzet szerint october 26-dikáról 1466.

Reverendissimo in Christo Patri et Domino, Domino Johanni Archiepiscopo Strigoniensi, Domino honorando.

Reverendissime in Christo Pater et Domine! Serenissimo atque gratiosissimo Domino, Domino Regi Boemie paullo ante diehus preteritis Serenissimus Princeps et Dominus, Dominus Matthias Rex Hungarie etc., ut Matthuss a populatione regni Hungarie cohiberetur, scripserat. Dominus autem noster Rex Boemie habitis bis scriptis et literis, nos in Marchionatum misit Moravie, deditque in mandatis, ut ipse Matthuss ad pacem tenendam, justitism suscipiendam a seque faciendam induceretur. Nos vero et ex precepto nobis injuncto Domini nostri

Digitized by Google

gratiosissimi, et pro debito officii nostri, prout tunc omnes incole Marchionatus Moravie ad hoc apti fuerunt et benivoli, expeditione exercituali et armis contra eundem Mattheum procedere volebamus, sed per tractatus Reverendi Patris Domini Prothasii episcopi Olomucensis Magnificorumque Dominorum Caroli de Wlassim et Hynkonis de Ludanic cum prefato Mattheo habitos, ad hoc ipse Mattheus inductus est, prout hac ex schedula his inclusa Vestra Reverendissima Paternitas clarius intelliget. Rogamus ergo impensius, dignetur Paternitas Vestra operam dare et facere effectivam, ut ea que cum Mattheo predicto disposita sunt, a regno Hungarie inclyto suscipiantur. Nam quam subito dispositionem hanc Dominos Hungaros velle tenere nobis significabitis et scribetis, mox ipse Mattheus nobis, et vice nostri in manus Domini Hynkonis de Ludanic, qui ex mandato nostro Brode Ungaricali super eo exspectat, munitiones novas duas per ipsum et suos factas in Regno Hungarie debet condescendere. Nosque easdem in manus Regis Hungarie aut vestras tradere, aut ipsas dirui vel incendio ignis faciemus comburi. Datum — — — — — — — — — — —

Victorinus Dei gratia Dux
Münsterbergensis.

Palacky közléséből.

CCCXCVII.

Mátyás király Victorin herczeghez mint Morvaország főkapitányához intézett levelében azon levelekre, mellyeket atyjától s tőle magától több rendbeli panaszára a napokban ka-

Digitized by Google

polt, válaszolva megjegyzi hogy atyja leveléből értette, miként ő némelly alattvalói, különösen pedig a Sternberg Máté által Magyarország ellen elkövetett bántalmakat sajnoson vévén, ezek megszabolázását a brüni országgyülésre bizta, mit levelében ő is ismétel, a mondott országgyülésről, mint már megtörténtről, emlékezvén. Minthogy pedig ezen gyülés végzései előtte tudva nincsenek, azokról magát értesittetni kivánja és panaszai minden ágára választ ohajt; mert ezek nem csak Mátét érdeklik, hanem a cseh király többi alattvalóira is kiterjednek, kik minden igaz ok nélkül az országot rabolva, gyilkolva és égetve pusztitják, sőt pogány törökök módjára csendes lakosokat, asszonyokat és gyermekeket magokkal rabszolgaságra hurczolnak. Inti őt ezen isteni s emberi jogok tapodói elleni intézkedésre a köstök fennálló szövetség értelmében, mellyet legközelebbi levelében atyja a cseh király is szentül megtartani igért, különben istenre és a világra hivatkozik méltatlan kábor-gattatásaért. Kelt Esztergomban october 27-dikén, 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Illustri Principi Victorino Duci Muusterbergensi Comiti iu Glatz et Capitaneo generali Moravie etc. Fratri nostro dilecto, Salutem et mutue dilectionis affectum.

Illustris Princeps, Frater noster dilecte! Cum exspectaremns sollicite his diebns superioribus, qnid responderetur nobis ad literas et querelaa, quas jam frequenter post sese misimus Serenissimo Domino Regi Bohemie, Genitori vestro, et ad uonnnlla etiam scripta, que ad Fraternitatem Vestram dedimus, allate sunt pridem nobis litere ejusdem Domini Regis, et paullo posterius litere etiam vestre. In *quarum primis ipse* Dominus Rex respondendo dicit sibi plurimnm molesta esse multumque displicere hec mala, que nobis et regno nostro per subditos ipsins et presertim per Mattheum de Stornberg inferuntnr. Ait etiam decretum esse, nt in conventu ad Brunnam indicto provideatur de modo et ordine, qno antedicti Matthei

Digitized by Google

et aliorum ei similium petulantia insolentiaque comprimi possit. Alie litere, que Fraternitatis Vestre erant, eandem fere sententiam loquebantur, hoc solo addito, quod conventuu illum, quem litere priores futurum nuuciabant, he litere vestre exprimebant factum. Has igitur utrasque literas cum legissemus, bonam quidem spem nobis oblatam intelleximus, verum quid tandem in re actum sit, quorsumve illud decretum evaserit, ceterum quid in illo conventu Brunensi dispositum fuerit, prorsus ignoramus, qua tamen maxime audire et cognoscere hucusque optavimus, et que adhuc citissime intelligere optamus. Vellemus etiam nobis ad omnia que scripsimus apertius responderi. Quoniam non de solo Mattheo nostre et nostrorum querole sunt, sed de plurimis quoque aliis subditis ac familiaribus Domini Regis Boemie, qui sine omni justa et legitima causa incursant in regnum nostrum, et omnia que attingere possunt, igne, ferro, preda, cedibus misoent. Imo quod pejoris exempli est, jam a perfidis Turcis paganis more usurpato, homines rusticos, feminasque et puellas, uti nobis a certo relatum est, capiunt, vinciunt et in servitutem agunt, non parcentes ecclesiis Dei, non ordini, non sexni vel etati. Que quidem quantum conveniant honori christiano, quantum honori Domini Regis et omnium vestrum, quamque speciosum sit tam inferenti quam patienti, et vos ipse et omnes sane mentis facile judicare possunt. Providendum est igitur contra tales omnium bonorum hostes injustos, fidei, pudicitie, honoris, omnisque juris divini et humani violatores. Quod ut celerius ex parte illa fiat, hortamur vos et mouemus vigore federum initorum, que quidem federa prefatus Dominus Rex Genitor vester etiam novissimis literis suis inviolabiliter observare promisit. Nos ex hac parte tot immanibus injuriis lacessiti nihil omittemas adjuvante Deo, quod ad reprimendum horum tam crudelium hostium vesaniam rabiem facere opus erit. E contrario autem si quid ex ilia parte, quod ex faderibus debetur, neglectum fuerit, Deum hominesque testabimus, nos et desertos esse et injuste lacessitos. Super quibus omnibus expeotamus a Fraternitate Vestra benivolum et amicitie federibusque debitum responsum. Datum Strigonii, in vigilia Apo-

Digitized by Google

stolorum Simonis et Jude, anno Domini etc. LXVI. Regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Palacky közléséből.

CCCXCVIII.

Erzsébet, Mátyás király anyja, a munkácsi várához tartozó oláh faluk, névszerint Keropecz, Lálfalva, Sztánfalva, Závidfalva, Hátmege, Ardánháza, Medencze, Dragabárthfalva és Sándorfalva részére több rendbeli kedvezményeket ad, évi béröket s a munkácsi várnagynak és tisztjének szolgáltatandó adományok mennyiségét szorosan meghatározván és szen rendeletei megtartását Balázs deák munkácsi várnágyra és utódjaira bízván; végre egy utóirathan az említett helységékben megtelepedőket és ott új házakat építőket öt évig minden fizetéstől fölmenti. Kelt Munkácson october 30-dikán 1466.

Nos Elizabeth Serenissimi Principis domini Mathie Dei gratia Regis Hungarie etc. genitrix. Memorie commendamus per presentes. Quod cum nos venissemus visitature pertinencias castri nostri Mwnkacz, et possessiones in eisdam habitas satis oppressas et desolatas vidissemus, volentes unamquamque possessionem nostram relinquere in bona dispositione, inter alteras possessiones nostras Wolochicales videlicet Keropecz, Lalfalw, Zthanfalwa, Zayndfalwa, Hathmege, Ardanhaza, Medencze, Dragabrathfalwa et Sandorfalwa vocatas in his dispositionibus et gratijs dnximus reliquendas. Primo quod Incole earundem possessionum pro censu annuatim soluant singulum florenum et Kenezio in eorum medio constituto pro

Digitized by Google

illis duodecim ouibus, quas antea soluebant, sex duntaxat oves soluant, de porcis, et frngibus more hactenns observato decima non soluatur, ut alias fuit consuetum, pecudem etiam mactabilem non soluant, excepto dnm sole essemus hie, aut nouus castellanus ad castrum nostrum predictum veniret. Item officialis in medio ipsorum Incolarum non resideat, si vero in servitijs nostris uenerit, in qualibet possessione provideatur sibi de uno prandio, vel cena, Item idem Officialis vel solus Castellanus in pro se nihil plus possit recipere, quam Nonam et Decimam partes, Item res, et bona homicidarum per castellanum nec auferantnr, neque occupentur sine scitu nostro speciali, exceptis tribus marchis que officiali de illorum rebus possunt prouenire. Item caseum, quem soliti sunt dare castellanis in solita quantitate non maiorem quam caseos sunt parare soliti. Jtem Kenezius maneat in sua consuetudine, Item pro uinis nostris, que super eosdem Incolas imponentur non plus pretii extorqueatur, quam ilia uina habent in ualore, sed nec equus cuiusque Jobagionis nostri causa missionis in legationem auferatur ipso inuito. Quocirca uobis fideli nostro Eregio Blasio literato castellano castri nostri Mwnkacz presenti, et futuris, harum serie precipimus, et mandamus, quatenus hinc in antea prefatos incolas, et Jobagiones nostros in prescriptis possessionibus pro tempore commorantes contra premissas nostras libertates eisdem datas impediro, et molestare non presumatis, sed eosdem in eisdem per omnia pacifico conseruetis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in oppido nostro Mwnkacz feria quinta proxima ante festum Omnium Sanctorum, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Sexto. Ceterum omnibus Jobagionalis conditionis hominibus qui ad prescriptas possessiones nostras uenerint moraturi, et in locis vacuis pro se ipsis domos fecerint, et habitacula, quinque integrorum annorum libertates duximus concedendas, per quorum spatia ab eisdem nulla — — — nullamue taxam et collectam exigi faciemus. Datum ut supra.

A leleszi convent levéltárából.

Digitized by Google

CCCXCIX.

Mátyás király tudósítja Victorin herczeget, hogy a mult napon érkeztek meg több rendbeli levelei az esztergomi érsekhez, a nádorhoz és némelly felső-magyarországi tisztviselőkhöz, mellyek tartalmára megjegyzi, hogy ő a cseh királynál nem csak Sternberg Máté megzabolázlatását sürgette, hanem azt is megkivánta tőle, hogy a békekötésnek és ebből folyó kötelezlelésseinek tegyen eleget. Továbbá a Máté irányábani eljárást, kit nem békére birni, hanem vakmerőségeért büntetni kellett volna, kárhoztatja, miután ez különben is olly ember, kivel biztosan egyezkedni nem lehet. Sem becsületével sem a cseh királylyali barátságos viszonyaival egyeztethetőnek nem látja, hogy ő Mátéval most egyezkedésbe bocsátkozzék; ha annak idejében és illően felszólittatik erre, kész volt volna ezen, vagy hasonló intézkedésben megnyugodni; most igen visszás volna, ha Máté meghunnyászkodása előtt engedékeny lenne. Ezeknél fogva felszólitja a herczeget, fordítsa meg a dolog rendét, büntesse meg mindenek előtt a vakmerőködőt, azután ő a dolog lényegére nézve könnyen meg fog egyezni; csak igy tehet a herczeg eleget szerződési kötelességeinek. Végre nyilvánitja, hogy ő ugyan a békét akarja, senkit sem kiván sérteni, de a sérelmet, ha másként elintézni nem lehet, megtorlani is kész. Kelt Somorján november 9-dikén 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie Croatie etc. Illustri principi Victorino Duci Munsterbergensi, Comiti in Glatz, Capitaneo Marchionatus Moravie etc. Fratri nostro dilecto, Salutem et bonam affectionem.

Digitized by Google

Illustris Princeps! Dum essemus in hoc itinere, quod ad partes superiores regni nostri agimus, perlate sunt ad nos hesterna die brevibus intervallis compiures litere Fraternitatis Vestre, ad Dominum Strigoniensem et ad Palatinum regni nostri, preterea ad nonnullos officiales nostros partium superiorum date et misse. Quas cum vidissemus, comperimus in unam coire sententiam, hanc videlicet, Quod cum nos nuper scripsissemus Serenissimo Regi Bohemie genitori vestro, ut Mattheus de Sternberg a populatione regni Hungarie cohiberetur, ipseque Dominus Rex, ut verbis vestris utamur, habitis literis nostris, vos miserit in Marchionatum Moravie, deditque in mandatis, ut ipse Mattheus ad pacem tenendam et justitiam suscipiendam a seque faciendam induceretur, Vos vero ex mandato vobis injuncto atque ex debito officii vestri, contra ipsum Mattheum procedere voluissetis, sed per tractatus Domini Olomucensis ac ceterorum aliorum baronum dicti Marchionatus ipse Mattheus inductus sit ad certam dispositionem, quam significabatis in schedula unicuique literarum vestrarum inserta contineri, rogabatisque prefatos dominos Archiepiscopum et Palatinum et alios supratactos, ut operam dare debeant efficacem, quod dispositio ipsa a regno Hungarie suscipiatur etc. Nos itaque visis et intellectis omnibus illis literis et schedulis vestris, quia diuturnum videri posset, vos a regno Hungarie, si per regnum membra ejusdem omnia intelligere voluistis, responsum exspectare, credimus satis esse, si hujusmodi responsum a nobis opportune habebitis. Igitur in primis, ubi dicitur nos super eo scripsisse Domino Regi Boemie, ut Mattheus de Sternberg a populatione regni Hungarie cohiberetur, in his quidem verbis sententia literarum nostrarum satis coartata est. Nam licet hec quoque pars eorum fuerit, ultra hanc tamen illud precipue quesivimus, ut federibus initis et obligationibus mutuis ex parte ilia pro debito satis fieret. Preterea ubi ulterius scribitur, quod Dominus Rex Boemie habitis literis nostris vos ad Moraviam miserit, jusseritque ipsum Mattheum ad pacem tenendam et justitiam suscipiendam atque faciendam induci, voluissemus etiam in hac parte, quod secundum requisitionem nostram et debitum commune actum fuisset. Non erat opus ho-

Digitized by Google

minem illum ad pacem tenendam et justitiam vel *suscipiendam* vel faciendam inducere, cujus inveteratam *audaciam* frangere magis congruum erat, quam lenire, et *qui ut pacem* teneat, cogi solum potest, induci recte *numquam potest*. Quod autem ad dispositionem illam per medium Domini Olmucensis et aliorum baronum factam attinet, credimus indubie omne *id*, *quod* per eos hac in re actum est, bono animo bonaque *intentione* tamquam pacis publice et concordie mutue amatores, tractatum esse, verumtamen optassemus laborem ipsum alio expensum esse, unde videlicet aliquid certe et tute pacis sperari potuisset. Novimus ipsi jam dudum hominem, cum quo res acta est, et ita novimus, ut numquam putemus cum eo fidam et tutam concordiam haberi posse. Semper enim calumnie et factionis studiosior est, quam equi et justi. Quotiens expulsus est ex Hungaria, quotiens profligatus ipsemet magis novit, et tamen adhuc attrita licet fronte subsultat et emendicari vult a so potins concordiam, quam nitro suscipere. Preterea non videtur bonori cummuni *nostro et* Domini Regis Boemie et amicitie *mutue conveniens esse*, ut nos hoc tempore cum Mattheo con*feramus vel in* compromissum trahamur, dum ipse prius hostis regno *nostro* factus est, quam veram causam hostilitatis vel *justitie sue si* quam habet actionem nobis patefecisset, ant nos ut *justitia* ei exhiberetur, requisivisset. Quinimo semper ante hostem eum sensimus, quam — — — — — — — — — — — — actorem semper prede prius quam justitie aut judicii sectatorem. Unde si recte ac debito tempore requisiti fuissemus ad suscipiendam dispositionem protactam, vel ei similem, numquam recusassemus acquiescere juste instantie, prout et nunc non recusamus facere, quod juste debebimus. At *nunc* preposterus ordo esset, si de his, quo ante factum judicari debuerunt, jam post factum cognoscatur, vel si audacie prius quam justitie locus detur. Quam obrem requirimus et diligenter hortamur Fraternitatem Vestram, vigore federis et obligationum initarum, ut converso superioris dispositionis ordine, velit et curet ulcisci prius audaciam illam et presumtionem, que judicium precessit et federa rupit, ita ut ostendatis ante vos vindicem rupte pacis quam reformatorem. Et mox deinde in

Digitized by Google

principali quornmcunque actione vel judicium petere et habere, vel compromissum volueritis, in alterum et in utrumque consentiemus, neutrumque recusabimus. Aliter aut non satisfiet debito federis, nec concordie tenor suam vim ex parte illa habere posse videbitur. Nos tamen ad omnia, que pacis sunt, tam servanda quam roboranda Fraternitas Vestra dispositos esse sciat, nec optamus cuiquam inferre injuriam, sed, si cogemur, illatam propulsare. Datum in Oppido Samarie, die Dominico ante festum Beati Martini Confessoris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Ad mandatum Domini Regis.

Palacky közléséből.

CD.

Victorin herczeg tudósitja Mátyás királyt, hogy levelét, mellyben a Sternberg Máté s más csehországi alattvalók által Magyarországon elkövetett rablások iránt panaszkodik és magát a brüni gyülés végzéseiről tudósittatni kéri, vette; azonban miután abban némelly keményebb kifejezések találtatnak, tanácsosabbnak vélte azt atyjával nem közleni, kiről tudja, hogy Mátyás iránt jó indulattal viseltetik és Máté tetteit kárhoztatja. Hiszi egyébiránt, miszerint a király a brüni gyülés végzéseit az esztergomi érsekhez intézett leveléből már megértette. Végre kéri a királyt, gondoskodnék arról, hogy Morvaország és Sehlesien se háborittassék Magyarországról, mint ezt Bielikről értette. Kelt Spielbergben év és nap nélkül, de a körülmények szerint november első felében.

Digitized by Google

Serenissimo Principi et Domino, Domino Mathie Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Regi, Domino gratiosissimo, Servitium cum omni commendatione!

Serenissimo Princeps! Pridem nobis reddite sunt litere Serenitatis Vestre continentes querelas graves contra *Matthe*um de Sternberg et alios subditos regni Boemie, qui damna et spolia ad regnum vestrum Hungarie inferre asseruntur. Quas quidem literas ex eo quod dura et aspera verba in se tenent, Serenissimo Domino nostro Regi non erat nobis visum ostendere, cum nescius non sim, Serenitatem Suam complacentiam in omni amicitia Vestre Maiestati semper exhibere paratam, et omnia que idem Matthuss cum ceteris molitur, sibi plurimnm displicere. Optat etiam Majestas Vestra, quid in conventu Brunensi dispositum fuerit, eidem Vestre significari Majestati. Non dubitamus, quid in eodem conventu tractatum, quidve cum Mattheo de Sternberg dispositum fuerit, Vestre jam notum esse Majestati. Nam Domino Archiepiscopo Strigoniensi dudum dispositionis cum ipso Mattheo facte seriem scriptis nostris notificavimus. Quod speramus eidem Maieatati Vestre gratum erit et acceptum, cum ex eo intelligi potest, quomodo ipsius domini nostri Regis et nostra opera non deest circa hujusmodi res indignas compescendas. Velit etiam et Serenitas Vestra providere, ut damna non inferantur ad Marchionatum Moravie et ad ducatus Slesie, ut Bielkonem facere referunt, sic, ut vicissim omnia spolia prohibeantur. Reliquum est ut nos commendemus *Serenitati* Vestre, oui et regno ejusdem quidquid obsequii unquam exhibere potuerimus, semper nos offerimus paratissimum. Datum in Spielnberg — — — — — — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDI.

Mátyás király némelly csentefalvai, egyházas-pákai, nagy-lucsai, gellei, benke-patonyai s bodzfalvai lakosok kérelmére, mellyet nem csak a mondott, hanem több, Pozsony megyében a Csallóközben eső és a pozsonyi királyi várkoz és gellei székhez tartozó helységek lakosai nevében terjesztettek elő, azoknak némelly régi kiváltságait, mellyekről szóló irományaik a mult zavaros időkben erőszakosan elraboltattak és elvesztek, ujra megerősíti a következőkben: hogy minden ügyeik, kivévén az egyháziakat, a gellei széken a pozsonyi főispán tiszttje s a szék bírái és esküttjei előtt indittassanak meg és onnan á pozsonyi főispán elébe fölebbeztessenek; királyi bérök fejében évenként szent Mihály és szent György napja után nyolczad napra külön külön 2866 dénárt, pünkösd után nyolczad napra pedig ennek felét tartozzanak fizetni; húsvéti ajándékul mindegyik gellei székhez tartozó falu egy-egy bárányt adjon, — ide nem értvén azon külön fizetéseket, mellyeket a nagy-lucsai és egyházas-pákai lakosok bizonyos földekért, mellyeket a többi helységektől külön használnak, amazok évenként szent Mihály napkor 440, szent György napkor 92, ezek pedig szent Mihály napkor 133 dénárban fizetni tartoznak, — gabona-kilenczed fejében minden kepe után egy pozsonyi mérő gabonát és zabot tartozzanak adni, az esztergomi érseknek járó tizedet úgy mint eddig megadván. Kelt Pozsonyban november 17-dikén 1466.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fideles nostri Providi Benedictus filius Andree in Chentefalwa, Lucas filius Petri in Egyhazaspaka, Egidius filius Joannis in Nag lucho, Georgius Biro et Joannes filius Michaelis in Gelle, alter Joannes filius Emerici in Benkepaton, et Blasius filius Mathus in Bodzfalwa, vil-

Digitized by Google

lis scilicet nostris in Comitatu Posoniensi, *Districtu vero Challokwz* existentibus, et ad Castrum nostrum *Posoniense* pertinentibus commorantes, nostrum venientes in *conspectum*, in eorum, ac universorum aliorum *populorum nostrorum* in eisdem ac universis alijs villis nostris in eodem Districto nostro Challokwz existentibus, et similiter ad dictum Castrum nostrum Posoniense, ac Sedem Gelle pertinentibus, *commorantium* personis nobis exposuerunt hoc modo, Quod scilicet ipsi populi nostri ex gratiosa concessione antiquorum predecessorum nostrorum Regum has habuerunt, et habent libertates, ut nullus omnino eorum, vel pro debitis, val excessibus, vel alijs quibuscunque factis, que quomodocumque emerserunt, demtis solummodo factis causas Ecclesiasticas concernentibus, per quoscumque, sive scilicet Judices, sive alios homines Regni nostri Seculares, vel in persona detineri vel iudicari, vel in rebus Arrestari, et prohiberi possint, Sed si qui, contra ipsos populos nostros, vel contra aliquem eorum, occasione debitorum vel excessuum, sive aliorum quorumcumque factorum, demtis ut prefertur, solummodo premissis Ecclesiasticam scilicet Juris dictionem concernentibus aliquid Actionis, vel questionis habuerint, ij id primitus in dicta Sede Gelle, coram Officiali Comitis nostri Posoniensis, in medio eorum pro tempore constituto, ac Judice, et Juratis populis ejusdem Sedis prosequi habent. Et si ijdem de Judicio ipsorum Officialium, et Judicis, ac Juratorum populorum contentari noluerint, ita tandem Causa in presentiam Comitis nostri Posoniensis deduci potest. Item pro censibus, et reditibus de medio ipsorum Nobis, aut prefato Comiti nostro Posoniensi provenientibus, non plus, quam in singulis annis octavo die festi Michaelis Archangeli viginti octo Centenarios Denariorum, et sexaginta sex denarios. Item octavo die festi beati Georgij Martyris similiter totidem, et octavo die festi Nativitatis Domini, consimiliter *totidem*, Octavo vero die festi Pentecostes, quatuordecim *Centenarios* Denariorum, et triginta tres denarios, de moneta pro tempore in dicto Comitatu cursum habente. Item pro munere in singulis festis Pasce Domini, de singulis supra dictis Villis ad eandem Sedem Gelle pertinentibus, singulos agnellos. Et

Digitized by Google

ultra hec populi nostri in dicta Villa Nagluche commorantes singulis annis in festo beati Michaelis Archangeli, quadringentos et quadraginta denarios. In festo autem beati Georgij Martiris minus octo denarijs centum denarios. Populi autem in prefata Villa Nostra Egyhazaspaka commorantes, in festo beati Michaelis Archangeli centum et triginta tres denarios, similiter de moneta pro tempore currenti, ratione quarundam terrarum, quas divisim ab alijs villis nostris soli colunt. Preterea de ijsdem duabus Villis nostris Nagluche, et Egyhazaspaka, ac omnibus alijs supradictis Villis universaliter pro nonis frugum nobis, aut prefato Comiti nostro ad pretactum Castrum nostrum Posoniense, de singulis Capecijs, singulas mensuras tritici et avene, cum mensura huius Comitatus nostri Posoniensis, vulgariter Meetz vocata, dare tenentur. Tamen quia litere super huiusmodi libertatibus eorum ab ipsis predecessoribus nostris Regibus eisdem gratiose concesse in impacacitate priorum temporum per violentiam quorumdam manus, ab eisdem populis nostris ablate, et deperdite essent, igitur cepissent iam dudum nonnulli in huiusmodi libertatibus eos impedire, et contra eas agere. Quare ijdem Benedictus, Lucas, Egidius, Georgius, uterque Joannes et Blasius, in eorum, et aliorum supradictorum universorum populorum nostrorum nominibus supplicaverunt Nobis humiliter, ut super premissis libertatibus eorum, literas nostras, ex novo in evidentiam earundem libertatum eisdem concedere, ac ipsos in eisdem libertatibus conservare dignaremur. Itaque nos, accepta huiusmodi supplicatione, prefatorum populorum nostrorum considerataque fidelitate et fidelibus servitijs eorundem, et totius Communitatis ipsorum, Nobis, ac dictis predecessoribus nostris Regibus, et Sacre Corone Regni nostri per eos exhibitis, supradicto modo nobis detectas libertates, ac presentibus literis nostris conscriptas acceptavimus, et innovavimus, eosdem populos nostros, ac eorum universos successores et posteritates in eisdem, et in omnibus etiam alijs iustis libertatibus eorum denuo conservandos decrevimus, et statuimus, hoc specialiter expresso, quod ipsi populi nostri decimas, Dominis Archiepiscopis Strigoniensibus pro tempore constitutis, ut alias so-

Digitized by Google

liti fuerunt, ita deinceps semper persolvere debeant. Quocirca vobis fidelibus nostris, Comitibus nostris Posoniensibus, cunctisque Regni nostri Judicibus, et Judiciarijs, ac universis alijs, cuiuscunque status et conditionis hominibus, ac subditis Regni nostri presentibus et futuris, presentium notitiam habituris, firmiter precipimus, quatenus a modo deinceps ipsos populos nostros, vel aliquem ex ijs, aut successores, et posteritates eorum, contra huiusmodi libertates eorum, quomodocunque impedire vel cogere non presumatis, gratie nostre sub obtentu. Presentes literas quoque nostras, quas Secreto Sigillo nostro impendenti communiri fecimus, post earum lecturam, reddatis presentanti. Datum Posonij, feria secunda proxima ante festum beate Elisabethe vidue, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Regni nostri Anno nono, Coronationis vero tertio.

Hiteles más után.

CDII.

Mátyás király Victorin herczegnek levelére válaszolván, értesíti őt, hogy azon levelét, mellyet a herczeg a cseh királylyal hihetőleg jó indulatból nem akart közölni, nehogy abból viszálkodás következzék, jelen levelével együtt bizvást átküldheti atyjának, mert nem emlékezik, hogy abban valami gondatlanúl, vagy durván volna irva, a szavak a tárgyhoz vannak alkalmazva azon őszinteséggel, melly barátok és rokonok közt illik; — egyébiránt a brüni országgyülés által Sternberg Mátéval kötött egyezményt, mint becsületével és a köz igazsággal ellenkezőt, szerzőihez visszaküldötte; azt azonban, ha annak

Digitized by Google

idejében és rendje szerint fog felszólíttatni, újra tanácskozás alá vétetni kész leend. Kívánja végre, hogy a herczeg, előbbi megkeresésének képest, őt inkább a béke erélyes fentartásában segíteni, mint a békerontók ügyében közbenjárókodni ügyekezzék. Kelt Pozsonyban november 18-dikán 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Illustri Principi Victorino Duci Munaterbergensi, Comiti in Glatz et Capitaneo Marchionatus Moravie etc. Fratri nostro dilecto, Salutem et mutue benevolentie incrementum.

Illustris Princeps, Frater carissime. Post ea quam venimus in hunc locum, postridie reddite sunt nobis litere Fraternitatis Vestre, que se custodes benivolentie et affectionis mutue indices esse palam ostendere videbantur. Referebant enim accepisse Fraternitatem Vestram literas nostras, que continebant, ut verbis nostris utamur, querelas graves contra Matheum de Sternberg et alios subditos regni Boemie, damna inferentes regno Hungarie. Sed quia in eisdem literis nostris verba quedam dura et aspera deprehendisset, maluit eas apud se contectas retinere, quam Serenissimo Domino Regi Bohemie legendas transmittere, ea ut putamus ratione, ne forte ex verbis ipsis alicuius turbationis seminarium nasceretur, quod mutue benivolentie statum commovere posset. Qua in re non possumus non commendare magnopere Fraternitati Vestre affectionem erga nos rectam et vehementem, que ut eo solidius mutua benivolentia hinc et inde perduceret, omnia ex adverse occurrentia etiam non timenda pro nobis timuit. Verumtamen non oportebat Fraternitatem Vestram tantopere sollicitam esse, ut putaret literas nostras inconsiderate scriptas, aut ita asperas fuisse, ut contegi magis mererentur, quam in lucem prodire. Nihil nos ibi scriptum recolimus, quoo conservande benivolentie et pacis mutue gratia penitendum esset, nisi forte illud nociturum putatis, quod magis vere quam blande locuti sumus, quasi vero, si pax turbari deberet, non potius factis quam verbis conturbari soleat. Nos etenim non solum dura et aspera, sed quod amplius est, crudelia et nefaria patimur, vos vero mitia verba et speciosa habere vultis. Nescimus certe,

Digitized by Google

quo paoto dura et aspera facta aliter nisi asperis verbis exprimi possiut. Verba enim rebus acoonmodanda sunt. Si igitur cupit Fraternitas Vestra, ne dura loquamur, prohibote ex debito vestro, ne nobis dura inferantur, et qui pacis inite custos esse debeatis, nunc violate pacis vindex esse adsitis. Reliquum autem est, quod Fraternitas Vestra considerare poterat, *antequam* ex verbis nostris moveretur, et quidem, nos *in literis nostris* amice et fraterne ad amicum et fratrem locuti sumus, aperte et recte, quemadmodum in animo et sensimus et judicavimus. Non putavimns tanti esse simulationem, ut veritatem hoc tempore pretio superet. Poteramus forsitan et nos tegere judicium animi nostri simulatis et mitioribus verbis, sed abesse voluimus hoc nefas ab amico pectore, quinimo omnia occurrentia, ut opus erat, ita recte diximns. Nihilominus tamen inter hec gratias agimus habemusque hanivolentie vestre, quod tantum sollicita fuit de nobis, ne offendamna in verbis. Quia autem nos offendisse nescimus, liberam damus facultatem Fraternitati Vestre, at et alias priores et has posteriores literas nostras Seremissimo Domino Regi Genitori vestro et mittatia et ostendi faciatis. Putamus enim hee omnia cum sna prudentia in meliorem partem et dexterius interpretatnrum, in his quoqne que postulamus tam vota nostra quam sua debita juxta vigorem pacti federis prosecuturum. Soribit ulterius in literia anis Fraternitas Vestra, quod ea, que in conventu Brunnensi acta sunt, jam pridem Domino Strigonieasi per literas vestras, ac deinde per eum nobis patefacta ease. Fatemur quidem notam factam esse nobis dispositionem quandam, quam Reverendus Pater Dominus Olomucensis et certi alii barenea Moravie eum Mattheo de Sternberg tractaverant, verum quia dispositio ipsa neo honori nostro, nec juri publico et neqne tempori conveniens visa est, remisimus eam nunc ad auctores suos, posterins libenter susceptari eandem, dum bono ordine ad id *requisiti fuerimus. Nihil* enim quod justum fuerit subire *recusabimus. Exspectamus* autem juxta priorem requisitionem nostram, ut Fraternitas Vestra ex debito federis nunc nobis contra turbatores paeis potius adjutor sit, quam mediator. Quoniam aperte oognovimus, quod per mediatores quoscunque hostibus ipsis plus

Digitized by Google

tribuitur animi, quam adimitur. Datum Posonii, octavo die festi beati Martini, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Palacky közléséből.

CDIII.

Victorin herczeg tudósítja Mátyás királyt, hogy két rendbeli levelét Sternberg Máté dolgában vette s azokat az utóbbiban kifejezett kívánsága szerint azonnal átküldte György cseh királynak, ki a magyar királylyali béke fentartására mindent el fog követni; értesíti továbbá, hogy Morvaerszág egyházi és világi nagyait haladék nélkül magához rendelte, kiknek tanácsa után ezen fontos ügyben szándékát vele tudatni fogja. Hely és idő nélkül, egy régi jegyzet szerint november 25-dikén 1466.

Serenissime Princeps et Domine etc.

Literas Vestre Majestatis his diebus dnas accepimus, quibus nobis ambamns ex parte dispositionis inter Mattheum de Sternberg facte etiam pretextn damnorum reguo Hungarie vestro illatorum pluribns verbis eadem Vestra Maiestas queritur et scribit, dando nobis facultatem plenariam, ut et priores et has Serenissimo atque gratiosissimo Domino nostro Regi Bohemie mitteremns. Nos intellectis Vestre Serenissimo Majestatis literis, easdem sine mora Domino nostro gratiosissimo Regi Bohemie predicto misimus, super quibus intentionem a sna regia Majestate exspectamus, cumque hanc intellexerimns, mox Vestre eandem Serenissime Majestati innotescemns. Nos revera Domini nostri gratiosisssimi Regis esse volnntatis et intellexi-mus et cognoscimus, ut iater ambas Majestates Vestras bona

Digitized by Google

amicitia atque fraternitas, pax quoque et federa inita inter regna vestra inconvulsa perdnrent, id ipsum a Vestra etiam sperabimns Majestate. Scimus denique id quod decens fuerit in hac parte Dominum nostrum Regem facturum. Volumus preterea et hos dominos prelatos et barones Marchionatns hujus literis ad nos nt veniant, requirere sine dilatione. Qui cum venerint, ipsis scripta Vestre Majestatis ostendemus, et prout ex debito officii nostri est conveniens in tam arduis actionibus eorum consilium postulare, intentionemque in his nostram, eorum habito consilio, Veatre curabimus indilate significare Majestati. Datum — — — — — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDIV.

Mátyás király Podiebrádnak azon levelére, mellyben Eisinger István ügyében közbenjárólag lép fel, Eisinger elleni nehezteléséuek okát abban adja elő, hogy ez a mult évben az ozmán háborúra szükséges nyilak vásárlása végett Németországra küldött emberét, midőn több mint 200,000 nyillal rakott hajójával haza menne, megrohasta, vasra veretle, a hajót pedig elrabolta, minden igaz ok és törvényes követelés nyilvánitása nélkül, és e sérelemért általa s országa némelly nagyai által elégtételre szólittatván fel, ezt adni vonakodott, sőt embertelenül válaszolt. Ez után csodálkozását jelenti ki az iránt, hogy e tett híre, melly egész Németországyon, az Olaszföldön, sőt magok a törökök közt is elterjedt, a cseh királykor állitása szerint csak most jutott. Nem tudta, igy folytatja elő-

Digitized by Google

adását, hogy ezen Eizinger a királynak szolgája, házi embere s morvaországi születés, őt eddigelő osztráknak ismerte, és azért követeléseit ellene Osztrákhonban indította meg. Már most jobban értesíttetvén a körülmények felől, egyenesen a királyt szólítja fel, hogy Eizingert mint házi emberét és morvaországi alattvalót ezen ügyben elégtételre szorítsa, igazságos intézkedéseiben megnyugodni s maga részéről Eizinger igazságos követeléseinek, a mennyiben illyenek volnának, eleget tenni készznek nyilatkozván, de egyszersmind reménylvén, kogy a király barátságos viszonyaiknál fogva ez ügy elintézésében az ő becsületére tekintettel leend úgy, mintha az sajátja volna. Kelt Nagy-Szombatban december 3-dikán 1466.

Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Serenissimo Principi Domino Georgio, eadem gratia Regi Bohemie et Marchioni Moravie, etc. Patri et Fratri nostro carissimo, Salutem et filialem affectum.

Serenissime Princeps! Cum accepissemus hesterna die literas Fraternitatis Vestre et anima divertissemus rem, pro qua ad nos scribere, dignum duxit, volebamus rescribere paucis verbis, et ostendere breviter instantiam Stephani Eycinger non tam opportune quam importune interpositam, ut gravem animum nostrum ab eo, rogatu Fraternitatis Vestre amoveremus, utque consentiamus dijudicari, juste ne an perperam eidem succenseamus. Verum quia scribit Fraternitas Vestra sese hujus rei prius insciam fuisse, credimusque non importune futurum, si turbationis animi nostri, de qua ipse ex remorsu pectoris sui suspicatur, rationem reddamus, opus habuimus verbis paulo latioribus in ea ipsa re proloqui, et exinde ad singulos articulos literarum Fraternitatis Vestre respondere. Et primo ubi scribit Fraternitas Vestra, significatum sibi esse a Stephano de Eycinger famulo suo, quod nos eundem egro animo prosequeremur, voluissemus hoc in loco, quod idem ipse, qui egritudinem animi nostri erga se assumtam expressit, causam etiam expressisset. Sed vere actum esse videtur, si eam tacuit, ne forte excusationem magis quam causam pretendisset. Nos

Digitized by Google

vero causam ipsam, ut se habet, referemus. Superiore anno, quo labores multos et vires ad propellendos mordaces Turcorum insultus expendimus, dum inter alia penuriam magnam et indigentiam sagittarum, sed et omnia generis telorum habuissemus, rebus futuris opportune provideri cupientes, miseramus unum ex officialibus nostris ad partes Alemannie, et ubicunque posset, sagittas telaque pretio compararet, et comparatas ad nos solerti cura deduceret, quatenus eo citius defectum illum, quem arces et castella partium inferiorum, que *Turcis* contermine et vicine sunt, in hujusmodi rebus patiebantur restauraremus. Fuit ipse famulus noster, et adijt plurima loca principum, preterea nonnullas civitates et oppida Austrie et Bavarie, ubique propter fidei et rei, quam agebat, honorem benigne susceptus et benivole tractatus est. Comparatisque, ut jussum fuerat, plusquam ducentis millibus telorum, ubique sicut in gressu ita et in regressu favorem habuit. Solus Stephanus Eycinger, ac si fuisset a Turcis stipendio conductus, infidelibus magis quam fidelibus favens, insiliit clam in naves et ductores ipsarum rerum, easque diripuit, abstulit et detinuit, prefatum etiam principalem famulum nostrum protinus conjecit in vinoula. Quod quidem facinus si ab hoste cognito perpatratum fuisset, tolerabilius quodammodo videretur. Sed lesi sumus ab eo homine, apud quem inimicitiarum causam ullam unquam ne suspicari quidem potuissemus, sed potius quia quondam clarissimo genitori nostro cum Ulrico Eycinger precipua amicitia fuerat, nos quoque ejus secuti vestigia, omnes de illa domo magna benivolentia prosecuti sumus. Quod cum ita sit, equum erat, ut si etiam aliquam rationem inimicitiarum habuisset, quam tamen revera legitimam et sufficientem ad hanc usque diem numquam *cognovimus*, nihilominus homo Christianus rebus fidei magis favere, quam privatam passionem consectari debuisset, quandequidem numquam *odio* nostri tantum obesse potuit fidelibus, quantum hac in re infidelibus obsequio profuit. Monitus fuit sepenumero ipse Stephanus ex nostri, et etiam per nonnullos pralatos et barones regni nostri, ut tantum nefas, in quo non modo nos et regnum nostrum, sed rem publicam Christianam offendit, satisfactione

Digitized by Google

aboleret. Ipse e contra, nt prins inhumane egit, ita semper inhumane respondit, defendere nefas potius quam abolere paratus. Si igitur Stephanus ipse suspicatur de gravedine animi nostri adversum se assumta, id non ab re quidem fit, quoniam idem ipse et sibi suspicandi et nobis gerendi gravem animum causam dedit. Quod autem scribit Fraternitas Vestra se hujus rei nesciam fuisse, mirati certe sumus, quod facinus istud tam indignum, quod jam toti fere Alemannie alte et basse, nec non partibus Italie, imo ipsis hostibus frequenti rumore insonuit, ad Vestre Fraternitatis aures novissime pervenerit. Verum putamus et hoc ipsius Stephani ingenio actum esse, ut ita celaretur ab auribus Serenitatis Vestre, vel coloribus adinventis tegeretur. Quoniam si Fraternitas Vestra banc rem, ut sese habuit reatus cognovisset, credimus quod auctori hujus facinoris favorem omnem subtraxisse maluisset, quam impendisse. Ceterum ubi dicit Fraternitas Vestra eundem Stephanum non solum famulum suum, sed familiarem sibi esse, terrigenamque eum appellat Marchionatus Moravie, nos ignoravimus hucusque ipsum famulum esse Fraternitatis Vestre, et multo minus cognoveramus eidem fuisse tam famiiiarem, ut ad ejus opem et suffragia confugere dignus fuerit. Nunquam enim scivimus ipsum in terra Moravie genitum, nisi forte in altera provinciarum Austrie vel Bavarie natus, se jam in Moravia renatum putet. Quoniam si hec prius unquam aperte cognovissemus, non fuisset neglectum super injuria supra expressa scribere ad Serenitatem Vestram. Sed quia eum semper unum ex Australibus esse cognovimus, opus fuit, ut forum domumque ejus in Austria respiciamus. Postremo scribit Fraternitas Vestra, quod si que essent delata contra eundem Stephanum, ex que est familiaris, Fraternitatis Vestre et terrigena Moravie, ipsum, ut verbis literarum vestrarum utamur, ad hec tenebit, ut de objectis sibi satisfaciat, nobis confidendo ut et id, quod sibi debetur, apud nos similiter consequatur, concluditque Fraternitas Vestra his pene verbis, ut, quia equa et justa hujusmodi sua oblatio videretur, eam refutare non velimus. Et quidem facilem ad hoc Fraternitas Vestra semper animum nostrum et prius reperisset, et nunc reperit, ut que equa et justa sunt,

Digitized by Google

non solum non rejiciamus, sod potius ampleetámur. Undo et in re presenti placet nobis, ut si Stephanus ipse nunc demum Serenitati Vestre in tantum parere didicit, quod potens est enm ad satisfaciendum nobis de injuria et spolio supratactis addncere, libenter hujusmodi satisfactionem accipiemus. Qua habita pollicemur et nos omne id quod ei ex parte nostri juste debebitur, convenienti tempore locoque apto exhibere, nihilque denegare volumus, quod rationabili petitioni ejus derogare posset. Verum quia suspecta est nobis omnis ipsius Stephani oblatio, utpote que nunc unum, nunc alterum judicem appellat, et que minimum facti, sed de verbis plurimum habere solet, rogamus Serenitatem Vestram, ut attento fraternitatis vinculo necessitudineque, qua invicem copulati sumus, cnret in hac re ita providere honeri nostro, sicut provideret suo, et quemadmodum ageret in rebus suis, ita consulat et nostris. Nos enim exsequemur omnia ea, que nobis salvo honore et justitia cause nostre Fraternitas Vestra suadebit facienda. Datum Tyrnavie, die tertia mensis Decembris, Anno Domini M° CCCC° LXVI°, *regni nostri* anno nono, ooronationis vero tertio.

Palacky közléséből.

CDV.

Mátyás király tudósitván Lippai Henrik Csehország főmarsallját, miszerint még Pozsonyban vett levelére, mellyben az Ország Mihály nádor emberei által szenvedett kárairól panaszkodott, küldöttje távolléte miatt csak most válaszolhat, panaszára nézve megjegyzi, hogy emberei akaratából vagy épen parancsára Csehországot nem bántották, de magok fejétől is

Digitized by Google

illyesmit tenni bizonyosan nem mertek, ha csak előbb szenvedett sérelmeik által nem ingereltettek. A tapasztalás bizonyítja, hogy a sértők panaszra hajlandóbbak a sértettieknél; a csehek és morvák minden nap pusztítják Magyarországot, és még is ők emelnek minden kicsinységért panaszt, mintha a magyar alattvalóknak mindent el kellene tűrni és a kölcsönt nem volna szabad visszaadni. Minden bántalomért a kezdők felelősek. Ő minden sérelmet a nádor és alattvalói részéről, a mennyiben hibásoknak találtatnak, orvosolni kész, csak hogy ő is viszont maga s emberei részéről a bántalmakért tegyen eleget. Kelt Nagy-Szombatban december 4-dikén 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Magnifico Henrico de Lippa, Supremo maresoallo Regni Bohemie, nobis dilecto.

Magnifice vir, nobis dilecte! Accepimus literas tuas pridem dum essemus Posonii, per nuntium tuum ad nos delatas, in quibus conquereris de quibusdam injuriis per subditos et famulos Magnifici Michaelis, Palatini regni nostri, ut asseris, tibi illatis, et in fine petis, ut omnia tnis subditis illata protinus emendentur, etc. Quibus quidem literis habitis jusseramus e vestigio rescribi ad scripta tua, sed absentia nuntii tui interveniens dilationem respondendi ad banc usque diem produxit. Suscipe igitur nunc, quod et prius parati eramus reddere. Et primo, quantum ad querelas tuas attinet, quas deponis, aperte dicimus, non fuisse hactenns de voluntate et mandato nostro, ut aliquid injurie per subditos nostros inferatur regno et dominiis Serenissimi Domini Regis Bohemie, cum quo obligationes mutuas et federa pacti sumus, semperque parati fuimus omnia ea, si que per subditos nostros temere acta fuissent, juxta dispositionem superinde factam ad eqnum justumque reducere. Quam obrem non facile credere potuimus, quod aliqui ex subditis nostris, contra vos et vestros quicquam temere vol ana sponte inceperint. Sed si quid actum est, hoc oerte procesisae debnit, quod ox parte ilia provocati sint lacessitique injuriis, quo easu haud illicitum fuit eis quoque nou tam referre injurias, quam

Digitized by Google

propulsare. Cogitare enim non ab re possumus, ne forte in his querelis tuis illum morem servaveris, *qui jam consvetudine* quadam tritna est, quo videlicet compertum *habemus, eos so*lere prius conqueri, qui infernnt, quam *qui patiuntur injuriam.* Nam qnot et quanta sint damna et nocnmenta, qnot cedes hominum qnot vulnera et prede, qnot deniqne alia diversi generis gravamina, que regno et *subditis* nostris per Bohemos et Moravos qnotannis et quotidie infernntnr, tn magis inter alios eognovisti, qnam scribere expediat. Et tamen adbuc plures querela ab iaferentibus snscitantur, quam ab bis, qui patiuntur injurias, quasi hoc solum jnstum sit, quod semper subditi nostri cogantar sufferre verbera et numquam sint ansi referre. Quia potius illud justius videri posset, si in porrigendis hlnciade querelis ilia moderatio fieret, ut inprimis diligens utrinqae consideratio adhiberetar, que partium prior inferret, queve propulsaret injuriam, et ita demum impataretur parti illi, qae tarbationi causam daret, fieretque reformatio pacis secundum obligationes pro servanda communi concordia editas et dispositas. Secundum quas in presentibus quoque tuis querella apecialiter contenti sumus, ut fiat reformatio et emendatio tam ex parte Palatini quam subditorum ejus, si culpabiles reperti fuerint, dummodo et tu e contra in his, que tibi et tnis objiciantur, similem emendationam faoere non negligaa. Et finaliter nihil nobis carius asset, quam nt pax oommunis et federa inita ultro citroque servarentur, utque redderetur ex parte illa, quod in bac re et amicitie mutue et federibus ipsis debetur. Datum Tyrnavie, in festo Sancte Barbare, Anno Domini M. CCCC. LXVJ° regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Palacky kézéből.

Digitized by Google

CDVI.

Mátyás király Victorin herczeg levelére válaszolja, miszerint jobban szeretné, ha a morva rendek összehivásával és ezek tanácskozásaival az idő hasztalanúl nem töltetnék el; többször sürgette s bizodalommal várta, hogy ezen ügy, mellyben már minden halogatás veszélyes lehet, a fennálló egyesség értelmében intéztessék el; ennek következtében őt, kire a csek király az ügy elintézését bizta, ujra inti, miszerint minden további tanácskozást mellőzve, az egyesség értelmében keljen fel vele együtt a köz béke és csend megrontói s ezek minden társai és pártfogói ellen, maga részéről hasonló esetekben viszonosságot ajánlván és ez iránt válaszát rövid időn elvárván, mert ha nem felel, azt is feleletül fogja tekinteni. Kelt Nagy-Szombatban december 11-dikén 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Illustri Prinoipi Victorino Duci Munsterbergensi, Comiti in Glatz, et Capitaneo Marchionatus Moravie, Salutem et Fraterniitatis affectum.

Illustris Princeps, Frater noster dilecte! Novas rursus literas vestras et nuncium habuimus, quibus significatum est nobis imprimis, quemadmodum Fraternitas Vestra consuluerit Serenissimum Dominum Regem Bohemie Genitorem suum, quid in his rebus, pro quibns ad vos literas dederimus, agere vel respondere expediat, ac deinde subinfertur, velle vos etiam dominos prelatos et barones iilius Marchionatus ad se accersiri facere, et eorum consilio pariter in eisdem rebus uti etc. Nos equidem hujusmodi consultationes recte et opportune factas non improbamus, sed collaudare mallemus, si modo longe

Digitized by Google

ac sere non faerint, et si per eas importune tempus non teratur. Cognitum est iam dudum, quid ex vi federum et obligationum mutuarum uni parti ab altera debeatur. Id nos ab illa parte superinde sepius requisita sedulo exspectavimus, et exspectamus adhuc, facturi e contra, dum in simili negotio requireremur. Cum igitur res eo devenisse cernatur, ut omnis mora noxia sit, requirimus iterum atque iterum monemus Fraternitatem Vestram, cui a prefato Domino Rege Bohemie executio hujus negotii commissa est, ut amputatis diuturnioribus consultationibus, factum ipsum ut opus est, aggrediamini, et insurgatis nobiscum una, ut in obligationibus pacti sumus, contra hos publice pacis hostes, ruptores federum, oppressores innocentum, ac divini honoris et humane religionis inimicos, et non solum contra eos, sed et contra socios, complices, hospites et fautores eorum, ubicunque reperti fuerint. In quo et exspectationi nostre et debito vestro satisfaciatis, habituri pro constanti, quod ex parte quoque nostra nihil deficiet, quandocunque in re simili fuerimus requisiti. Responsum brevi habere cupimus, quoniam et non respondisse pro responso tenebimus. Datum Tyrnavie, die XI. Decembris, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, regni nostri Anno nono, coronationis vero tertio.

Ad mandatum Domini Regis
G. Doctor.

Palacky kőnyéből.

Digitized by Google

CDVII.

Mátyás király Lippai Henrik csehországi főmarsall ujabb levelére válaszolva, tudatja vele, miszerint ő előbbi levelére, habár valamivel későbbre is, minek okát adta, felelt, és igy ez iránt méltatlanul panaszkodik; ő most is kész, mint már előbbi levelében nyilvánitotta, abban megegyezni, hogy a nádor emberei által szenvedett sérelmei orvoslása végett egy kitüzendő helyen és időben mind két részről biztosok jöjenek össze és mind két része illő kihallgatásával igazságot szolgáltassanak, de megkivánja, kogy itt a magyar alattvalók panaszai is ellene és emberei ellen vétessenek fel; mert, bár levele végén magát és embereit minden bántalmaktól menteknek állitja, ellene is hozathatnak fel vádak. Neki a béke szivén fekszik és nem szándéka, ha ki nem kivatik, fegyverét mások mint a hit ellenségei ellen fordítani. Kelt Nagy-Szombatban december 11-dikén 1466.

Magnifice Vir, nobis dilecte! Repetis iterum literis tuis ea que prius ad nos scripseras, et conquereris, quod ad priora scripta tua responsum tibi non dederimus. Qua in re modestius fuisset te ab hac querimonia abstinuisse. Nos enim ad omnes pene articulos literarum tuarnm rectum et bonum ac paci communi equitatique conveniens dedimns responsum. Qnod quidem si forte tardiusculum fuit, recta ratio hnjus tarditatis tibi reddita est. Quemadmodum igitur prioribus literis nostris ad priora scripta tua respondimus, ita et ad has presentes literas tuas in his scriptis respondemus, contentos esse et libenter velle, quod ad reformanda illa damna et nocumenta, de quibus contra subditos Magnifici Michaelis Palatini regni nostri conquestus es, deputetur congruum tempus et locns conveniens, in qno jnxta te-

Digitized by Google

norem federum et obligationum inter nos et Serenissimum Dominum Regem Bohemie editarum audiantur partes et fiat justitia et reformatio omnium, que indebite illata videbuntur, evidens et condigna, ita videlicet, ut et tu econtra super bis que contra te et tuos subditos proponentur, tenearis eodem loco et tempore cum effectu respondere, et de probatis satisfacere. Nam quod circa finem literarum tuarum scribis, excusando te et tuos ab omni culpa, et quod hucusque contra te et subditos tuos nihil injuriarum propositum est, et neque proponi posset, nos profecto mallemus hec ita esse, et ita etiam futura ab amicitia tua semper speravimus. Verum tamen perferuntur procul dubio nonnulla ad nos, que et proponi contra te poterunt, et emendationem exigere videbuntur. Quod si et in his culpa vacabis, facile erit innoxium absolvere. Illi autem rectius puniri poterunt, qui damno et turbationi causam dederunt. Quantum ex parte nostri, certo certius tenere potes, illud nobis cordi esse, ut cum omnibus pacem habeamus, nec esset intentionis nostre, si non provocaremur, arma in alios convertere, nisi contra hostes fidei, cum quibus nobis perpetua colluctatio est, et fida societas numquam esse potest. Datum Tyrnavie die XI. Decembris, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Regni nostri Anno nono, coronationis vero tertio.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDVIII.

János esztergomi érsek tudósítja György cseh királyt, miszerint követe Giczinsky János Mátyás királylyal a két ország közti béke ügyében hosszasan és illően értekezett és megértette a királytól, hogy ez mindig kész volt a békét és szerződést fentartani, ha azon részről szerfelett nem háborgattatik, melly isten és a szövetség ellen elkövetett bántalmakért ő és Vietorin gyakran felszólittatva sem tettek eleget, sőt azokat nem is gátolták. Ez után hivatkozva iránta mulatott jó indulatára s a köz béke fentartásában annyiszor tanusitott ügyekezeteire, tudatja vele, hogy ura a köz békét fentartani s a kölcsönös sérelmeket maga módja szerint elintézni most is kész, bár a cseh alattvalók merészsége már annyira megy, miként nem részletesen kárositják Magyarországot mint előbb, hanem nyilt háborút folytatnak a király és országa ellen, sőt némelylyek közölök ezt királyuk engedelmével tenni állitják. Ennek valóságát nem vitatva inti őt kötelezettetései teljesitésére, nekogy nagy kárára Mátyásnak testvéri jó indulatát végre elvesszejtse, mellyet csak úgy tartkat meg, ka igasságot szolgáltat és ezen istent és embert nem félő gonosztevőket nem pártolja. Végre ka többet talált volna mondani kelleténél, ezt egyedül jó szándékának kéri tuldjdonittatni. Kelt Nagy-Szombatban december 19-dikén 1466.

Serenissime Princeps et Domine! Fuit hic apud Serenissimum Dominum nostrum regem magnificus et generosus Johannes de Giczin, et locutus est Maiestati sue multis bonis et convenientibus verbis, de his que ad pacem et concordiam regnorum utriusque vestrum bene apta et digna videbantur. Quiquidem audivit ab ipso domino nostro rege bonam mentem et

Digitized by Google

intentionem suam, quod videlicet Majestas sua semper fuit bene dispoaita et semper optasset cum Serenitate Vestra et regno vestro pacem, concordiam et benivolentiam conservare, si ex illa parte impeditus supramodum et lacessitus non fuisset multis injuriis et nocumentis contra deum et justitiam et contra pacta et federa bincinde inita, de quibus Vestra Serenitas et etiam illustris dux Victorinus sepe numero moniti, numquam reformare illata et etiam ne fieront, prohibere curavit, prout hec et alia que hic intellexit dictus dominus Johannes Gicainsky Serenitati Vestre latius explicare poterit. Unde licet Serenissime princeps contenta esse posset Serenitas Vestra de his que ipse dominus Johannes in hac re dieet et explicabit, tamen pro meo more et pro mea affectione ad communem pacem volui aliqua pauca verba ex mei parte apud Serenitatem Vestram confidenter adjicere, que spero quod Serenitas Vestra patienter audiet in bonam partem accipiet. Et quidem novit bene Serenitas Vestra, quod inter alios dominos non fui ultimus, immo magis dicere recte possum, quod fuerim inter primos, qui laboraverunt ab initio pro stabilienda et confirmanda bona fraternitate et amicitia, ac etiam pro pace et conoordia inter prefatum dominum nostrum regem et Serenitatem Vestram, regnaque utriusque vestrum. Et revera semper optavi ac dum opus fuit consului ut hujusmodi amicitia et pax et concordia sicut bene tractata fuit, ita et bene servaretur. Credo autem, imo et certissime scio, quod in ipso domino nostro rege nihil defecit, quominus omnia ea que tractata fuerant, plene observarentur. In casu vero quo aliqua ut inter vicinos contingere solet, per subditos suos particulariter cemmissa foerent, ea semper paratus fuit debito loco et tempore reformare. Verum serenissime princeps bene jam ut puto cognovit Serenitas Vestra, quoniam tam aperta res eam latere non potest, quam male observata sint et quam pessime adhuc observantur ex parte subditorum Serenitatis Vestre federa et obligationes tam prius quam etiam novissime inita et facte. Qni quidem subditi Serenitatis Vestre jam non particulariter ut prius damna et nocumenta facinnt, sed apertum bellum domino nostro regi et regno suo inferunt sine omni justa et rationabili causa. Imo

Digitized by Google

quod gravius est, nonnulli ex eis asserere non verentur, quod hec faciant de permissione Serenitatis Vestre. Quod si ita est, nihil pejus contra fidem et federa actum esse potest. Qua re, Serenissime princeps, quasuvis non sit mens hec vera ne siat dijudicare, ea tamen que fieri video, laudare non possum, precipuo ex quo Serenitas Vestra tam diu neglexit intendere bis, adque ex debito tenebatur. Quia sciat Serenitas Vestra et credat mihi, cui mens et intentio Serenissimi domini nostri regis cognita et explorata fuit, quod ipse dominus noster rex talem benivolentiam et tam benivolum cor erga Serenitatem Vestram habuit, quod in omnibus rebus prosperis et adversis ipsum tam sincerum fratrem tamque bonum adjutorem Serenitas Vestra recepisset, qualem umquam vel querere vel habere optaret. Et dico ulterius confidenter, quod magno damno futurum est Serenitati Vestre, si talem et tantam fratrem Serenitas Vestra sibi non conservabit. Conservare autem poterit, si faciet debitum suum erga eum, et non prestabit favorem his hominibus malefactoribus, qui neo Deum timent, nec homines verentur. Provideat igitur adhuc Serenitas Vestra paci communi, ut vel reformet, vel ulciscatur que malefacta sunt, ita ut et debito ano et exspectationi nostre satisfiat. Et ego ex hac parte e contra non desinam laborare et consulere ubi opus erit circa ea, que conservationem pacis communis et fraternitatis mutue concernere videbuntur. Hec scribere volui Serenitati Vestre, sub ea confidentia, quam apud Serenitatem Vestram habeo, qui si plura locutus sum, quam Serenitas Vestra voluerit, affectioni imputet, non animo. Datum Tyrnavie XIX. die Decembris, Anno Domini M° CCCC° LXVJ°.

Johannes Archiepiscopus Strigoniensis, primas Ungarie, et Apostolice Sedis legatus natus.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDIX.

György cseh király Mátyás királynak hozzá intézett leveleire válaszolólag magát a kétszinüség és hitetlenség gyanúja iránt mentegeti, megemlitvén, hogy ő nem gyanúsitá Mátyást, midőn a cseh kereskedőkön Magyarországban ejtett sérelmekért mindjárt elégtételt nem nyert, sőt a sértett feleket a vele vagy az esztergomi érsekkel tartandó összejövetelig türelmes várakozásra intette. Ez után a Sternberg Máté ügyébeni eljárásra nézve előadja, hogy ez Bielik által ingerkedtetve ütött Magyarországra, mit ő megtudván mindjárt parancsot adott fiának Victorinnak a dolog elintézése iránt, ki valóban készült is őt erőhatalommal szorítani a csendes magaviseletre, de idő közben némelly morva nagyok Sternberget egyezésre birták, melly szerint ő magyarországi erősségeit kész volt Victorinnak lerontás vagy Mátyásnak leendő átadás végett kézbesiteni, és ügyének elitélését vegyes magyar és morva nagyokból alkotott bíróságra bizni, melly tisztességes kiegyenlitési módot azonban Mátyás nem fogadott el, azt állitván hogy Mátét nem békére birni, hanem merészségeért meg kellett volna törni. Mire megjegyzi miszerint, ha Mátét ezen ajánlatai után fegyverrel támadta volna meg, ez úgy fogott volna látszani, mintha ő és Mátyás egyenesen alattvalóik romlására esküdtek volna össze. Végre megjegyzi, hogy az esztergomi érseket ezen ügybeni értekezletre Brünbe magához kérte volt, ki meg is indult, de utja közben menté magát, hogy uját máskorra kénytelen halasztani. Ő ezen főpapnak egyenes lelkületében nem kételkedik és biztosan reményli, hogy hozzá ezen kedvetlenségek elintézése végett igéretéhez képest személyesen eljövend. Addig kár volna egymást szavakkal sértegetniök, mert félő hogy, ha szavaik igazsága

Digitized by Google

vagy durvasága miatt tovább is vitatkozni fognának, Mátyás ifjú vérének hevessége az ő komolyságát is végre feltüzelhetné. — Egy, ezen levélhez mellékelt jegyzékben ugyanő Mátyásnak fiához Victorinhoz intézett levelére vonatkozva írja hogy, ha a Mátén kivül emlegetett békeháborítókon, mint hiszi, az úgy nevezett testvérek társasága értendő, ezeken neki, bár cseh nyelvüek és eredetüek, mi hatalma sincs, és tudva lesz Mátyás előtt is, miként ezek az ő alattvalóit, nevezetesen Eizinger Istvánt is károsították, míg őket fia Victorin fegyverrel el nem üzte. Kelet ideje nélkül, de egy régi jegyzet szerint december 22-dikéről 1466.

Serenissime Princeps, Frater charissime. Illustris Victorinus Dux Munsterbergensis, Comes Glacensis et Capitaneus Moravie, filius et princeps noster carissimus, nonnullas literas a Vestra Serenitate super his que per Mattheum de Sternberg in regnum vestrum contra mutuum fedus nostrum attemptata esse queruntur, ad se successive missas, nunc nuper ad nos misit. Quibus auditis, diligenterque recensitis, intelleximus, priora responsa nostra Serenitati Vestre super ea re per nos data pungi vel notari, tamquam sincera, idonea, vel satis rata non esscnt. Quod profecto non congruit mutuo federi, amori et fraternitati nostre, nobis videlicet, ut aliud vel aliter vobiscum verbis agamus, quam mente concepimus, aut ex diverso tale quidquam Fraternitati Vestre de nobis suspicari. Nam quod jam dudum eidem Fraternitati Vestre super his respondimus, molestum nobis plurimum fuisse, multumque displicuisse, si qua mala vobis et regno vestro per subditos nostros, presertimque per Mattheum de Sternberg inferuntur, hoc certe responsum nostrum sicut ex calamo derivatum est, ita ex pectore nostro sinceriter emanavit. Sed et nunc singula recogitantes, ac vetera et nova memoria recensentes, in districto examine conscientie nostre nil reperire valemus ab initio initorum federum, unde contra nos vel levis suspicio captari possit, aliter quidquam a nobis esse actum, quam ad ipsius federis et amicitiarum omnium pertineat robur et augmentum. Neque nos tam fragiles animo fuimus, neque sumus,

Digitized by Google

neque annuente domino unquam erimna, ut propter damna, predas et spolia, mercatoribus nostris quandoque sub salvo conductu in regno et ex regno vestro crebro illata, super quibus quandoque Fraternitatem Vestram ipsosque officiales vestros decenter requisivimus, nec tamen assecuti sumns, de ipsa sinceritate Fraternitatis Vestre quomodolibet hesitaremus, quin potins subditos nostros talia damna perpessos, et do ultione satis aoute cogitantes, quam plurimum illud per conjecturas elicuimus, pro debito fraternitatis mutue solerter impedivimus, precipientes ipsis, quatenus ea omnia patienter ferre non dubitarent, usque ad nostram cum Vestra Serenitate ant Reverendissimo Domino Archiepiscopo Strigoniensi sinceram qnam tunc prestolabamur conventionem, quem tunc venturum summis affectibus desiderabamus. In quo nobis paritum est, et nostri hec omnia cum rerum suarum carentia patienter snstinuerunt. Ex quo luce clarius intelligi datur, non ficte in eisdem literis, ut vestris verbis utamur nos aiisse, in conventu nostro ad Brunnam indicto super bis debere provideri. Nec tamen interea ignaviter feriati sumus, sed id curavimus et effecimus, quod idem Mattheus ab omni perturbatione regni et regnicolarum Ungarie penitus et omnino cessaret et abstineret. Quin etiam, quo federa nostra sincerius solidarentur, rogavimus Fraternitatem Vestram, quatenus prefatum sincerissimum amicum nostrum Dominum Archiepiscopum Strigoniensem ad nos Brunnam mittere colliberet, de his omnibus, aliisque arduis rebus vestris nostrisque plene tractaturum. Qui arrepto itinere cum aliquantulum perrexisset ad locum designatum appellere non potnit, ubi eum opperiebamur, sed excusationem suam ad nos misit, qua in aliud tempus ad nos venire sinceriter asseveravit. Nos ejus excusationes sincera mente recepimus, prout eas processisse non dubitamus. Penset nunc Fraternitas Vestra, si usque adhuc ullius sinistre suspicionis vobis prestiterimus occasionem. Quod vero predictus Mattheus ex defectione nostre conventionis et impedimento fatali predicti Reverendissimi Domini Archiepiscopi, cur ad nos non pervenerit, sed et ex ilia novitate per Bielkonem vestrum in se attemptata, que infra clarius explicatur, se lacessitum pu-

Digitized by Google

tans, rursus Hungariam intravit, munitiones exstruens, id certe nobis et filio nostro penitus insciis sic actum est. Cujus rei certissimum est argumentum, quia cum super hoc ab Vngaris avisati fuimus, illico gnatum nostrum Victorinum ad Moraviam misimus, tanta mandatorum severitate subnixum, ut nisi Mattheus prelibatus ab omni violentia desisteret, et innovata redintegraret, ipse gnatus noster conatus Matthei manu forti compesceret. Quod et factum, et ob id bellum adversus ipsum publice proclamatum est. Mattheus igitur intelligens severitatem nostram in federe nostro conservando contra se exsnscitatam, consilio etiam atque hortamentis prelatorum et baronum Moravie permotus, fortias quas in Ungaria quesierat, ad manus filii nostri usque ad determinationem causarum et differentiarum se obtulit deponere velle, ac insuper causis differentiarum contra adversarios suos in Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Strigoniensem, Magnificum regni Ungarie Palatinum, Venerabilem Dominum Episcopum Olomucensem et nobilem regni Bohemie Marescallum plenarie compromittere et ex adverso compromitti et compromissariorum decretis parere et exadverso paritum iri, suscipere et acceptare. Vestra autem Serenitas has vias oblatas juri communi tam consonas et fori competentie per omnia conformes usque nunc distulit acceptare, per quas tamen satis provisum erat regie Serenitati et regnicolis et quibuslibet quorum interesset tam de damnis sartiendis, quam etiam de interesse et excessuum emendatione, de quibus contra Mattheum prefatum constare potuisset. Tantum enim nobis semper pacis servande et amicitie fovende studium inhesit, nedum cum Serenitate Vestra et regnicolis ejus, sed et cum quibuslibet federatis nostris, et ita semper erit, ut rite speremus de nullo fedifragio a quoquam posse notari. Nam quod Vestra Fraternitas in aliis suis literis optat per nos secundum requisitionem vestram et debitum commune actum fuisse, quo casu non erat opus Mattheum ad pacem tenendam et justitiam vel suscipiendam vel faciendam inducere, cujus audaciam frangere magis congruisset quam leniri etc. Penset hortamur circumspecta Serenitas Vestra, si contra prefatas oblationes Matthei nos ambo reges ipsum obruissemus,

Digitized by Google

numquid queri potuisset, vim sibi factam esse? Et si nos utrique commune fedus nostrum pretendissemus, conclamatum forte nobis esset, nos ambos reges conspiratores esse contra subditos nostros, et in coruu oppressionem mutuo conspirasse. Ideoque et hoc Fraternitati Vestre desiderium *utrum* magis expediret, sub dubio relinquimus, quo scilicet *optassetis* laborem Reverendi Patris Episcopi *Olomucensis et baronum* super inducendo Mattheo ad predicti compromissi formam acceptandam alio expensum esse, quasi homo ille numquam fidam et tutam concordiam servaturus sit, quasi natura factiosus justi et equi penitus impatiens, quique a se concordiam emendicari malit, quam ultro suscipere. Est enim ex adverso ponderandum, quod sicut militares actus non debent ab armis exordium sumere, sed honeste petitiones et postulationes debent arma prevenire, neque aliter bellum dici posse, quam in rebus petitis, ita et regum et principum federa eam demum habent audaciam coercere, que jure vel honestate distringi recusat. Cum igitur ad premissas oblationes per ipsum Mattheum jam dudum sit deventum, ponderet Serenitatis Vestre prudentia circumspecta, quo pacto, quaque honestate in ipsum irruere liceret post oblationes tam vetustas et vestram nostramque diutinam exspectationem, et tractatum apud Brunnam super hiis et aliis rebus per vos et nos inibi preconceptum et nostram personalem usque illac commigrationem et arreptum iter Reverendissimi Domini Strigoniensis ad nos proficiscendi, et licet fataliter defectum, nec tamen omnino derelictum, ut ipse suis literis commemorat, quibus spem future conventionis sue coram nobis asserere videtur. Que omnia utique non sapiunt rupturam tractatus cum eodem Mattheo cepti et semper alicujus rei nove interventu suspensi. Neque enim ista scribimus, ut Serenitatem Vestram cum Mattheo conferamus, aut factionem suam honestemus, qua se prius hostem fecit, quam actorem ostendit seu petitorem, sed ut Fraternitatem Vestram de sinceritate nostra certioremus. Nam et nos vim nostris illatam non minore paticntia sustinuimus, qui nondum a Brunna Pragam reversi percepimus, quod quidam Bielko de Ledenicz regni Ungarie incola Moraviam nostram incursando, prefatum

Digitized by Google

Mattheum de Sternberg et pupillos de Straznic ac monachos claustri Wizewiensis gravibus damnis multipliciter affecit, similiter contra mutunm fedus nostrum. Cni Mattbens supradictns pro pari referens, impiger occnrrit. Nec tamen idcirco de Fraternitate Vestra quidquam sinistrum suspicare voluimus, supradicte spei de adventn prefati amici nostri Domini Archiepiscopi Strigoniensis constanter innixi. Qui si aliqno convenienti loco, quem non recusabimus, nobiscum fortasse convenerit, ut cupimus et speramus, de premissis omnibns et qnibuslibet rebus ad pacem regnorum utrinque nostrorum augmentumque spectantibus, sed et de mutua subventione et icti federis nostri sincera observatione clarius edocębitur, ita ut non expediat nos alterutrum verborum stimulis exagitare. Nam si nunc mutuis epistolis vicissim inter nos scribendis expostulare velimus, quis nostrum blandius vel verius locutus sit, que rerum aut verborum sit acutior asperitas, verendum est, ne juvenilis sangvinis vestri flamma nostram quoque commoveat gravitatem, et ea, que Vestra Fraternitas a nobis suadenter expostulat, ut si dura verba vobis succensere velimus, etiam dura facta ne vobis inferantur, prohibeamus, et qui pacis inite custos esse debebamus, ejus nunc violate vindicem nos prebeamus, vicatim in vos rite retorqueamus, qui nos ejus facinoris reum esse censetis, quod a vestris in nostros processisse jam supra ex factione Bielkonis de Ledenicz exemplariter monstravimus. Ex his etiam satis responsum esse putamus ad requisitionem vestram, quà nos ex debito federis contra turbatores pacis, ut invenimus, requisivistis, cum et nos id ipsum pari occasione freti non inique postularemus. Sed quamdiu conventionem Reverendissimi Domini Strigoniensis, ut prediximus, exspectamus, minime vobiscum discutiemus, quis quem nostrum acu punxerit aut lancea foraverit aut phalerica mole percusserit. Plura diceremus ac ferventius hortaremur, nisi hoc soleret esse indicium minus de caritate presumentis, aut de pacti federis firmitate quomodolibet hesitantis. Datum — — —

(Schedula). Etiam, Frater carissime, vos in scriptis vestris ad filium nostrum datis insolentias nonnullorum aliorum quam Matthuss, et ut nos opinamur illius societatis scilicet, qui

Digitized by Google

vulgo Fratres nuncupantur, commemorastis, quasi nos in eos imperium seu aliquam potestatem habeamus ex eo, quod quidam eorum nostre lingve vel regni nostri sunt oriundi. Sed quia Serenitas Vestra jam pridem comperit, quod illi ipsi audaciam suam in subditos nostros ausi fuerunt extendere, insultantes Stephanum Eycinger in bonis suis, qui terrigena Marchionatus nostri Moravie est, quos neque minis neque precibus disterrere vel avertere potuimus, donec filius noster manu forte eos depulit vel abegit, non putamus necesse fore Fraternitatem Vestram de nostra sinceritate et animi nostri puritate prolixius certiorare, ubi ipsius facti evidentia nos excusat et expurgat. Datum — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDX.

György cseh király János esztergomi érseket Mátyás királyhoz irt levele tartalmáról tudósitván, előadja, milly ohajtva várta őt Brünbe, hol ha megjelenik, a két ország közt támadott kedvetlenségek könnyen kiegyenlíttethettek volna. Most már, miután ezen ügy a Mátévali egyezmény által fel van függesztve, neki vagy Mátyásnak fegyverre kelni igen czéltalan volna s alattvalóik ezt könnyen csábaságnak fognák tartani. Kéri azért az érseket, jöjön hozzá ez ügyben élő szóval értekezni, vagy ha tud ajánljon e helyett valamelly czélirányosabb módot. Kelet ideje nélkül, de egy régi jegyzet szerint december 22-dikéről 1466.

Digitized by Google

Reverendissime in Christo Pater, Amice Carissime, Scripsimus Serenissimo Fratri nostro, Domino Matthie, Ungarie etc. Regi, super his, que Sua Serenitas nobis et carissimo filio nostro Duci Victorino etc. de factionibus Matthei de Sternberg et nonnullorum aliorum superioribus literis suis crebro commemoravit. Reverendissime Pater, ea que scripsimus, ita se habent, sicut in ipsis nostris literis enarrata sunt. Deus novit, quanto desiderio Amicitiam Vestram apud Brunnam, quantaque exspectatione prestolati sumus. Que si illuc advenisset, de omnibus illis, que tam a Bielkone vestro, quam Mattheo nostro aut quibuslibet aliis ex regno Fratris nostri in regnum nostrum, aut vicissim a nostris in regnum Fratris nostri preter jus acta sunt, facile provisum fuisse. Nunc vero res inveteratas et per tractatus amicabiles hucusque suspensas, vel per nos adversus Bielkonem, aut per Fratrem nostrum adversus Mattheum armis decertare vel ulcisci res est admodum insolita, et a subditis utrinque nostris stupida judicaretur. Ideo Amicitiam Vestram sinceriter adhortamur, qua tenus amicitie conservande studiis inherentes operam dare velitis, qua commoditate vel opportunitate Amicitia Vestra nobis grata et jocunda et diutius exoptata ad nos valeat venire, ut de regnorum nostrorum aut etiam personarum carissimi Fratris nostri nostreque commoditatibus vive vocis officio valeamus sinceriter mutuoque tractare. Aut si Amicitia Vestra convenientiorem apud se viam novit, eandem nobis aperire velit. Nihil enim per nos deerit, quod ad Amicitie nostre mutue rebus spectet et fomentum. Datum —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXI.

Mátyás király Lippai Henrik csehországi főmarsall ügyében, ki az Ország Mihály nádor emberei által szenvedett némi sérelmei miatt, mellyeknek szerzőit, mint minap dicsekedve irta, börtönben tarlja, már harmadszor alkalmatlankodik nála, György királyt megkeresi, hogy Lippait, kinek ő már két izben kielégítőleg válaszolt, de ki követeléseit minden igazságon túl terjeszti, hivassa magához, általa mutattassa elő az ő leveleit, és ha még az ott mondottakhoz valamit találna adandónak, azt közölje vele; mert a köz béke fentartása tekintetéből annak elfogadására is kész lesz, egyedül azt kötvén ki, hogy illy panaszos ügyekben alattvalói kihallgatatlanúl ne ítéltessenek el. Kelt Nagy-Szombatban december 23-dikán 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Serenissimo Principi Domino Georgio eadem gratia Regi Bohemie et Marchioni Moravie etc. Patri et Fratri nostro carissimo, Salutem et dilectionis incrementum.

Serenissime Princeps! Dudum sermone publico usurpatum est, apud nos quoque frequenti versatur proverbio, eos *solere* prius et infensius conqueri, qui inferunt, quam qui per*ferunt* injuriam. Quod profecto, ut cum fiducia loquamur, crebrius jam a subditis Serenitatis Vestre comperimus verum esse, quorum nonnulli patientia forsitan nostrorum abutentes, sicut injuriis priores sunt, ita et ordine mote litis victores esse satagunt, et cum ipsi auctores damnorum sint, actione tamen damni illati prevenire malunt offensos, quam preveniri ab eis. Inter quos ut seria prosequamur, magnificus Henricus de Lip-

Digitized by Google

pa, marescallus Bohemie non advertens vel non volens advertere, quid per eum et subditos ejus contra federa et obligationes nostras mutuas actum sit agiturque, pro quibusdam damnis satis levibus, que sibi illata dicit a famulis magnifici Michaelis Palatini regni nostri, querelas apud nos congeminat, et jam tertio infestus, literas etiam Serenitatis Vestre ad nos misit, ex quibus constat, quod in hac re ad aures quoque Serenitatis Vestre pulsaverit, et tacitis his, que per eum et suos fiunt vel facta sunt, solas offensas suas proposuerit, de quibus tamen in majori parte vindictam sumpsisse et offensores suos in vinculis detineri nuper gloriatus est. Qua in re licet ipse Dominus Henricus justus vel esse vel apparere possit, molestus tamen vel ex eo videri debet, quod de justo et honesto ac rationabili responso nostro contentus esse noluerit, sed quiddam adhuc supra justum et equum petere videtur et prosequi. Cum igitur nos ad petita ejus non inveniamus responsum justius et rationabilius eo, quod eidem binis jam literis dedimus, rogamus Fraternitatem Vestram, ut accersito eo, jubeat produci coram se literas nostras, quibus ei respondimus, et videat, si quid in ea re plus vel magis addi debeat, quod videlicet federibus et communi paci sit. Et postquam indicaverit aliquid addendum esse, non recusabimus equo animo suscipere ea omnia, que communi paci et concordie conservande magis congrua videbuntur. Illud tamen in bis et omnibus aliis querelis occurrentibus summopere observari apud Serenitatem Vestram optamus, ne subditorum nostrorum cause inaudite et ignorate damnentur. Datum Tyrnavie XXIII. Decembris, anno Domini M° CCCC° LXVJ° etc.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXII.

Mátyás király Lippai Henriket Csehország főmarsallját értesíti, miszerint harmadik panaszos levele következtében György cseh királyt szólította fel, ítélje meg, tehet-e még többet annál, mit neki méltányos válaszaiban már kétszer ajánlott. Kelt Nagy-Szombatban december 23-dikán 1466.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. Magnifice Vir, nobis dilecte. Querelas tuas et petitiones super una eademque re jam tertio ad nos delatas equo animo admitteremus, si contentus esse voluisses super justo et honesto responso nostro, quod jam binis literis tibi dedimus. Sed quia adhuc aliquid super justum et equum videris querere, scripsimus Serenissimo Domino Regi Bohemie, Domino tuo, ut ipse videat et dijudicet, si quid ultra ea, que tibi obtulimus, pro communi pace conservanda ex parte nostri addi debeat. Nos enim omnia, que federibus initis et concordie mntue convenientiora videbuntur, libenti animo snseipiemus. Datum Tyrnavie, die XXIII. Decembris Annorum Domini M° CCCC° LXVJ° regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXIII.

György cseh király János esztergomi érseknek a Sternberg Máté ügyében hozzá intézett levelére röviden de érdemileg ugyanazokat válaszolja, miket Mátyás királynak adott válaszában terjedelmesen kifejtett. Egyébiránt ez ügyben mind Mátyás király, mind az érsek az ő szándékáról bővebben fog értesíttetni tanácsosai által, kik a jövő vízkereszt napján a magyar király tanácsosaival Gödingnél és Szakolczánál összejövendenek. Kelt Prágában december 31-dikén 1466.

Reverendissime in Christo pater, amice carissime. Recepimus literas Paternitatis Vestre decima nona presentis mensis per vos datas, que nobis admodum grate fuerunt, quia bonam mentem et intentionem Serenissimi Fratris nostri in principio sui nobis promittunt, de qua numquam dubitavimus, suamque Serenitatem de nobis hoc idem sperare et indubie tenere semper optamus. Quod autem Paternitas Vestra quandoque pungere videtur, quasi nos et illustris dux Victorinus filius et princeps noster super injuriis contra pacta et federa regno Ungarie ut dicitis illatis sepenumero moniti numquam reformare curaverimus, vos vero certissime scire, quod in Serenissimo fratre nostro nil defecerit, quominus omnia pacta plene observarentur, sed et de presenti statu queri videmini, qualiter subditi nostri apertum bellum Serenissimo fratri nostro ejusque regno inferant, asserentes quidam ex ipsis, hec nostra permissione se facere, tandem verissime concluditis, quod si ita est, nihil pejus contra fidem et federa actum esse potest, he quidem puncture et hi stimuli, quos ex sincero corde vestro prodire non dubitamus, neque urgent, neque commovent animum nostrum, quia scimus non ad injuriam vel offensam no-

Digitized by Google

stram, sed ex sinceritate vestra hec prodiisse. Et quia pridie quam illas ipsas literas undevigesima Decembris datas *accipe*remus, alias nostras responsales snper *quibusdam prioribus* literis a Serenissimo fratre nostro rege, *Vestraque Paternitate* ad nos datis non multum alterius tenoris quam illius quem vestre novissime litere contineant, plenissime respondimus, in quibus seriatim explicuimus, quibus de causis monita Serenissimi Fratris nostri contra subditos nostros regni sui ac vicissim contra subditos suos nostrorum invasores suspensa fuerint vel dilata, scilicet propter conventionem Serenissimi fratris nostri vel saltem Paternitatis Vestre Brunnam, quam permaxime speravimus et adhuc de eadem Paternitate Vestra speramus, non dubitantes, quin si talis conventio processisset, aut si adhuc eadem Paternitas Vestra nobiscum convenerit, pro qua re competentem locum non recusabimus, cuncta optime provideri, ut in prioribus literis nostris latius explicitum est. Quod autem asseritis quosdam fratri nostro palam inferre bellum, et quosdam ex eis se jactitare etc. Reverendissime pater, quisquis ex illis se jactitat nostro scitu aut voluntate se bellum gerere ant quomodolibet invadere in Serenissimum Fratrem nostrum, hic nobis gravissimam infert injuriam et nos culpat fedifragii, prout Vestra Paternitas optime censuit. Et quia tales invasores nobis non aliter describitis, non satis clari intelligere valemns, quinam sint illi. Nam si forte illos denotatis, qui se Fratres nuncupare consueverunt, in eos eerte non habemus imperium, qui et nostros subditos in Moravia nostra residentes ibique foventes domicilium jampridem invaserunt. Quos nullis literis neque minis disterrerc poteramus, donec illustris dux Victorinus filius et princeps noster nostro mandato bello publice proclamato eos tandem exegit, eduxit et abegit. De qua re et mente nostra Serenissimus Frater noster Vestraque Paternitas Reverendissima per consiliarios nostros ad festum Epiphanie apud Guodingen et Gallicz cum consiliariis sue Serenitatis comparituros plenius certiorabitur et reddetur clarius instructa. Nos enim fedus cum fratre nostro ictum solemniterque depactum tenacissime servabimus, quod et hactenus semper observasse non dubitamus, et cuncta porro federa nostra

Digitized by Google

fideliter, constanter et annuente domino firmissime custodiomus, idemtidem de Sua Fraternitate confidentes. Datum Prage, Ultima Decembris, Anno Domini M° CCCC° LXVJ°.

Palacky közléséből.

CDXIV.

Az esztergomi érsek György cseh királyt tudósitván Máté ügyében irt levelének vételéről, mellyben őt arról mit e dologban Mátyásnak irt értesíti, megírja neki, miként Mátyáshoz irt levelének tartalma ennek tanácsában tárgyaltatott, és ennek következtében a király neki írt is. Hogy Brünben a két ország közti békét czélzó értekezletekre meg nem jelenhetett, nem rajta mult, mert már valóban utnak indulván oda bizonyosan elment volna, ha némelly cseh alattvalók utját el nem zárják, cselekkel meg nem rakják. Azonban ezen uttól még most sem vonakodik, miután ura királya oda menetelét megengedte s hiszi hogy illy módon az egyesek kölcsönös viszályai könnyen kiegyenlíthetők lesznek. Kéri e végből őt, intézkedjék úgy, misszerint azok által, kik menedéklevelét mibe sem szokták venni, utjában ne gátoltassék és visszatérésre ne kényszerittessék, egyszersmind az összejövetelre valamelly, Magyarország határaihoz közelebb eső helyet kér kijelöltetni. Kelt december 31-dikén 1466.

Archiepiscopus Strigoniensis, Regi Georgio.

Serenissime Majestati Regis Bohemie.

Serenissime Princeps et Domine. Accepimus literas Se-

Digitized by Google

renitatis Vestre, quibus significat domino nostro regi scripsisse super bis, que sua Serenitas illustri domino Victorino duci filio ejus scripserat de factionibus Matthei et nonnullorum aliorum etc. Qua in re sciat Vestra Serenitas *literas ipsas* domino nostro regi fuisse presentatas et de his que in iilis scripta erant in consilio diu agitatum et demum literis ipsius domini nostri Regis super ea re Serenitati Vestre responsum est. Voluissemus tamen alio ordine actum esse ab utraque parte. Ubi autem Serenitas Vestra scribit, magno desiderio nostrum adventum ad Brunnam exspectasse, quod ibi tam de Bielkonis quam etiam de Matthei differentiis provisum fuisset, etc. In quo Vestra Serenitas sic existimet, non minori nos desiderio atque studio ad illam venire affectasse, tam pro illis differentiis componendis quam aiiis negotiis tractandis ad pacem et tranquillitatem utriusque regni spectantibus, nec in nobis defuisset, jam enim viam ceperamus, venissemusque procul dubio ad Vestram Serenitatem si nobis per ejus subditos illic proficisci prohibitum non fuisset. Sed certe intercluse erant nobis undique vie plurimis insidiis, satisque exploratum habebemus, nequaquam nos ad Vestram Serenitatem salvos, tutos et securos pervenire posse. Nos vero ne nunc quidem ire recusamus, si modo tute pertransire possumus. Nam postquam nos Vestra Serenitas adhortatur ut ad illam veniamus, permissum est nobis a domino nostro rege, ut ad beneplacitum Serenitatis Vestre illic proficiscamnr, dum Vestre Serenitati conveniens videbitur et si nobis impedimentum non interveniat. Iste vero perturbationes et parvule quedam contentiones, que inter subditos binc inde concitate sunt, facile via invenietur qua sedentur et componantur. Verum si nobis ad Vestram Serenitatem transeundum est, provideat taliter, ne cum ire voluerimus, rursus redire cogamur, ut alias evenit. Sunt enim quidam ut prediximus, qui vestre quoque Serenitatis salvum conductum parvi pendunt atque omnino contemnunt, nosque eorum promissis numquam credere volumus. Aliud est, quod necessarium erit, ut nobis proprius alicubi circa metas regni Ungarie locum conventionis Serenitas Vestra deputet, ne longinquiori itinere detur occasio malignandi eis qui obsistere

Digitized by Google

vellent. Datum Tyrnavie, ultima Decembris, Anno Domini M° CCCC° LXVJ°.

Johannes Archiepiscopus Strigoniensis primas Ungario et Apostolice Sedis Legatus natns.

Palacky közléséből.

CDXV.

Protász olmützi püspök tudósitja János esztergomi érseket, hogy azok, miket értekezéseik után még Prágában György király elé terjesztettek, ennek tetszettek, kivált pedig az, hogy őt meglátliatja; azonban miután országgyülést kell tartania, az ott végzendők fontossága miatt nem határozhatta meg az összejövetel helyét. Később azonban Giezinsky által rendelést vett attól, hogy őt, az érseket, minel előbb tudósitsa arról, miként a király Brünbe határozta az összejövetelt. Miről őt olly kérészsel értesiti, hogy maga határozza meg annak napját. Kelt a wissawoi várban december 31-dikén 1466.

Reverendissime in Christo pater ac domine pater mihi observandissime, post sui humilem commendationem.

E Praga reveni, ibi existens una cum magnifico Domino cancellario serenissimo regi nostro tractata exposuimus et singula cum placuissent, hoc ultra cetera laudatum probatumque a Majestate Sua, ut videlicet suum, quem hodie Varadi-

Digitized by Google

ensem nominat, videret. Sed quia conventus regni incolarum mox celebrari debeat, non potuit propter res non parvas in eodem peragendas Serenitas Sua mentem ad conveniendum stabilire, sicque me dimisit. Preterita vero die, cum ex Olomuc Wyssaw versus irem, obvium habui amicum carum dominum Giczinsky, qui mandata hec ferebat, ut quamprimum Paternitati Vestre Reverendissime notificarem, *Majestatem Suam* jam deliberasse eum conventum cum Paternitate Vestra Brunne velle celebrare, quam et ego, mandata Serenitatis Sue exequens, Paternitati Vestre hisce notifico, oroque ne opus optime ceptum deseratur. Speratur enim ab omnibus, quibus cure est pax corporis et anime, banc rem nonnisi bene eventuram, et quanto celerius, eo melius, propter multa que tractu temporis possent contingere. Paternitati Vestre Reverendissime igitur erit diem conventui statuere, in me non deerit, ut Majestas Regia ad eum veniat, omni diligentia elaborare. Quam Altissimus conservet. Datum in Castro Wyssaw, ultima Decembris, Anno etc. LXVJ° E. Paternitatis Vestre Reverendissime

filius Protbasius Episcopus
Olomucensis.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXVI.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja, hogy az ágyukhoz tartozó bizonyos, közönségesen csigának nevezteteti szerszámokat, mellyeket nem nélkülözhet, minden kaladék nélkül küldje hozzá. Kelt a Kosztolány alatti táborban, január 1-sején 1467.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti viri fidelea nobis dileoti. Relicta sunt in illa Civitate nostra Posoniensi quedam instrumenta ad Bombardas nostras pertinentia, vulgariter Chijga vel Czwg appellata. Unde mandamus Fidelitati Vestre firmissime, quatenus statim et in continenti visis presentibus omni mora postposita pretacta instrumenta ad — — — — — disponere et celeriter huc Maiestati nostre transmittere omnibus modis debeatis. Quoniam eis nullo modo carere possumus, Secus facere non ausuri. Datum in descensu nostro exercituali sub fortalitio Koztholyan in festo Circumcisionis Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Septimo, Regni nostri anno nono, Coronationis vero tertio.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Viris Magistro Civium ac Judici et Juratis Civibus Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

CDXVII.

Mátyás király előre bocsátván, miszerint ő Pozsony városa kérelmére különös kegyelméből azon összeg pénznek és kamatainak lefizetését, mellyel némelly pozsonyi polgárok a pozsonyi zsidóknak tartoznak, e levele vételétől számitandó fél esztendőre elhalasztja, úgy azonban, hogy azalatt a város két polgárt, a zsidók is kebelökből kettőt válaszszanak, kik a kérdéses adósságnak mind tőkéjét, mind kamatát lelkiismeretesen szabják meg, — meghagyja Alsó-Lendvai Bánfi Miklós pozsonyi ispánnak és Pozsony vára alvárnagyainak, valamint Bőhm Tamás pozsonyi zsidó bírónak, miszerint ezen pénzek miatt a mondott idő alatt az adós pozsonyi polgárokat zaklatni ne merjék. Kelt Nagyszombatban január 8-dikán 1467.

Commissio Domini Regis.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Qnod nos tum ad humillimam supplicationem fidelium nostrorum prudentium et circumspectorum Judicis Juratorum ceterorumque Civium Civitatis nostre Posoniensis per eos nobis propterea factam, tum vero ex gratia speciali solutionem cuiusdam summe pecunie, qua certi ex ipsis civibus ipsius Civitatis nostre et in suburbio ejusdem commorantes, Judeis similiter in eadem Civitate nostra commorantibus, ac etiam usure, que super eadem summa pecunie excrevisset, infra medium annum a dato presentium literarum nostrarum computandum, duximus prorogandum, imo prorogamus per presentes. Ita tamen quod prius ipsi Judex ac Ju-

Digitized by Google

rati et Ceteri Cives, duos Cives ex ipsis in dicta Civitate nostra commorantibus, prefati autem Judei similiter duos Judeos, ex ipsis eligant, qui tam Capitalem summam pecunie ipsis Judeis debitam, quam etiam usuram que super eadem excrevisset, taliter et ita conscienciose limitent, ut cuilibet parti iustitia observetur, et tandem iuxta eandem limitationem huiusmodi summam pecunie ac usuram elapso dicto medio anno, dictis Judeis persolvant. Quocirca Vobis Fidelibus nostris Magnifico Nicolao filio Bani de Alsolindwa Comiti Posoniensi eiusque vicecastellaneis in Castro nostro Posoniensi constitutis seu constituendis, Item Thome Pehem Judici prefatorum Judeorum harum serie firmiter mandamus quatenus receptis presentibus prefatos Cives dicte Civitatis nostre Posoniensis vel eorum alterum, occasione premissorum ultra predictam commissionem nostram ac limitationem per prefatos duos Cives ac alios duos Judeos faciendam ad instantiam prefatorum Judeorum intra vel extra Judicium infra tempus prefixum contra premissam nostram prorogationem ac limitationem impedire et perturbare non audeatis. Datum Thirnavie feria quarta proxima post festum epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo Septimo, Regni nostri anno nono coronationis vero tertio.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

CDXVIII.

György esek király tudósitja Mátyás királyt, miszerint a kötelezteteseket gyakran emlegető, de nem minden keménységtől ment levelét vette és szivesen fogadta, mivel azt jó indulatból eredetinek gondolja. A királylyal, azon kivánságára nézve hogy ők egymással ne csak szavakban, hanem jó tettekben is versenyezzenek, egyet ért, de csodálkozik az e tekintetben iránta nyilvánitott kétkedésen. Ő ugyanis egyedül jó indulata által hagyta magát Baumkircher Andrásnak, a király kedves emberének, javaslatára arra vétetni, hogy követeit országa határszéleire küldje, a királynak Magyarország szélére küldött követeivel értekezendőket. Ezek a király levelében érintett minden kérdésre nézve az ő tiszta szándékát bizonyitólag fognak intézkedni. Végre igen ohajtja barátjának, az esztergomi érseknek, hozzá küldetését; ennek útja biztositására maga is kész volna Morvaországig elébe menni, ha az ország halaszthatatlan ügyei, mellyekkel egész februárban sőt az után is a bőjt majdnem egész első felében foglalkoznia kell, ezt megengednék; meghagyta azonban fiának Victorinnak, hogy személyesen menjen az ország szélére s onnan vezesse hozzá az érseket, kit biztosan visszakisértetni is igér, és kivel bizalmasan értekezve minden eddig netalán általa mellőzötteknek látszott kérdésekre nézve felelni fog. Kelt Prágában január 10-dikén 1467.

Litere Georgii Regis ad Regem Matthiam.

Serenissime Princeps, Frater charissime! Literas Serenitatis Vestre officialitatem sepe commemorantes, non antem

Digitized by Google

asperitate omnino vacuas, grato nihilominus animo suscepimus, quia eas ex sinceritate mentis vestre prodiisse nobis indubie pollicemur. Solebant enim veteres cibos, si quando splendide epulari volebant, sale pipere etc. salire vel condire, vel ipsis ut jus et salsamenta in mensa iuxtaponere, quibus fastidientem stomachum ad epulas incitarent. Nos pariliter scripta Fraternitatis Vestre tanto gratius amplectimur, quanto sincerior animus Fraternitatis Vestre nobis in illis aperitur. Nam quod eadem Fraternitas Vestra se aut suos magis a nobis aut nostris lesam vel neglectam esse putat, hoc tamen verbis decertandum aut literis vicissim mittendis expugnandum esse, quemadmodum Vestra Fraternitas censuit, ita et nos officiale inter nos utrinque fore deputamus. Sed quod in principio et fine literarum vestrarum fraterne meministis, ut benivolentia et beneficijs verbo factoque certemus, id profecto prudentie et benignitati utriusque nostrum permaxime congruit et conducit, nosque per ora hostium, emulorum omniumque finitimorum laudibus effort, preconijs extollit, nostramque et regnorum nostrorum confirmat auctoritatem. Satis autem admirari cogimur, quod Vestra Fraternitas vereri videtur, ne nostri parte vobis facta opportuna reddantur, prout in principio et fine literarum vestrarum attingitur, imo vero explicatur. Nisi enim animus sincerus in nobis diu antea fuisset, Oratores nostros ad Serenitatem Vestram in terminis regni nostri cum Fraternitatis Vestre oratoribus similiter in confinijs regni vestri tractaturos volendi transmittere, satis ut remur Serenitas Vestra conjicere potest, nos suasibus Andree Paumkircher, quem Fraternitati Vestre gratum et acceptum et familiariter dilectum esse cognouimus, quamvis et nobis benivolum esse putemus, minime permoti fuissemus, Sed quod animo iam dudum inheserat, perfacile fuit, vel levi quadam admonitione excutere. Ceterum de singulis in literis Vestre Serenitatis contentis, que re ipsa Serenitas Vestra verbis expurgari vel dissolvi debere censet, oratores nostri plenissime instructi cum vestris oratoribus agent, taliter se ut credimus habituri, quod Fraternitas Vestra de sinceritate mentis nostre certissima reddetur. Porro quod maxime necessarium est, nobisque gratissi-

Digitized by Google

mum, quod Reverendissimus in Christo pater Archiepiscopus Strigoniensis amicus noster charissimus ad nos *usque mitteretur*, in qua re eadem Fraternitas *Vestra vereri videtur, ne* quid siuistri persone sue incidat vel *occurrat, sciat Serenitss* Vestra, tantum nobis esse desiderium cum eadem Reverendissima Paternitate super regnorum nostrorum utrinqne commoditate tractandi, quod nisi arduis et inevitabilibus nostris ac regni nostri negocijs, quibus per totum instantem mensem Februarium ac deinde per plurimos dies saquentes solemnitatem quatuor temporum, ne dum caput sed fere dimidium quadragesime transigere haberemus, nos profecto minime piguisset usque ad Moraviam personaliter iisse, quod nunc efficere commode minime valemus, ne quid nostri parte deficiat. Sed ut omnia scrupulns quoad securitatem prefati Reverendissimi Patris tollatur e medio, commisimus Illustri Victorino duci Minsterbergensi et Comiti Glacensi filio nostro carissimo, ut personaliter ad metas regni nostri se conferat, et prefatum Reverendissimum patrem dominum Strigoniensem ad nos usque conducat, quem etiam pro honoris nostri debito sneque Paternitatis merito salvum reducere non dubitamus. Cum quo fiducialiter tamquam cum Vestra Fraternitate tractabimus, ut per ipsum etiam ad singula que nuno preteriisse vel transiliisse videri possemns, respondisse videamur. Datum Prage decima Januarij, Anno etc. LXVII°. (Bohemica versio: „ w nedeli po boziem krtenj).

Palacky közlésében.

Digitized by Google

CDXIX.

György cseh király értesíti az esztergomi érseket, hogy levelét kedvesen vette s őt valamint Brünbe szivesen várta, úgy eljövetelét most is tiszta szivvel ohajtja. Kész volna Morvaországba személyesen átmenni, de ezt elfoglaltatása jelenleg nem engedi meg. Kéri azért őt, szíveskednék hozzá Prágába jönni, tudósitván úlja biztositására tett intézkedéseiről. Kelt Prágában január 10-dikén 1467.

Reverendissime in Christo pater, amice carissime. Recepimus literas Paternitatis Vestre nobis admodum gratas et jocundas, et inprimis vos existimare,credere, scire ac minime dubitare volumus, quecunque vobis scripsimus, sicut ex ore aut calamo, sic ex corde processerunt. Et qnemadmodnm presentiam Paternitatis Vestre apud Brunnam manentes ferventer exoptavimus, ita et nunc sinceriter affectamus atque desideramus. Vellemus etiam si qualitas et conditio rerum nostrarum adaptari vel etiam id sustinere posset, ad Moraviam pergere nosque personaliter illac transferre. Sed conditio presentis temporis hoc minime permittit, quia totus mensis Februarius in arduis nostris et regni nostri negotijs nobis exigendus est. Et regnorum Ungarie Bohemieque status vestram conventionem cum persona nostra multis ut remur causis efflagitat. Non gravet oramus Reverendissima Paternitas Vestra personaliter ad nos usque Pragam accedere, quod nos ad amicitiam imputamus singularem. Quod autem ad securitatem persone vestre attinere quoquo modo potest, iam plane providimus. Quia illustris gnatus noster carissimus Victorinus dux Munsterbergensis princeps noster et Capitaneus Moravie de mandato nostro Amicitiam Vestram in finibus regnorum utrinque nostro-

Digitized by Google

rum suscipiet, et usque ad nos personaliter adducet, vos minime desertnrns aut relicturus, donec ad nos perducat. Eritque officij nostri debitum parili provisione Paternitatem Vestram usque in suam tutelam salve secureque reduci facere et curare. Quod et pro nostre Maiestatis honore ac pro dignitate Paternitatis Vestre diligenter curabimus et efficiemus. Datum Prage, decima Januarij, Anno Domini Millesimo qnadringentesimo Sexagesimo Septimo. (Versio Bohemica „w nedeli po boziem krtenj.“)

Palacky közléséből.

CDXX.

Mátyás király Victorin münsterbergi herczeg levelére, mellyben az úgy nevezett testvérek társulatának megfékezése iránt kölcsönös barátságuk tekintetéből gondoskodását igéri, válaszképen azon reményét nyilvánítja, hogy ezen igérete folytán morvaországi kapitányi tisztéhez képest nem fogja megengedni, mikép azok onnan Magyarországra csapkodjanak; ellenkező esetben kénytelen leend magát védni, bár örömest megtesz mindent a kölcsönös barátság fentartására. Mi illeti végre a herczeg azon kivánságát, hogy küldene Szakolczába követeket a testvérek iránti értekezés végett, tudatja vele, miszerint a cseh király által e végett hozzá küldött követtel Kostka Alberttel már mindent elvégzett. Kelt a Kosztolány alatti táborból január 22-dikén 1467.

Digitized by Google

Mathias Dei gratia Rex Ungarie, Dalmatie, Croatie etc. Illustri principi Victorino, Duci Munsterbergensi etc. ac Capitaneo Marchionatus Moravie Salutem et fraterne dilectionis affectum.

Illustris princeps, Frater carissime. Accepimus literas Vestre Fraternitatis sollicitndinem conservande amicitie nostre et regnorum nostrorum et Moravie in eo continentes, ut factio eorum, qui se Fratres appellant, quique ex ipsa Moravia in regnum nostrum insultus faciunt, prohibente Vestra Fraternitate ab omni insultu et damno in nos et regnum nostrum faciendo se ulterius cohibeat. In qua re magnopere commendamus Fraternitatem Vestram arbitrantes mutue amicitie ac pacifico statui dictorum regnorum nostri et Moravie, nec non federibus et obligationibus cum Serenissimo Rege Bohemie patre nostro initis opportunum et opere pretium esse. Confidimusque causis ex premissis, et potissimum ut amicitie nostre et federibus cum dicto Rege Bohemie initis satisfiat, Vestram Fraternitatem ex officio Capitaneatus sui etiam in futurum omnes insultus et rumores in regnum nostrum ex Moravia fieri prohibere. Alioquin si lacessiti iniuria ex Moravia fuerimus, speramus Deo adiuvante nos defendere posse, protestamurque nihil in nobis defuisse, quod ad conservande amicitie robur conducere potuisset. Preterea de eo quod Fraternitas Vestra scribit ut ad Galicz aliquem ex nostris cum nostro mandato mitteremus tractaturum cum homine Vestre Fraternitatis ad eum locum deputando in causa que illos Fratres concernit, respondemus tanta super ea re Magnifico Alberto Kostka per Serenissimum Regem Bohemie patrem nostrum ad nos misso tractasse, ut nihil intactum sit dimissum. Que cuncta Vestre Fraternitati disseruisse non dubitamus, prout etiam scribit nobis Fraternitas Vestra in literis suis. Datum in descensu nostro exercituali sub fortalitio Kostolan in festo beati Vincentij Martyris, Anno Domini M° CCCC° LXVIJ°, regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Ad mandatum Domini Regis
Georgius etc. Vicecancellarius.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXXI.

György cseh király tudósítja Mátyás királyt, miszerint Eizinger István ügyében február 25-dikét tűzte határnapul és kész akkor a köztöki szövetség értelmében alattvalója fölött igazságot szolgáltatni, ha addig az ügyet Mátyásnak megegyezésével barátságosan el nem intézheti. Egyébiránt, ha a király talán némelly fontos dolgai miatt más alkalmasb határidőt kivánna kitűzetni, erre is egész készséggel rááll. Kelet ideje nélkül, de valószinüleg januárban 1467.

Serenissime Princeps, Frater carissime. In causa sagittarum, telorum aut iaculorum, que Vestre Serenitati comparata et advecta, vei ut adveherentur destinata fuere, que Stephanus de Eycinger abstulisse, usurpasse vel occupasse dicitur, diem sibi prefinivimus, scilicet vigesimum quintum mensis proximi Februarij, qui est dies crastinus S. Matthie Apostoli. Si ergo Vestra Serenitas procuratores, nuncios vel oratores suos unum vel plures ad diem prefinitum destinare voluerit, parati sumus iustitiam incunctanter, inxta formam federis nostri, de subdito nostro ministrare. Nisi forte de concensu et voluntate Fraternitatis Vestre causam ipsam amicabiliter aut sincero tractatu componere valeamus. Ceterum si Vestra Serenitas alijs forte arduis occupata in diem prefinitum ad causam tractandam sufficienter mittere non posset, alium terminum Vestre Serenitati melius accomodum prefigere et eo modo premisso causam terminare minime recusabimus. Super quo Fraternitatis Vestre responsum postulamus, ne quisquam frustra fatigetur aut expense committantur inanes. Datum — —

— — — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXXII.

György esek király értesíti Kostka Albertet, hogy leveléből a magyar királylyali tanácskozásokban tanusított ügyekezeteit megelégedéssel értette; különösen örül azon tudósításának, miszerint a magyar király személyes összejövetelt ohajt vele, miben ő is legkészebben megegyezik. Miután pedig azon helyeket, mellyek közte és a magyar király közt feküsznek, mind fekvésökre mind alkalmas voltukra nézve ő jól ismeri, de azon terhes foglalatosságok is, mellyek most rajta feküsznek, előtte tudva vagynak, rá bizza, hogy a magyar királylyal az összejövetel kelyére s idejére nézve ezekhez képest értekezzék. Kelet nélkül, de a körülményekhez képest január végén 1467.

Nobilis dilecte fidelis. Ex literis tuis ad nos datis plane intelleximus sollicitudinem tuam, quam fideliter ac diligenter in tractatibus cum Serenissimo Domino Hungarie etc. Rege, Fratre nostro carissimo, pro ingenio tuc discretionis habitis impendisti, eamque gratam ferimus et acceptam, plurimumque commendamus. Maxime autem exhilarati sumus in eo, quod nobis scripsisti, quod prefatus carissimus Frater noster nedum fraternum, sed ut ex benignitate sua et fervore caritatis sibi dicere collubuit, filialem ad nos affectum usque adeo gerit, ut nos ambos reges personaliter convenire sincera mente concupiscat. Ex hoc enim et nos tanti amoris pares vices reddere cupientes, non minori affectione permoti sumus dignas operas impendere, quo nostrum utrinque desiderium optatum assequatur effectum. Tuum igitur erit officium, qui omnes terras et loca, que inter nos et Fratrem nostrum carissimum supradi-

Digitized by Google

ctum interjacent, bene nosti, et uniuscuiusque capacitatem, opportnnitatem et in eis victualium *suppetentiam et quidquid* ad usum regum et cnriarum eorundem *et personarum ipsos* sequentium et jnmcntorum suorum *vel evectionum* sustentacionem pertinere dinoscitur, satis superque intelligis, ut pro tua industria, quam iam dudum et in hoc presenti *articulo comprobavimus*, rem ipsam bonis ut speramus auspicijs *ceptam*, non minori studio prosequaris, scilicet opportunitatem iuxta mentem prefati Serenissimi Fratris nostri discutias et explores, nostram quoque conditionem iuxta negotiorum, que nunc nobis imminent, qualitatem vicissim ponderes, que omnia tamquam tibi satis nota silentio transimus. Et ex his cum prefato carissimo Fratre nostro de loco et tempore convenienti, ubi de necessitatibus personarum ac regnorum nostrorum tractari et laudabiliter concludi valeat, quemadmodum reges et fratres bene decet, sinceriter agas, nobisque quid egeris significes. Quoniam pro amoris fraterni vinculo, quo eidem Fratri nostro sumus astricti, locum aptum vel idoneum minime recusabimus. Et hec omnia tue permittimus diseretioni, qui longe plura nosti, quam epistolari tabella tam brevi valeamns explicare.

Insuper et que Lamberger apud Imperatorem obtinuerit nobis ocyus significare procures. Et cum Dens tibi valetudinem corporis et ambulandi facultatem restituere dignabitur, ad nos personaliter properare festines.

Palacky kőalésából.

Digitized by Google

CDXXIII.

Kostka Albert Mátyás királynak megküldvén György királynak az előbbi szám alatt említett levelét, megjegyzi, miként a czeh király a most következő februárban némelly országnagyokkal fog értekezni, miben mint gondolja február első része eltelik, az után pedig az ország régi szokása szerint a kormány ügyeivel kell foglalkoznia, úgy hogy a böjt felének eltelte előtt nem lehet ideje az összejövetelre; a személyes összejövetel helyére nézve is ohajtja tekintetbe venni, hogy őt a mindenható ifjúsággal és szilárd állandó egészséggel áldotta meg. Kéri tehát, hogy mind a helyre mind az időre nézve akaratját ezekhez képest tudassa minél előbb vele. Kelet nélkül, de a levél tartalma szerint január végén 1467.

Serenissime Princeps, Domine gratiosissime!
Humillima recommendatione premissa.

Serenissimus Dominus meus Bohemie Rex hanc operam mihi delegavit et seriosius iniunxit, ut cum Maiestate Vestra Serenissimus Rex et dominus meus idonee et apte opportuneque conveniatis. In qua re sincerius versari non valeo, quam Vestre Maiestati Serenitatis Sue litoras ad me datas presentibus introclusas precipue destinare. De reliquis, que Serenitas domini mei regis ut suis verbis utar, silentio transivit, hoc primum humiliter aviso, quod Maiestas Sua per mensem Februarij nunc instantem cum quibusdam baronibus Sue Maiestati renitentibus habebit tractare. In quo tractatu ut autumo, prima pars illius mensis transigetur. Succedit deinde angaria quatuor temporum, in qua ex vetusto regni more habebit ipsius regni

Digitized by Google

negocijs incumbere, ita quod ante medium instantis quadragesime non bene vacat neque suppetit tempus aptum utrinque conventioni vestre. De loci autem opportunitate ipsa Maiestas Vestra velit cogitare et mihi significare, ne ego parvulus quidquam videar arbitrari vel prefinire. Sed et de hoc Maiestas Vestra rationem habere velit, quod Deus omnipotens illam pro etatis sue natura et conditione bona valetudine et robore virium, quin etiam persone elegantia largiter dotavit, et mentem suam his omnibus ponderatis mihi significare diligenter. Datum — — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDXXIV.

György cseh király tudósítja az esztergomi érseket, miszerint Kostka Albert leveléből megértette, milly jó indulattal járt el azon értekezletekben, mellyeket Albert a magyar királylyal folytatott, és mellyek szerint ez vele személyes összejövetelt kíván, mit ő is igen ohajt; de hogy ezen összejövetel kívánt sikerű legyen, az érsek személyes jelenlétét mulhatatlannak látja, azért felszólítja őt, ne maradna el. Kelet nélkül, de a körülmények szerint január végéről 1467.

Georgius Bohemie Rex ad Archiepisoopum Strigoniensem.

Reverendissime in Christo pater, amice charissime. Scripsit nobis dilectus fidelis noster Albertus de Postupic, quam

Digitized by Google

benigne, quamque sinceriter Paternitas Vestra se prebuerit in tractatibus, quos idem Albertus cum Serenissimo Fratre nostro Ungarie etc. Rege Vestraque Paternitate iampridem habuerit, per quos eo usque ventum est, quod ipse frater noster carissimus nobiscum personaliter convenire cupierit. Quod nos utique pro fraterni amoris debito non minus ardenter desideramus. Scripsimus ergo eidem Alberto, ut rem deo auspice bene ceptam non minore diligentia prosequatur. Et quia hec omnia sub precipua fiducia quam erga Paternitatem Vestram gerimus taliter prosequenda decrevimus, ideoque Reverendissimam Paternitatem Vestram sinceriter adhortantes obnixe rogamus, quatenus operam dare velitis, quo ipsius Fratris nostri nosterque mutuus affectus optatum consequatur effectum, ita tamen ut Vestre Reverendissime Paternitatis non desit presentia, per quam speramus rem illam a vobis et omnibus piis presentibus maxime optandam ad bonos fines conducere, sed et ipsius carissimi Fratris nostri, nostramque et regnorum nostrorum utrobique conditionem ex nostra conventione, Vestro tamen interventu, fieri meliorem. Datum — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDXXV.

Mátyás király Victorin herczeget emlékeztetvén több levelében tett igéretére, miszerint a Morvaországból Magyarországot háborgatókat szabolázni fogja s tudósítván hogy ezek már most kezeibe kerültek, felszólitja őt hogy némelly magyar alattvalóit, kik Morvaországban méltatlanul tartatnak fogva,

Digitized by Google

minden díjfizetés nélkül bocsáttassa szabadon, Morvaországban lévő ellenségeit pedig ne pártolja; mert ő ezeket szükség esetében ott és egyebütt akárhol is fel fogja keresni, a békét a cseh királylyal egyébiránt sértetlenül fentartván. Kelt *Nagy-Szombatban február 2-dikán 1467.*

Matthias Dei gratia Rex Ungarie, Dalmatie, Croatie etc. Iilustri Principi Domino Victorino duci *Munsterbergensi* et Capitaneo Marchionatus Moravie, Fratri *nostro*, *Salutem*.

Illustris Princeps, Frater noster. Sepius Fraternitas Vestra scripsit, quod nobiscum regnoque nostro pacem, amicitiam et vicinitatem bonam coleret et observaret et hos qui ex illo Marchionatu hoc regnum nostrum ingressi, offensas et turbationes in eodem patrarent, ab eodem regno nostro avocaret et de maleficijs inferendis cohiberet. Id quidem veterum federum conditio *inter nos et* Serenissimum principem dominum *Georgium eadem gratia Regem* Bohemie nostrum et vestrum patrem *utrinque initorum* exigit, et nostre voluntatis omnino est, *federe* ipsa, pacem et amicitiam ac fraternitatem non dissoluere, sed firmiter observare. Itidem quoque a Fraternitate Vestra et prefato nostro et vestro patre observari optamus. Devenerunt autem hi, qui regnum turbabant, ex Dei nutu iam in manus nostras. Certi quoque ex nostris subditis, nulla penitus per eos offensa vestris illata in illo Marchionatu capti tenentur, et habemus ibidem quosdam adversarios. Rogamus ipsam Fraternitatem Vestram ad huiusmodi federa et amicitiam, quatenus dictos subditos nostros de captivitate libere et absque ulla taxatione emitti faciat, prefatosque adversarios nostros illic sub Capitaneatu et dominio suo non foveat, alioquin sciat ipsa Fraternitas Vestra quod omnino intendemus pro requisitione et eliberatione dictorum subditorum nostrorum, prefatos insuper adversarios nostros in illo Marchionatu ac etiam alias inquiremus, pace et federibus inter nos ac dictum dominum regem, nostrum et vestrum patrem, nec non etiam inter ipsam Fraternitatem Vestram inconcusse omnino manentibus. Secus iterum

Digitized by Google

rogamus non faciat ipsa Fraternitas Vestra. Datum Tyrnavie, Purificatione beate Marie virginis, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Ad mandatum domini regis.

Palacky kösléséből.

CDXXVI.

Victorin herczeg tudósítja Mátyás királyt, hogy február 2-dikáról kelt levelét vette, azt atyjának elküldötte, hogy az említett foglyok ügyében atyjának ez iránti intézkedéséig mindent el fog követni, mit kapitányi tisztе és a béke fentartása megkiván, különösen összehivja a morvaországi nagyokat, hogy ezeknek tanácsával mindennek megorvoslásáról haladéktalanúl intézkedhessék. Ohajtaná egyébiránt név szerint kijelöltetni azokat, kik az ő alattvalóit fogva tartják és kiket ellenségeinek nevezett, miután ezeket kész a morvaországi nagyok elejébe idézni s ügyöket ott tárgyaltatni. E közben kéri őt, tartózkodjék minden ujabb tettleges lépéstől, mert ez által az ügy rossz fordulatot vehetne, mivel a sértést, ha visszaverheti, senki örömest el nem szenvedi. Kelt február 10-dikén 1467.

Serenissime Princeps etc. Serenitatis Vestre literas secunda die Februarij ad nos datas, nunc nuper recepimus, easque Serenissimo Principi domino et genitori nostro Bohemie

Digitized by Google

Regi illico transmisimus. Et quia cordi nobis est, uti semper fuit, pacem amicitiam ac vicinitatem bonam ut vestris verbis utamur colere ac diligenter observare, ut *Vestra Serenitas* ad nos, nostreque ad eandem Serenitatem *Vestram litere* crebro date mutuo pollicentur, id enim indubie congruit federi inter eundem parentem et dominum nostrnm et Serenitatem Vestram solemniter paoto et multis postea scripturis sepe firmato, quod et ipsum dominum et parentem nostrum servaturum esse minima dubitamus. Quod vero de captivis vestris qui in Marchionatu Moravie teneri dicuntur literis vestris commemorastis, quia non dnbitamus Serenissimum dominum nostrnm quidquid ad observationem federum et mutui amoris augmentum attineri potest sinceriter executurum, nos interea cuncta que ad officij nostri capitaneatus administrationem et federum observationem accommodari possunt, diligenter ac sollicito adparare curabimus. Maxime autem prelatos et barones Marchionatus supradicti convocabimus, quorum consilio quecunque digesta fuerint, solida rataque conatabunt, Quatenus advenientibus nuncijs, oratoribus ant mandatoribus aut munimentis et suffragija prefati Serenissimi parentis et domini nostri Boemie Regis operi dari possit pro remedija opportunis omnium premissorum, omni mora et dilatione remota, quantum id rerum conditio subministrare poterit vel anatinere. Cuperemus tamen quatenus Serenitas Vestra nominatim designaret eos, qui vestros anbditos absque causa vel offensione previa captivos detinere dicantur, qnive aint illi, quos Vestre Serenitatis adversarios nuncupatis. Nos enim ipsos omnes in eundem terminum advocare parati sumus, quatenus in eodem termino per prelatos et baronea Moravie persnasi cuncta inxta formam federis *firmati* procederent, contradictoresque si qui forent *condignis remedijs* castigarentur. Interea Serenitas Vestra ab omni novitate et via facti nbatinere dignetur. Nam secus faciendo *longe deteriora* contingere possent, cum nulla *pecunia sufficere* possit ei, qui exercitum proprijs sumbtibus absque ulla externa iactura ductare vol alere presmnit, et nemo vim vel iactnram sibi suisve inferendam cum propulsare potest, sustinere vellet. Secus iterum rogamus non faciat ipsa Serenitas Vestra, hoc enim

Digitized by Google

Deo teste sinceriter adhortantes obnixius deprecamur. Datum feria quarta capitis ieiunij, Anno domini M° CCCC° LXVIJ°.

Palacky közléséből.

CDXXVII.

Heimburg Gergely az esztergomi érsekhez intézett levelében a Cseh- és Magyarország közti béke fentartása iránti nézeteit és e tekintetbeni ügyekezeteit hosszasan előadván és a cseh testvérek szövetkezéseit kárhoztatván, ohajtását jelenti ki, hogy a Mátyás király győzelme, min egyébiránt örömét fejezi ki, a magyarokban elbizottságot ne szüljön, és ezek gondeljákmeg, miszerint azt Mátyás a cseh király jó indulatának köszönheti, ki a társaiknak segítségére sietni akaró oroszlánokat féken tartotta. Tudósítja őt továbbá, hogy királya írt Mátyásnak, minden szennytől és némelly fecsegők általi bemocskoltatásától magát felmentendő, miként hasonló ügyben a lengyel királynak is írt, ki magát követe Ostrorogsky János püspök által azon gyanú alól, mintha annak ellenségeit segítette volna, megtisztította, más követe által pedig szövetséget is ajánlott. Mit fog a lengyel király urának levelére felelni, az érsekkel tudatni fogja. Azzal fejezi be ez után levelét, hogy örülne őt személyesen meglátogathatni, és azon királyt a trónon láthatni; kivel egykor az érsek asztalánál együtt ebédelt, kit később Bécsben mint foglyot látott, és kinek magát, ha alkalom nyílik, ajánlatni kéri. Kelt Prágában február 17-dikén 1467.

Digitized by Google

Reverendissime in Christo pater et domine, domine colendissime. Post humillimam mei recommendationem.

Gandeo de prosperitate anccessnm Serenissimi *Domini* Hungarie etc. Regis. Mea quidem fnit intentio, qnando primum post reditum Serenissimi Regis Vestri ex regno Bosne regales vel milites vel sodales cnm illis de Fratrea vel dolose vel fortasse fataliter concurrerunt (nihil enim de hac re usque nunc certum hebeo, nee quidqnam mihi preter famam innotuit), Regem nostrum illico partes suas interponere debere, quo captivin utrinque relaxatis et fortia in alieno regno dudum congesis et conatructa, nunc penitus destrncta vel regi nostro resignata, *regnum Hungarie* cum omni agro suo ab hostili occupatione liberaretur, ut sic inter reges et regna sinceritas pacis absque ullo insidiarum motu conservaretur. Quamquam enim scirem omues conventiones seu conspirationes legibus publicis esse damnatas, quemadmodum de collegijs illicitis iuris civilis antiqnissima sanxit auctoritas et sacra Chalcedonensis Synodns ita definiat: „coniurationum et conspirationum crimen quod apud Grecos dicitur fratrea, legibus inhibetur, si qui ergo clerici coniurantes ant fratreas componentes etc. gradu cadant.“ Hec ideo meminisse collibuit, quia dum temporibus Ladislai Regis apud Reverendissiasm Paternitatem Vestram de Vestra benignitate manerem, eadem Pa*ternitas* Vestra librum conciliorum meo etiam suasu accedente comparavit, ubi hec illa in decretis Chalcedonensis Synodi continentur, et de verbo fratrea hia inibi fit mentio. Ad hanc autem sententiam *me hoc* hortabatur, acilicet, quia omnes conatus meos ad hoc converti, nt quomodo inter reges fedus ictum fuerat, quod numquam niai aincerum esse comperi et plane cognovi, sic inter regnicolas qnoque regia imitatione, non obstante idiomatis varietate, ainceritas quedam esset, cum favore et amore glutinata. Postquam autem sic fata voluerunt, adhuc non desino avisare, sad prudenti viro loqnor et maturo ac in omnibus oculato, no vi-

Digitized by Google

ctoriola ilia insolentiam pariat, neve Hunni vel Pannonij vestri Slavis nostris, non quidem Illyricis aut Liburnicis, sed Scythicis et Gothicis superbius se prebeant, quasi Palladium Minerve abstulerint, sed sic existiment, regis Boemie favore, qui feroces leones intra septa cohibuit, talem victoriam se nactos esse. Id enim regibus et regnis plurimum conducere reor, ego qui vita comite operam dabo, quatinus reges et regna bincinde sincere pace foveantur et letentur. Ed idcirco rex mens Serenissimus regi vestro nunc fiducialiter scribit, ne quisquam putet sui parte macnlam ullam vel asperginem inioctam esse, neve per vaniloquos puritas regum et sinceritas ullo pacto contaminetur. Nam et regi Polonie pares ob canaaa iuxta formam presentibus introclusam pari modo scripsit, qui nunc in Lithuania manet. Quiquidem rex adhuc ia Polonia manens et suspicans, ne forte Laventinus episcopus de se falso glerians aliquam buiusce rei suspicionem excitaret, qua rebelles regis mei possent magis animari, sollicitudinem regis nostri sua vigilantia precucurrit et per quendam Johannem de Ostrorog oratorem suum et electum Zamiensem se de bac suspicione sponte expurgavit, dicens se crebro pulsatum, quatenus rebellibus nostris auxilio afforet, sed omnes buiusce stimulos a se penitus repulisse. Et nunc recenter per alium quendam nuncium regi meo se obtulit, si qua invocatione ant speciali paetione super hac re opus foret, id se firmiter expleturum. Quidquid autem in scriptis responsurus sit, postquam regis mei scripta susceperit, idipsum etiam Reverendissime Paternitati Vestre communicabo, quoniam id licite facere possum, quo regum utrinque sinceritas firmius roboretur. Ceterum Pater Revereadissime, si forte scripta mea non satis elimata sint, domestici stili veniam peto. Nam a Vestra Reverendissima Paternitate reprehendi libenter sustinebo, sicut scriptum est: Corripiet me iustus in misericordia et increbabit me . . . . . Si unquam dabitur commoditas Paternitatem Vestram personaliter visendi, nullus labor mihi gravis erit, sed erit volupe mihi regem ilium in solio videre sedentem, quem in tabula Reverendissime Paternitatis Vestre de vestra benignitate memini babuisse convivam, quemque postea Vienne conspaxi custoditum. Cui et mo,

Digitized by Google

quando commoditas suggeret, humillime peto commendari. Datum Prage, decima nona Februarij, Anno Domini etc. LXVIJ°.

Eiusdom Reverendissime Paternitatis Vestre

servulus G. Heimbarg.

Palacky közléséből.

CDXXVIII.

György cseh király Mátyás előtt panaszkodik azon magyar alattvalók ellen, kik királyuknak országa ellenségein nyert győzedelmét, mint rajta és pártján nyertet híresztelik, mi által a tőle elpártolt hitszegőknek merészsége növekedik. Kéri azért a királyt, hogy ezen hazugtalan fecsegők rágalmait tovább ne türje, azokat tekintélyével zaboláza s e kérelme iránti gondolkozását vele közölje. Kelt Prágában február 21-dikén 1467.

Serenissimo Principi, Domino Matthie, Dei Gratia Ungarie, Dalmatie, Croatie etc. Regi, Filio et Fratri nostro carissimo, Georgius eadem gratia Bohemie Rex et Moravie Marchio etc. Salutem et prosperos ad vota successus.

Serenissime Princeps, Frater carissime, Postquam victoria concessit in manibus vestris de hostibus aut turbatoribus regni vestri, nonnulli subditorum Serenitatis Vestre minime ponderantes, neque intelligere volentes ea que acta sunt, de

Digitized by Google

nostra conniventia et expresso consensu processisse, laxant lingnas suas in nos et subditos nostros, propter quod perduellibus nostris spes usurpatur et mala mens illis in dies adaugetur. Novit enim Deus et post hec Serenitas Vestra resciscet, quam diligeuter et sollicite, quam vehementer et seriose restiterimus et cohibuerimus, ne sociales cognati affines ac necessarij societatis illius et omnes qui olim cum illis pericula subierunt, ipsis auxilio accederent. Quoniam hoc fedus nostrum ultrocitroque percussum, et ipsum fidei sacramentum id exigit et requirit. Cavendum est autem ne sicut parvulus ignis sylvam maximam aliquando succendit, sic parvum lingue membrum subditorum nostrorum pectora taliter inflammet, ut ea vix restinguere valeamus. Nam etsi de Fraternitate Vestra certissimum habeamus, quod nihil in nos tale proferat, quod sit erga se vel prolatu indignum aut nobis auditu contumeliosum, hoc tamen iam exploratum habemus, quod nonnulli vestre ditionis clerici et laici victoriam vestram improbis verbis taliter elevare gestiunt, ac si contra nos nostramque factionem fuiaset obtenta. Nescientes fortasse quod nos iam dudum hostibus vestris dennnciavimus, ne quam spem auxilij a nobis exspectarent, qui propter ictum fedus Fraternitati Vestre potius opem ferre vellemus, quam illis ipsis etiam connivendo dumtaxat quidquam adiumenti ex regno nostro accedere sinere, vel quomodolibet obvenire. Et quia fedifragi ac perduelles, qui a nobis defecernnt, se ipsos in verborum vanitate solent oblectare et in ana perduellitate ape falsa seducti temere animantur, expedit ut vani rumores qui a regnicolis vestris nimia levitate et vana delectatione efflantur et usque ad perduelles nostros propagantur, ubi vires suas conduplicant, quadam Fraternitatis Vestre sinceritate arceantur et supprimantur. Nec tamen tale responsum probamus si forte dicatur nobis, non posse Regem aingulorum hominum ora obstruere vel lingvas edomare, quod paucissimis hominibus datum est ori suo custodiam aut ostium circumstantie labijs suis collocare, nam et maxime naves, que ventis validis minantur et modico temone circumferuntnr, quo impetus dirigentis impegerit, sed et omnes nature beatiarum, serpentum et volucrum humans arte domantnr, lingvam autem

Digitized by Google

nullus hominum domare potest. Hoc tamen minime cassum fore confidimus, si Vestra Serenitas tum in gravissimorum virorum cetu ant confidentium personarum consilio aliove gravi consessu, nonnumquam etiam inter epulas et matnriores convivas fidei nostre meminerit, cuius religiosa observantia *firmaque* constantia victoriam illam, quanta cumque sit, *assecuti estis.* Tale regium testimonium et mens regia mature *et graviter ex*plicata regnicolarum mentes auctoritate sua proserpet et in suam aententiam alliciet. Quoniam sicut rex regni caput in regno, sic regnum velut mysticum corpus in rege vicissim esse perhibetur, cum unio regnicolarum ac ipsiua regni integritas in capitis unitate servatur, et que a capite proeedunt recte foventur a membris et ab his qui in regno vivunt, ut regale nomen ipsis sanctum et magnum esse videatur. Si enim gravitas satrapum regni regia imitatione dotractatorea aut huiusmodi *vanos gloriantes* severiori vultu conspexerit, illico conticescent, pallebit vultus, herebunt labia, saliva siccabitur et vana lingvn perdet officium suum. Sicut enim sagitta si mittatur contra solidam materiem nonnumqnam in mittentem convertitur et vulnerat vulnerare conantem, et qui mittit in altum lapidem, recidit in caput eius, sic ineptus ille qui de Serenitatis Vestre victoria contra nos velut hostem gloriatur, qui vobis maxime auxilio affuimus, si correptus fuerit aut tristi vultu severiter inspectua, illico conticescet et frenabit lingvam suam, et a regia celsitudine vol rogni satrapis moderationem omnium virtutum magistram amplexabitur, et discet, cui gratie sint referende. Rogamua ergo Serenitatem Vestram quatenus super premissia per regnum vestrum mature providere nobisque fraterno reapondere velit, quid de hisoe petitis nostris sentiatis. Nos enim de Veatra Serenitate bene meruisse et circa illam fraterno egiaae nobia conscij snmus, Vestram Serenitatem de nobia id ipaum sentire confidimus. Et idcirco fraternum et alacre reaponsum vestrum super bis exspectamus. Datum Prage die vigeaima prima Februarij, Anno Domini M° CCCC° LXVII° regni noatri anno nono.

Palacky kőaléséből.

Digitized by Google

CDXXIX.

György esek király tudósitván az esztergomi érseket, miszerint Postupiesi Albertől iránta és országa iránti jó indulatát és a béke fentartásában buzgóságát megértette, — melly által is ohajtott béke tekintetéből kivánná, hogy a magyar nagyok és kösnép hűi dicsekvése, mintha rajta és övéin nyertek volna győzedelmet, zaboláztassék, mint erről már magának Mátyásnak is irt, — kéri őt, munkáljon oda hogy a két ország alattvalói királyaik példáját követve egymást szeretni tanulják és a nyelv különbsége miatt ne gyanúsítsák. Esen okból azon ohajtását jelenti ki, hogy a királylyal minél előbb jöhessen személyesen össze, és ha ez nem történhetnék meg, legalább az érsek jöjön kessá. Kelt Prágában február 21-dikén 1467.

Georgius Dei gratia Rex Bohemie et Marchio Moravie etc.

Reverendissime Pater, Amice carissime.

Nobilis Albertus de Postupic, Marchie Lusatie de mandato nostro Advocatus, a Serenissimo Principe Fratre noatro carissimo Vestraque Reverendisaima Paternitate versus nos rediens, licet in itinere podagra vexatus, nobis tamen insinuavit sincerissimum animum vestrum erga nos et regnum nostrum, ac intimum ardorem vestrum circa conservationem federis inter nos et regna nostra iam dudum feliciter icti. Que res nobis in merito grata est et accepta. Nos enim pacis et tranquillitatis flagrantissimi zeiatores illorum fidem probamus

Digitized by Google

et ingenia, qui nobis in vestro vel in nostro regno pacis et tranquiilitatis nitro citroque fomenta prestare solent, tam Fratri nostro regi vestro, quam etiam nobis ea persuadent, que regnorum nostrornm tranqnillitatem bincinde parturiunt. Unum restat Pater Roverendissime et vir prudentissime, procerum vestrorum sed et vulgi vestri insolentias refrenare, ne *vane* glorientur, se de nobis ant nostris victoriam *obtinuisse. Super* qna re Serenissimo Fratri nosto scripsimus extensius. Nam licet inductabile valgus et irrevocabile et plerumque furere commemoretnr et indomitum esse dicatur, tamen si primores et satrape regni veritati ac sinceritati nostre testimonium perbibere decreverint, vix est quod grex qui frenis eorum agitur, aliud eonclamet, quam quod illi quorum imperio parere coguntur, intonare soient. Hec ideo scripsimus, quatenus prudentia vestra circumspecta pro ana gravitate virtutum suarum nervaa *intendat, quo pacto* regnorum nostrornm utrobique subditi regum suorum imitatione se mutuo diligere discant, noque varietas idiomatis diffidentiam pnriat aut ullins deli suspicionem exsuscitet. In qua re et pro plenissima sinceritate inter regna nostra bincinde parturienda nil tam vulgo persuasum fore iudicamus, quam nostram, scilicet rogum utrinque personalem conventionem, cui Patornitas Vestra diligenter intendere velit. Quod si forte rerum conditio opportunitatem subministrare negaverit, saltem Veatra Reverendiasima Paternitas opportunitatem captare velit, quo pacto nobiacum personaliter constituatur. Nos enim, si negotiorum noatrorum conditio id ferre poterit, omnem operam, quatenus id ipeum consequamur efficaciter impendemus. Datum Prage die XXI. Februarij, regni nostri anno nono.

Ad mandatam Domini Regis.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXXX.

Mátyás király Korpona városa birájának Rudvesél Györgynek és ugyanazon város jegyzőjének Maneman Mátéának előterjesztésére, — miszerint városuk polgárai Béla király által minden nemű királyi, királynéi s más vámoktól mentesekké tétettek, de ez iránti kiváltságlevelök a mult zavaros időkben, midőn a csek rablók az országot tűzzel vassal pusztitották és városuk egyháza körül is erősséget emeltek, elraboltatott és elveszett, — az említetteknek városuk nevében tett kérelméhez képest ezen várost, leginkább azért is hogy a rabló csehek általi rongáltatásából felépülhessen, mindennemű vám alól felmenti. Kelt Budán február 22-dikén 1467.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis. Quod cum gloria Regum in multitudine populorum, et decus ac robur Regnorum in diuicijs et amplitudine consistat Cinitatum, expedit principibus omni diligencia intendere, populis seruandis et beneficijs angendis, ac Ciuitatibus magnificandis et fouendis, vt pote ex qnibus premissa Regum ac Regnorum commoda procedunt. Quatenus Principatus ex hoc laudetur discreta prudencia, et Status vtilitatem augmentumque sumat. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod fideles nostri circumspecti, Georgius Rudvesel, Ciuis, et Mattheus Maneman Notarius Ciuitatis nostre Corpona, in ipsorum ceterorumque Ciuium, et tocius Communitatis dicte Ciuitatis nostre personis, nostre Maiestatis venientes in presenciam, nobis exponere curarunt

Digitized by Google

hoc modo. Quod licet Ciuitas ipsa nostra Corpona, consequenterque prefati Cines, et eius Communitas, per Serenissimum condam Belam Regem Hungarie, nostrum videlicet predecessorem, a solucione quorumlibet tributorum, tam nostrorum Regalium et Reginalium, quam aliorum quorumcunque *exempti* fuerint et liberati, tamen his preteritis disturbiorum *temporibus*, dum videlicet Latrones Bohemi, partes *superiores inprimis* Regni nostri, igne et gladio vastassent, et in ipsa Ciuitate nostra circa Ecclesiam Parochialem Castellum erexissent, huiusmodi litere ipsius dicti condam Bele Regis, super exempcione dictorum tributorum pro ipsis emanate, abrepte et deperdite essent, prout condam Serenissima Princeps Domina Elisabetha Regina Hungarie etc. in literis suis preceptorijs pro parte ipsorum Ciuium ad vniuersos tributarios loquentibus, emanatis, huiusmodi literas et priuilegia, super exempcione dictorum tributorum vidisse et coram so in specie productas fore manifeste testatur, Vnde prefati Georgius et Matheus, in ipsorum ac aliorum quorum supra nominibus, supplicarunt Maiestati nostre humiliter, vt nos eosdem Cines, et eorum Communitatem, a solucione dictorum tributorum de nouo eximere, et liberare dignaremur. Nos igitur, tum ad Suplicacionem dictorum Georgij et Matthei factam, tum vero et maxime ex eo, vt ipaa Ciuitaa nostra, ex illa desolacione, in quam per diotos Latrones Bohemos temporibus superioribua deuenit, reformari et amplificari *possit*, Eosdem Ciues, et Communitatem dicte Ciuitatis nostre, presentes et futuros, a solucione quorumlibet tributorum nostrorum, scilicet Regalium et Reginalium, et aliorum quorumcunque, tam in terria, quam super aquas habitorum, de quibuscunque mercibus, animalibus, et rebus ac bonis eorum venalibus, alijs eciam quibuscunque, cuiuscunqne generis et speciei existant, vbicunque per dictum Regnum nostrum Hungarie, et in quibuscunque Locis huiusmodi tributorum facienda in perpetuum graciose duximus eximendos, libertandos et supportandos. Imo eximimus, libertamus, et supportamus presencium per vigorem. Quocirca vobis Fidelibus nostris, vniuersis et singulis Tributarijs nostris et Reginalibus, et aliorum quorumcunque stb. Datum Bude in Dominica Reminiscere an-

Digitized by Google

no Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Regni nostri anno decimo, Coronacionis vero tercio.

Korpona városa levéltárából.

CDXXXI.

Mátyás király a székes-fejérvári keresztesek conventjének megparancsolja, hogy néhai Gerencsi Pál fiait, Pétert, Gált és Jánost, továbbá Szabó Istvánt és néhai Dádi István deák fiait Zsigmondot és Albertet, valamint Brigidát, Szabó István nejét, és Katalint, néhai Dádi Bálint leányát, Veszprém megyei Dád helységbe, — mellynek ők és eleik békés birtokában voltak és vagynak még most is, és a mellyet az említett férfiak hív szolgálataiért nekik a netalán ezen helységben lappangó királyi joggal együtt új adományál adott, — törvényesen igtassa be. Kelt Budán martius 5-dikén 1467.

Mathias Dei gracia Rex Hangarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris Connentni videlicet Crnciferornm de Alba Salntem et graciam. Cum nos consideratis fidelibus sernicijs fidolium nostroram Nobilium Petri Galli et Joannis filiernm quondam Paali de Gerencb, necnon Stepbani Zabo dicti ac Sigismundi et Alberti filiornm condam Stepbani Litterati de Daad per eos primum Sacra Regni nostri Hangarie Corona, tandemque Maiestati nostre sub locornm at temporam variotate fideliter exhibitis et impensis, possassionem Daad predictam in Comitatu Wesprimienal existentem, in cuius pacifico dominio

Digitized by Google

ijdem Petrus et Gallus ac alij prenotati progenitores eorum ac Nobilis Domina Brigida videlicet consors prefati Stephani Zabo et Katharina filia condam Valentini de eadem Daad ab antiquo perstitisse, seque et prefatas Dominas Brigidam et Katharinam puellam filiam scilicet prefati condam Valentini persistere asserunt etiam de presenti, Item totum et omne *Jus nostrum Regium*, si quod in eadem possessione Daad *qualitercumque haberemus*, aut nostram ex quibusnis causis vijs, modis et racionibus concerneret Maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Potro Gallo, et Johanni filijs dicti condam Pauli de Gerench, nec non Stephano Zabo, ac Nobili Domine Brigide vocate Consorti eiusdem, Item Sigismundo et Alberto filijs dicti condam Stephani Litterati, ac Catharine filie sepius prefati condam Valentini de dicta Daad ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum Litterarum nostrarum superinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium dicte possessi*onis Daad per nostrum* et vestrum homines legitime facere in*troduci, Igitur* fidelitatibus vestris firmiter precipientes mandamus, *quatenus* vestrum mittatis hominem pro testimonio fide*dignum*, quo presente Michael Gijnkij aut Gallus de Thengeld vel Mathias Thijaak aut Michael de eadem, alija absentibus homo noster ad facies predicte possessionis Daad, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Petrum Gallum et Jobannem filios condam Pauli de Gerench, nec non Stephanum Zabo dictum, ac Sigismuudum et Albertum filios condam Stephani Litterati, ac Dominam Brigida vocatam consortem eiusdem Stephani Zabo, nec non Catharinam filiam sepias prefati condam Valentini de dicta Daad in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem simul cum Jure nostro Regio premisso, premisse noatre donacionis titulo perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra intranotatos Petrum et Gallum ac alios preaotatos, noatram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem contradictionis eorumdem reddituros. Et post

Digitized by Google

hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter referatis. Datum Bude feria quinta proxima ante Dominicam Letare, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Regni nostri anno decimo, Coronacionis vero tercio.

Czech János közléséből.

CDXXXII.

Mátyás király Győri Nagy Gál panasza következtében — melly szerint ő bizonyos árúit némelly Nyény városában lakó és most Fridrik császár keze alatt lévő polgároknak eladta, és miután azok neki nem fizettek, illető bíróságuk pedig az elmarasztaló ítéletet rajtok végrehajtani vonakodott, a császár némelly alattvalóinak nékány vég posztóját királyi parancs mellett Pozsonyban a városi tanács által letartóztatta: azonban bár Fridriknek ezen alattvalói többszöri megidéztetés után is makacsúl meg nem jelentek, a városi tanács neki a lefoglalt vagyonból eleget tenni nem akar, — komolyan megparancsolja Pozsony városának, hogy ezen lefoglalt javakból a panaszos félnek teljes elégtételt szolgáltasson. Kelt Budán április 1-sején 1467.

Digitized by Google

de commissione Domini *Regis*.

Mathias Dei gratia Rex Hnngarie Dalmatie *Croatie etc.* Fidelibna noatria prudentibus et circumspectis Magistro Civium ac Jndici et Juratis Civibus Civitatis nostre Posoniensis Salutem ot gratiam. Relatnm eat nobis per fidelem nostrum Gallum Magnum de Jaurino, Quod cum ipse alias certas res snas quibusdam Civibus in Oppido Nyenij commorantibus nunc apnd manus subditorum Serenissimi Domini Friderici Romanorum Imperatoris existentibus pro certa pecnniarum quantitate vendidisset, ijdem Cives memorato exponenti hniusmodi quantitate pecnniarum debitores mansissent, qnas tandem eidem sepius petenti reddere recusassent apud se usque in bodiernum iniuste reservantes. Quare idem exponens dictos Cives coram Judice et Juratia civibus eorum in causam conveniens, licet debitum buiusmodi aibi per eosdem fuerit adiudicatum, Tamen ipsi Judex et Jurati pro satisfactione impendenda per dictum exponentem *plerumque* reqnisiti nullam eidem superinde satisfactionem *impendere* curavissent. Cumque dictus exponens sensisset *se rebus suis sic* iniuste destitui, certas literas nostras pro sui parte a nostra Maiestate impetrasset, vigore quarum nuper ipsa in dicta Civitate nostra Posoniensi quasdam potias panni subditorum scilicet prefati Domini Imperatoris per vos arestari et detineri fecisset et huiusmodi rebus in aresto pluribus diebus retentis, quamvis vos prefatos Cives quorum scilicet huiusmodi res arestate extitissent ad comparendum Juri et Justitie sepius admonueritis, Tamen ipsi hactenus neque venissent, neque in persona eorum quempiam mittere voluissent, Vosque de rebus sic arestatis vel favore dictorum civium allecti, aut alio nescitur quo ducti motivo, memorato exponenti Justitie et satisfactionis complementum impendere recusassetis et recusaretis etiam de presenti, in preiudicium sunm atque dampnum. Unde nos prefatum exponentem rebus suis sic iniuste privari et dampnosum manere nolentes, Fidelitati Vestre harum aerie firmissime conmittimus et mandamus, quatenua receptis presentibus rehusque premisso modo se habentibus, de

Digitized by Google

prescriptis rebus arestatis prefato exponenti secundum legitimas suas conprobationes et evidentia documenta pro debitis suis Justitie ac debite satisfactionis complementum impendere debeatis. Adeo ut idem exponens nostre de cetero non cogatur quoquo modo conqueri Maiestati. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quarta proxima post festum Pasee Domini Anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Regni nostri anuo decimo coronationis vero (quarto). *)

Pozsony városa levéltárából.

CDXXXIII.

Mátyás király a Pest és Pilis megyék részére Pest mellett személyes elnöklete alatt tartott közgyülésből bizonyságot tesz arról, hogy Pilis megye szolgabirdinak és esküdtjeinek a gyülés szine előtt hit alatt tett vallomása szerint a budai káptalan Pilis megyei Szempte nevü helységében egy udvarháznak, hat jobbágyteleknek, szántóföldeknek, réteknek, szőlőknek, erdőknek és cseplyéknek most is békes és háborítatlan birtokában van. Kelt Pest mellett april 13-dikán 1467.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus per presentes quod in congregacione generali vniuersitatis Nobilium Pestiensis et Pilisiensis Comitatuum feria quinta proxima ante Dominicam Letare prope Ciuitatem nostram Pesthiensem per Maiestatem nostram celebrata Honorabilis Magister Benedictus

*) Az utolsó szó az ép a kivehető jegyü pecsét által el van fedve.

Digitized by Google

de Wyfalu Decanus et Canonicus Ecclesie Budensis, in persona eiusdem Capituli Ecclesie Budensis cum *procuratorijs literis* suis, de medio aliorum nostram *personalem exurgens in* presenciam proposuerit eo modo, Quod *idem Capitulum Ecclesie* Budensis in possessione Szempthe vocata in Comitatu Pilisiensi existente domum cum Curia Nobilitari ad sex loca sessionum Jobbagionalium, terrasque arabiles et prata, necnon vineas et promontoria vinearum, sylvasque et rubeta intra metas eiusdem possessionis Szempthe haberet, ac in dominio eorum pacifico extitisset et esset eciam de presenti, et hoc Judicibus Nobilium Juratisque Assessoribus dicti Comitatus Pilisiensis constaret evidenter, Supplicans Maiestati nostre Idem Magister Benedictus Decanus humiliter et denote, vt ijdem Judices Nobilium et Jurati Assessores qualem de premissis scirent por nos requisiti faterentur veritatem. Cum itaque nos eosdem *Judices Nobilium*, ac Juratos Assessores super premissis requisitos habuiasemus, ijdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque Nobis et Sacro nostro Regio diademati obseruandam, pro dicenda veritate et Justicia obseruata, tacto Dominice crucis signo, per eos nobis prestitam, omnia premissa suo modo et ordine facta fuisse, vnanimi et communi testificacione affirmarunt. In cuius attestacionis testimonium presentes literas nostraa patentes prefato Capitulo Ecclesie Budensis duximus concedendas, communi iusticia obseruata. Datum *Tricesimo* nono die Congregacionis antedicte in loco memorato, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Mátyás királynak 1476-diki átiratából, Pray kéziratai III. köt. 89—91. l.

Digitized by Google

CDXXXIV.

Mátyas király meghagyja Kassa városának, hogy a közelebbi országgyülés által a királyi kincstári adónak a kamanyereség helyetti behozása iránt hozott határozata következtében, — mellyet az Abauj megyéhez intézett és az ezen megyei adó kivetése végett kiküldött biztosaindl lévő leveléből bővebben megérthet, — ezen biztosok által a szükséges összeirást kebelében megtenni engedje s a kivetés szerint rá esendő adót mindjárt fizesse is le, miután a város is minden birtokával ezen megyéhez tartozik. Kelt Budán aprilis 17-dikén 1467.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie, Croatie etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Cum in congregatione generali prelatorum Baronum et Nobilium Regni nostri novissime Bude celebrata loco lucricamere tributum fisci Regalis appellatum de omnibus Comitatibus solvi institutum sit, itaque iuxta huiusmodi dispositionem in literis et regestris plene expressam misimus ad dicandum et connumerandum Comitatum Abauywariensem, in quo vos et illa Civitas nostra simulcum possessionibus estis, hos homines nostros presentium videlicet ostensores, a quibus etiam per literas et registra, quas ipsi ad illum Comitatum deferent, huiusmodi institutionis causam formam et modum plenius intelligere poteritis, mandantes fidelitati vestre firmissime quatenus statim visis presentibus vos et quemlibet vestrum simulcum possessionibus ad vos pertinentibus in eodem Comitatu existentibus, instar alio-

Digitized by Google

rum sine omni difficultate et molestia aliquali dicari permittere dicamque celeriter extradare et exolvere debeatis, nec propter huiusmodi solutionem vel veniatis aut aliquos mittatis, quia sicuti nec alijs ita nec vobis contra huiusmodi dispositionem aliqualem relaxationem faciemus. Secus in quantum vos penas novi decreti superinde editi incurrere formidatis non facturi. Datum Bude feria sexta proxima post *festum Tiburtij et Valeriani* martirum. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Regni nostri anno decimo Coronationis vero quarto.

Kivülről: Prudentibus et circumspectis Judici ac Juratis civibus et toti communitati Civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CDXXXV.

Mátyás király az erdélyi hét és két szász széket tudósítván, hogy a török szultán nagy sereggel és készülettel közelget az ország felé és már Szerbország határában van, hogy az ellen ő Budáról nem soká személyesen szándékozik megindulni, — megparancsolja azoknak, miszerint mindjárt levele vételével fejenként úgy felkészüljenek, hogy második parancsának megérkeztével azonnal a kijelölendő helyre indulhassanak, többször tapasztalt szokásuk szerint se az elkészülésben se az indulásban hanyagok ne legyenek; mert ezen esetben elenged-

Digitized by Google

hetetlen büntetésök, minden javaik elvesztése mellett, más sulyosabb fenyitéket is vonhatnak magokra. Kelt Budán május 16-dikán 1467.

Commissio Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Septem et duarum Sedium Saxonicalium Saxonibus partium Regni nostri Transsilvanarum, Salutem et gratiam. Frequens et consona undique predicat fama, Imperatorem Turcorum cum amplissimo exercitn, et varijs Machinarum instrumentis, appropinquare ad nos in dies, et iam In Servie metis esse tentaturum omnia quecunque ad nostram et communem omnium christianorum oppressionem, quod absit, pertinent, Cui nos divino confisi auxilio quod nunquam nisi illos destituit qui se ipsi deserunt, et quod nobis ac Regno nostro, in nullis adhuc necessitatibus defuit, animose occurrere intendimus. Et sicut in tali casu decet patriam ac fidem, totis viribus defensare, vnde et brevi statuimus nos hinc personaliter ad illas movere partes, ad quas magis fuerit opportunum, Quapropter Fidelitatem vestram hortamur, et nichilominus eidem districtissime precipimus, quatenus, statim acceptis presentibus per singula capita vestra, vos ita paratos tenere debeatis, vt mox visis superinde alijs literis nostris in bellum proficisci, et tempestivo in loco debito constitui valeatis, nec sitis hoc potissimum tempore more quandoque alias consueto, vel in motu pigri, vel in apparatu neggligentes, quia neutrum horum patitur et instantia periculi et magnitudo. Si autem quod minime credimus et exspectamus, ant tardos vos exhibueritis, aut ad opus militie inutiles, noveritis Vobis pro pena irremissibili, omnium bonorum ablationem, et graviora quedam deinceps merito imminere. Secus igitur facere nullatenus presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude secundo die festi penthecostes, Anno domini Mille-

Digitized by Google

simo quadringentesimo sexagesimo septimo, Regni nostri Anno Decimo Coronationis vero qnarto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CDXXXVI.

Az előbbivel megegyező paranesa Mátyásnak Szeben városhoz. Kelt ez ie Budán május 18-dikán 1467.

Commissio Domini Regis.

Mathias dei gratin Rex Hnngarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circnmspecti fideles nobis dilecti. Frequens et consona undique predicat fama sat. *szóról szóra mint az előbbeni esen szavak kihagyásával*: presentibus perlectis exhibenti restitntis. Datnm Bude secundo die festi pentbecostes, Anno dómi Milleaimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Regni nostri anno decimo Coronationis vero quarto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Jadici Juratis et toti communitati Civitatis nostre Cibiniensis, fidelibus nobis dilectis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

CDXXXVII.

Mátyás király az erdélyi hét és két szász szék, valamint Szeben, Brassó és Beszterczebánya városai és kerületei panaszára, — hogy t. i. régi szabadságaik és a koronai vám iránt hozott törvények ellenére még olly árúiktól is, mellyeket benn az országban egy helyről másikra visznek, a koronai vám megfizetésére szoríttatnak, — megparancsolja Ernesst Jánosnak, a szent korona vámja igazgatójának, minden helyettesének, tisztjeinek és koronai vámszedőknek, hogy a panaszlóktól csak az országból a külföldre kivitt vagy onnan behozott árúkért vegyenek az országgyülési végzemények értelmében koronai vámot és ezt is csak egyszer. Kelt Budán május 20-dikán 1467.

Commissio domini Regis.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris Egregio Johanni Ernesth Administratori vectigalis Sacre Corone Regni nostri, vniuersisque Vicesgerentibus, nec non cunctis alijs officialibus et exactoribus eiusdem vectigalis in partibus Transsilnanis pro tempore conatitntis Salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrnm vniuersornm Saxonum Septem et duarnm Sedium Saxonicalinm nec non communitatum et Incolarnm Civitatnm nostarum Cibiniensis, Brassovienmis et Bistriciensis ac districtunm earnndem gravi cum querela, Quod quamvis antiqna eorum libertate requirente nulli Incolarum partium illarum Transsilvanarum in eisdem partibns res ementes, et bino inde per easdem partes conducentea de eisdem rebus eorum vel Sexagesimam vel Tricesimam, loco cuius nunc alia quedam exactio vectigal

Digitized by Google

Corone futuria perpetuis temporibus appellanda inatituta esset, solvere obligatj fuerint, nisi illi qui de partibns Moldavie vel Transalpinorum aut de hoc Regno nostro sive alijs quibuscunqne exteris partibus rea ad ipsas partea Transsilvanas conducentes, ad buiusmodi Sexagesimam vel Tricesimam de talibus rebus persolvendam dehnerint, Idque etiam nunc in novo generali decreto nostro sit *similiter* ordinatum, Tamen nunc vos eosdem Saxones nostros et *Incolas dict*arum Civitatum nostrarum et partium predictarum ad solvendum huiusmodi vectigal loco Tricesime institutum, etiam de illis rebus quas in illis partibus Transsilvanis emerent et venderent et per fora hinc inde deferrent ininste cogeretis et compelleretis,in grande preiudicium libertatis ipsorum atque dampnum, Vnde nos prefatos Saxones nostros et Incolas dictarum partium in eorum libertatibus confirmare volentes, Mandamus fidelitati vestre presentibus strictissime, quatenns deinceps buiusmodi vectigal ab illis rebus, que vel per fora in illis partibus hinc inde conducuntur vel que ibidem emuntur et venduntur exigere non presumatis sed solum modo a talibus rebus ipsum vectigal semel duntaxat exigatis, que de partibus extraneis ad illas, vel de illis ad extraneas conducuntur partes, modum et ordinem in novo generali Decreto superinde edito in nullo excedentes, Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude tertio die festi Sacratissimi Corporis Christi Anno einsdem Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo *Septimo* Regni nostri Anno decimo Coronationis vero quarto.

A saász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

CDXXXVIII.

Heimburg Gergely az esztergomi érsekhez irt levelében a pápa által György esek király és országa ellen némelly árulók ösztönzésére hozott ítéletnek sulyos voltát fejtegetvén, melly szerint több mint 100,000 ártatlan lélek kénytelenittetnék kazáját elhagyva koldulással keresni kenyerét, előadja miszerint a cseh királyt, míg a császárnak mindent kedvére tett, mind a császár mind a pápa megbecsülte, de miután ereje nőtt, a császár tőle félni és őt gyülölni kezdé. Az ország nagyai is látván a király hatalmának gyarapodását, tisztelet helyett irigykedni kezdettek reá, testvérségekbe szövetkeztek őt körükbe visszahuzandók, és ellene mindenféle híreket koholtak, panaszkodtak hogy a királyi tanácsot az ország nagyai elmellőzésével mindenféle külföldi emberekből alkotja, a koronát nem szokott kelyén őrizteti, ezt és a főbb várakat nem bizza az ország nagyaira, a honi törvények ellenére itél, méltatlan adót róv, rossz pénzt veret, urodalmi földeket hübérül oszt ki, magának elfoglal, vagy pénzért ad el. Esen vádakat terjesztették a külföldi udvaroknál leveleikben az árulók, kiket a szent-atya pártolása alá vett és rágalmaiknak emberi gyarló természeténél fogva annyira hitelt adott, hogy még csak menteni magát ellenök sem engedtetett meg. Ezek iránt lép ő fel ura mellett védlőül, annyival inkább, mivel nem tudja megfogni, miért kelljen kitét más birálata alá bocsátani, de különben is azt, mit a csek királyban ma kárhoztatnak, több mint tiz év előtt a pápa és más fejedelmek helyeselték. Kelt Prágában július 11-dikén 1467.

Digitized by Google

Reverendissime in Christo pater et *domine*, *domine clementissime*. Hnmillima recomendatione *premissa*.

Jam satis cuique perspicnnm est, quod Sanctissimus Dominus noster importuno quidem impulsu perduellium Regia Bohemie gravissimas sententias tulit in regem et regnum et omnes innocentes, qui in regno vivunt. Nam si formuiis sue preceptionis pareri deberetur, plusquam centum millia animarnm utriusque sexus, infantulorum, senum et decrepitorum extra regnum mendicare cogerentur, quibus miserendum potius esset, quam in eos duriter seviendum. Ego quidem preter mendicitatem parere possem, si honestas id efflagitaret, sed quo colore servitor a domino et vasallus a principe recederem, cui hoc negatum est, quod in minima causa beneficiali clericulo litiganti in tertia instantia conceditur, scilicet remissio ad partes, ubi copia testium apud curiam haberi non potest. Et hoc amplius, si fundamentum rei queratur, nihil sincerum invenitur, *si quis* rerum gestarum ordinem mente revolvat. *Quamdiu Rex Bohemie* imperatori per omnia obsecundavit, ita ut *speraret imperator* potentia regis adversus quemcumque *vellet abuti* posse, tamdin papa et imperator regem venerati *sunt*. Postquam rex viribus crevit, imperator dum metuit, odire cepit. Regni quoque satrape regem viribus suis recollectis fidere cernentes, metum qui antea reverentialis erat, verterunt in invidiam, fratreas ineuntes, simnlque conspirantes, si regem iam sublimatum rnrsum in societatem redigere valerent, multa confingentes, quibus aures populares et plebeias permulcerent. Conquerentes, quod rex ipse consilium suum non ex baronibus precipuis ut quondam mos regibus erat, sed ex quibusvis exteris etiam hominibua collegisset, idem, diadema regni Boemie non in loco solito vel sub tutela baronum custodiret, arces et castra potissima regni non per potiores barones, sed quoslibet privatos pro libito suo tutaretur, iudicia regni aliter gereret quam moa patriua haberet, talliam seu collectam, que vulgo berna vocatur, indiscrete imponeret, monetam tam vilem cuderet, ut nullibi tractabilis esset, nisi qua cogeret imperium eius,

Digitized by Google

bona vacantia, si allodialia essent, pro feudalibus ea conferret, non nulla sibi incorporaret, aut pretio pacto tandem manu mitteret. Hec et cetera huiusmodi sub sigillis suis per curias principum disseminabant, que tamen omnia regalia sunt, — — — natura secularia. Sed nihilominus Sanctissimus Dominus Noster tales perduelles in suam protectionem recepit et eorum flatibus inspiratus contra regem adeo vehementer invexit, ut quecunque illi susurrones suggerere auderent, Sanctitas Sua pro conditione fragilitatis humane tamquam mature digesta sibimet sic insinuavit, ut contra ea nulla penitus esset defensio suscipienda. Hec sunt pater reverendissime et domine clementissime, que me potius hortantur, ut fidem meam regi servem, suamque Maiestatem ab iniectis sibi falso culpis cum modestia excusem, quam a Maiestate sua commigrem. Deus novit quod cupido vel avaritia in hoc loco me non retinent, neque me fovet ulla libido seu voluptas, que mihi domi mee magis suppeditaret. Sed nescio si hunc casum fata decreverunt. Ego si honestati publice satisfacere volo, non video quod fides mea alieno debeat suppeditari iudicio. Nam quod in rege Bohemie hodie culpatur, iam plus quam decennali tempore et a papa et ab alijs principibus vidi comprobatum. Suique perduelles quotidie castigati veniam exspectant, quam petere non audent, et superbissimus omnium erubescit petere, et tamen precatores et intercessores sperat invenire. Cetera declarabit rerum eventus. Me vero Vestre Reverendissime Paternitati humillime recommendo, a qua generosum aliquod, quantulumcunque id fuerit, exspecto responsum. Datum Prage XI. Julij annornm etc. LXVIJ°.

Eiusdem Vestre Reverendissime Paternitatis servulus

G. Heimburg
Juris utriusque Doctor.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXXXIX.

A knini káptalan jelenti Mátyás királynak, miszerint Palóczi László országbirónak itélete és igtató parancsa értelmében, — mellyben a Mekinánni Jakovics Péter és György, valamint Mekinánni Dobrics Iván egy, más részről pedig Babinovácz Friskovics Jakab és több testvére közt bizonyos részbirtok és út iránt a korbovai megyei szék előtt kezdett és elitéltetett, innen a knini törvényszékhez s ez által fölebbezés utján a horvátországi báni táblához átküldött, itt elitélt és innen a magyar király személye elébe fölebbezett perben az emlitett báni tábla által hozott itélet helyben hagyattatik és a végrehajtás a jelentő káptalanra bizatik, — Babinovácz és Mekinán helységekben a peres földeknek és útaknak birtokába az emlitett Mekinánni Jakovics Pétert, Györgyöt és Mekinánni Dobrics Ivánt folyó évi június 28 dikán törvényesen beigtatta. Kelt július 13-dikán 1467.

Serenissimo ac Inuictissimo Principi, et Domino Domino Matthie Dei gracia Regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Domino ipsorum naturali et graciosissimo Capitulum Ecclesie Tynniniensis Oracionum suffragia, cum perpetua fidelitate, Vestra nonerit eadem Serenitas Nos literas Spectabilis et Magnifici Comitis Ladislai de Palocz Judicis Curie eiusdem uestre Serenitatis adindicatorias et Statutorias pro parte Nobilium Petri, et Jurijch, Jacoblich et Juuan Dobrich de Makynan emanatas nobis loquentes, debito cum honore accepisse in hec nerba. Amicis suis honorandis Capitulo Ecclesie Tynniniensis. Comes Ladislaus de Palocz Judex Curie Serenissimi Principis Domini Mattbie Dei gracia Regis Hungarie, Dalmacie, Croacie

Digitized by Google

etc. Amiciciam paratam cum honore. Noueritis quod Petrus Jacowich de Mekynan pro se personaliter, et pro Georgio fratre suo Carnali et Juuan Dobrich de eadem Mekynan cum Procuratorijs literis uestris iuxta continenciam literarum Egregij Ladislai Markus de Theryen, Regnorum Dalmacie et Croacie Vicebani transmissionalium in octauis festi Beati Georgij Martyris in figura nostri Judicij comparendo, contra Jacobum Fryzkowius et alios fratres eiusdem de Babynouaz easdem literas prefati Ladislai Marcus transmissionales pariter et adiudicatorias nobis presentauit, habentes hunc tenorem. Serenissime et inuictissime Princeps et Domine Domine noster natnralia et graciosissime, humiilima ac subiectiua recommendacione seruiciorumque indefessa sollicitudine prouida, cum perpetua fidelitate. Vestra nouerit eadem Serenitas, Quod nobis Tynninij una cum nonnullis Regni Croacie Nobilibus et alijs assessoribus uidelicet nostris nohiscnm pro tribunali Judiciarie consedentihus, causasque cunctorum iusticiam postulancium a nobis moderatiuo Judicio pertractantibus, accedentes nostrum conspectnm Nobiles ex vna Jacobus Fryzkowich cum suis fratribns de Bobynawaz et ex alia similiter Nobiles Mekynane uocati de Mekynan partibus allegantihus, Quod ipsi inter se habuissent cansam litigiosam in sedibus Nobilium Corbauiensium et Tynninyensium in facto possessionario, sed cum ipsa vna pars de iudicio Sedis Corbauiensis, et alia pars ipsarum parcium de iudicio Sedis Tynniniensis predictarum se non contentant, nostram in presenciam tamquam ad personam Spectabilis et Magnifici Domini Joannis Twz de Lak Regnorum Bossne, Dalmacie, Croacie ac tocius Sclauonie Bani et Capitanei generalis etc. pro tunc existentis se cum causa sua appellassent iusticiam petentes a nobis de iudicio nostro, tamquam persona prefati Domini Bani in facto premisso eis impertiri, et exhibuerunt nobis literas transmissionales pari forma emanatas Sedis predicte Tynniniensis idiomate wlgarico conscriptas, Quarum tenor dinoscitur esse talis. Spactabili et Magnifico Domino Joanni Twz de Lak Regnorum Bossne, Dalmacie, Croacie ac tocius Sclauonie Bano et Capitaneo generaii etc. Domino ipsorum honorando, Paulus Roayobowioh locumtenens Regnorum Dalmacie Cro-

Digitized by Google

acie Vicebanatus, et Simon Boynichich, Nicolaus Chwkowich et Lucas Pawkuuich Judices Nobilium Croatorum Sedis Tynniniensis humillima ac subiectiua recommendacione. Vestra nonerit eadem Magnificencia. Quod causa vertente ex una inter Jacobum Fryzkowich et suos fratres de Bobynowaz, et ex alia inter homines Mekynane dictos de Mekynan Nobiles partibus in Sede Corbauiensi, et de eadem Sede Cerbauiensi ipse ambe partes venientes coram nobis cum causa ipsarum, ipsi Mekynane exhibuerunt coram nobis sentenciam appellacionis predicte Sedis Corbauiensis hoc modo continentem, Nos Juan Boboclich, Ladislaus Wglesich, Georgius Ludchich, et Philippus Boboclich Vicecomites Magnificorum Dominorum Comitum Corbaue, et tres Judices iurati Sedis Corbauiensis, Paulus Zelenkowich de Guzzich, Lucas Grubich de Kozyan, et Andreas Dokmanich de Jelsau damus pro memoria universis quibus expedit et ad quorum presenciam presens litera peruenerit. Quod uenerunt coram nobis in Sedem Mattheus Vulkohuych, Jacobus Fryzkowych et Paulus Noz omnes de Babynawaz conquerentes nobis contra fratres ipsorum Mekynane dictos, dicendo, Quod ipsi Mekynane faciunt ipsis diuersas iniurias vijs inconsuetis per ipsorum querulancium possessiones, et similiter depascendo ipsorum fenilia, allegando nobis. Quod ipsi haberent omnes illorum possessiones metaliter distinctas a predictis fratribus ipsorum Mekynan dictis, prout est hoc uerum ut uobis recte conquerimur, petimus uos ut mittatis, quem uos uultis ad conspiciendum possessionum nostrsrum ac iniuriarum pro quibus conquerimur contra Mekynan. Quibus nos perceptis ad peticionem ipsorum misimus ad hanc conspeccionem Jndicem Paulum et Breykonem Zelenkouich dictos Procuratorem Domini ac Matthiam Gunkouich Juratum prestaldum, qui Judex Procurator et Prestaldus exinde ad Sedem reuersi, nobis retulerunt, Quod ipsi Mattheus, Jacobus, et Paulus, cum uniuersis fratribus ipsorum quomodo primo duxerunt ipsos ad viam Kleschyza, que vie tendunt a ponte ad lacum ad sessionem Dragotich, et ibi dixerunt ipsi Bobynane, vos Judex et Prestalde hic nobis iniuriam faciunt predicti Mekynane, istam viam faciunt per nostras possessiones, tandem inibi predicti Mekynani personaliter

Digitized by Google

existentes ea percipiendo responderunt contra predictos Bohynane, dicentes Juuan, Dnbrych et Jurich, Jacobich in personis snis et tocius progeniei ipsorum, Judex, da nobis Prestaldum. Et ego dedi eis prestaldum signanter Matthiam Gunkouich Cui Juuam et Jurich dixerunt, audi Prestalde, iste vie fuerunt nostre et secundum consuetudinem per nostros et vestros predecessores nobis sunt exempte, prout est hoc verum pro maiori eiusdem Juris uolumus probare super sacris reliquijs vigesimo quartomet, vel ex vobis probent sex, quos de vobis elegerimus. Et post bee conduxerunt nos per particulas terrarum dicentes, hic eciam faciunt nobis damna et vias inconsuetas, et iterum conduxerunt nos per alias particulas terrarum dicentes, vlterius vos conduxissemus, sed esse videtis aquam, vltra non possumus. Quibus perceptis predicti Juuan et Jurich dixerunt audi Prestalde hie vbi sumus nostrum est, et plus per nostrum nos duxerunt prout est hoc uerum, ecce funis nostra ad medietatem sicut nobis concernit a nobis per nostrum auum, cui Bobynochi responderunt, imo est hoc nostrum volumus probare prout nobis iudicium admiserit. Quibus nos ViceComites et Judices existentes simul cum compromissionalibus Judiciario die Judicauimus, Quod debeant inter se funem alligare et fune mediante inter se recte conuenire tamquam fratres, de quo nostro Judicio contenti existent ambe partes, dedimus eis ad hoc nostram literam sub nostris sigillis. Et ad hoc dedimus nostros Juratos prestaldos prefatum Matthiam Gunkouich et Belaz de Bylysan. Datum in integra Sede post festum Ascensionis Domini snno eiusdem Millesimo Quadringentesimo sexagesimo sexto. Que partes supra dicte existentes coram nobis, et similiter predictus Prestaldus Belaz de Bylysan prefati Bobynchi exhibuerunt literas prohibitorias Sedis Corbauiensis de damnis supradictis contra prefatos Mekynan, dicentes potenciam et iniurias faciunt nobis, non sumus citati et compellunt nos funem trahere, ibique prefatus Belaz prestaldus contradixit predicte sentencie dicens, non fui penes ipsam sententiam ubi est scripta, nec est exposicio in ea, quid est in ea, Ipsi uero Mekynane contradixerunt predicto prestaldo. Nos uero ea uidentes secundum nostram consuetudinem Croatorum iu-

Digitized by Google

dicauimus Juramentalem deposicionem prefato Belaz prestaldo duodecimomet Nobilibus hominibus, quod ipse ipsa Juramentali deposicione se purgaret, sic dixit, et approbaret ipsam fore falsam. Cuius Juramentalis deposicionis aduenientе die et termino per nos assignato prefatus prestaldus Belaz minime iurauit, neque aliquis suus coniurator. Quibus nos uisis iudicauimus ipsum Prestaldum Belaz dictum falsum fore prestaldum, ipsam uero sentenciam fore ueram decernentes, ibique prefati Bobyncbi dixerunt. Nos conuenimus pro uostri damnis tamquam illi quibus damnum faciunt in nostris possessionibus, sed ad funem citati non sumus, neque funem aligauimus cum ipsis auertat Deus, neque modicum neque multum nisi uiolenciam faciunt nobis in Sede Corbauiensi, et contradixeruut illi sentencie Sedis Corbauiensis. Nos uero his auditis et perceptis iudicauimus Juramentalem deposicionem facere prefatis Bobyncbi duodecimomet cum Nobilibus, quos eis pars aduersa imposuisset pro coniuraturis in eo, Quod ipsis uiolenciam et iniuriam faciunt facto in premisso in Sede Corbauiensi, et quod funem non alligauerunt, neque mensurauerunt, neque modicum neque multum, de quo quidem nostro Judicio prefati Mekynane se non contentos appellauerunt se uestre Magnificencie in presenciam, allegantes in eo, Nos de nostris Juribus exire noluimus, et uos nobis Juramentum Indicitis in hoc se appellamus. Quibus ambabus partibus terminum prefiximus coram uestra Magnificencia in tercio Judicio post uestrum aduentum hunc Banatum Croacie existentem, quatenus pro tunc infra ambitum hulus Banatus Croacie cum vniuersis eorum Juribus facto in premisso compareant in iudicium. Scripta Tyniny feria secunda proxima ante festum Beate Margarete Virginis et Martyris Anno domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo sexto. Quibus sentencijs premissis coram nobis in Sede Judiciaria tamquam persona prefati Domini Bani, productis uisis perlectis, et examinatis, parciumque ambarum proposicionibus similiter coram nobis productis perceptis, factoque superinde maturo colloquio, et diligenti consilio ac tractatu cum nobilibus assessoribus uidelicet nostris Judicantibus decreueramus prefato Jacobo Fryzkouich de Bobynowaz Juramentalem deposi-

Digitized by Google

cionem duodecimomet deponere in eo, ut ipso pro se, et fratribus suis predictis Juramentali deposicione comprobare deberet eo modo, Ita te Jacobum Deus adiuuet et bec Sanctorum sancte reliquie, et tuos coniuratores, quos tibi imponnnt Mekynane. Quod nos habetis uestras possessiones per se ab ipsis Mekynane metaliter separatas, Et quod intro vestris metis ipsos nil concernit, in quibus nos requisiuerunt, Et quod ipsos non concernit per auum, nec per funem, nec modicum nec multum, sed quod sunt vestre possessiones hereditarie, de quo quidem nostro Judicio idem Jacobus et fratres sui satis contenti extitissent, et eandem Juramentalem deposicionem facere beneuole assnmpsissent, cuius Juramentalis deposicionis die et termino per nos deputato adueniente, prefatus Jacobus ipsam Juramentalem deposicionem sua sola persona modo premisso deposuit, sed coniuratores sui, minime post illam Juramentalem deposicionem prestare uoluerunt, asserentes, nos ambe partes habetis Jura Regalia felicium uidelicet recordacionum quondam Regum Hungsrie inter se super possessiones vestras, per quas possessiones inter se diuidere debeatis, Sic dictis a sacris reliquijs abierunt, post quarum quidem actionem predicte ambe partes facto in premisso nostro Judicio ius impertiri postulauerant, prefati uero Mekynane ut actores allegauerunt, quod prout ipsi coniuratores predicti Juramentalem deposicionem facere noluerint, sibi ipsis pro obtento facto in premisso ius dare postulsnt, prefatus uero Jacobus Frizkouich allegans, Quod prefati sui coniuratores Jura ipsius literalia non annihilassent dicendo, quod uigorem earundem inter nos diuidere deberemus Tandem nos ad exhibicionem predictarum literarum prefato Jaeobo et fratribus suis Quadraginta dies terminum dabamus cum quibus se laudabat coram nobis produci debuisset, qui idem Jaoobus ipsum terminum ad exhibicionem literarum predictarum minime acceptasset. Nos uero pro maiori abundancia, et complemento insticie seeundum terminum exhibicionis literarum predictarum eidem Jacobo, et fratribus suis predictis iterum secundario quadraginta dierum terminum post uidelicet festum Sancti Georgij Martyris nunc uenturum. Qui idem Jacobus cum fratribus suis neque ipsum terminum acceptasset, Et quia ipse Jacobus nequam cum literis

Digitized by Google

predictis et aliquibus alijs per tempus in processu cause se laudauit nisi iam post amissionem Jnramentalem so laudabat. Quibus nos premissis vniuersis et singulis plenarie perceptis, habitoque similiter exinde maturo consilio et colloquio diligentique tractatu cum predictis vniuersis Nobilibus assessoribus nostris Jure huiusmodi Regni Croacie requirentes et Judicantes decreueramus facto in premisso prefatis Nobilibus Mekynane actoribus obtentum, et lucratum, prefato uero Jacobo et suis fratribus de Bobynawaz amissionem et perdicionem Judicantes, Insuper prefatum Jacobum, et quemlibet ex fratribus suis predictis de predicta Bobynawaz lege Regni Croacie suadente, pro huiusmodi possessionaria occupacione et detencione Quadraginta libras solidorum Byrsagij Domino persolui connictos et aggrauatos fore decernentes, De quo quidem similiter nostro Jndicio prefatus Jacobus Fryzkouich cum fratribus suis predictis non contentus se cum ipsa causa vestre Serenitatis in presenciam appellaaset adiudicandum. Quibus ambabus partibus, cum causa eorum prescripta simul cum uniuersis earundem Juribus factum premissam tangentibus termiuum prefiximus coram ipsa vestra Seremitate in Octauis festi Beati Georgij Martyris proxime uenturi legitime perdurandis, comparentes iudicium accepturi. Datum Tyninij feria secunda proxima ante festum Annunciacionis Beate Marie Virginis gloriose, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo septimo. Quibus presentatis prefatus Petrus Jacoblich de Mekynane sibi et dictis Juriob et Juuan de eadem Mekynan In premissis discussionem et deliberacionem annotato Jacobo Fryzkouich et fratribus eiusdam predictis non uenientibus neque mittentibus sed se mediantibus alija literis Judicialibus exinde confectis in Judicium aggraaari permittentibus prebere postulauit. Verum quia idem Jacobus et fratres sui predicti annotatos Petrum et Jurich Jacoblich, Et Juuan Debrich de Mekynan racione et pretextu dictarum particularum terrarum et vie in presenciam ViceComitum et Judicum Tyniniensium et Corbauiensium Sedium in litem attraxisse, et tandem causa premissa partea inter eadem ex tranamiscione eorundem ViceComitum et Judioum Sedlata predictarum, Ia preaenciam prefati Ladislai Marcus

Digitized by Google

Regnorum Dalmacie et Croacie predictorum Vicebani deuenisse, ipseque Ladislaus Marcus Vicebanus annotato Jacobo Frizkouich in eo ut prefate particule terrarum litigiosarum, et via dictos Nobiles de Mekynan non concernerent Juramentum Duodecimo se Nobilibus adiudicasse, Idem uero Jacobus premissam Juramentalem deposicionem beneuole acceptasse, ac die et loco eidem assignatis minime deposuisse, sed se super eisdem particulis terrarum et via, literas et literalia instrumenta habere allegasse, sepe fatus eciam Ladislaus Marcus Vicebanus eidem pro oxhibicione dictorum literalium instrumentorum binis vicibus Quadraginta dierum terminum assignasse, et idem prescriptas literas et literalia instrumenta exhibere non curasse, sed se cum causa sua prescripta prefati Domini nostri Regis in presenciam ad dictas Octauas festi beati Georgij Martyris appellasse, Et tandem pro habenda in premissis discussione et finali deliberacione nostram veluti Judicis eorum Ordinarij in presenciam venire vel mittere non curasse, sed se mediantibus dictis literis nostris Judicialibus exinde confectis oneribus Judiciorum aggrauari permisisse, Ex premissis manifeste reperiebantur, proptereaque prescripte particule terrarum litigiosarum, nec non vie in prioribus specificate antefatis Petro et Jurich Jacoblich, et Juuan Dobrycb in causam attractis adiudicari et statui debere, nobis ac Dominis Prelatis, Baronibus et Regni Nobilibus nobiscum in examine eiusdem cause existentibus agnoscebatur, pro eo eorundem Dominorum Prelatorum Baronum et Regni Nobilium quesito et assumpto superinde consilio prematuro prescriptam Judiciariam commissionem annotati Ladislai Marcus Regnorum Dalmacie et Croacie Vicebani, quoad omnes eiusdem clausulas et articulos approbando et ratificando prefatas particulas terrarum litigiosarum et viam annotatis Petro et Jurich Jacoblich, et Juuan Dobrich de dicta Mekynan ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis in perpetuum adiudicauimus, et modo subscripto statui debere, Vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Gregorius Bycbovych de homlyan aut Georgius Wglesich de Polycz, vel Vok Boboclich de Kwchaz, seu Petrus

Digitized by Google

hmilabycb, seu Georgius henchich de Myrchewcz, siue Thomas Paruichycb de Zungoran, neue Mareus Zobkoyich de Zbodberk alija sbaentibus homo Regius de Curia Regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies prescriptarum possessionum Bobynawaz et Mekynan vocatarum consequenterque dictarum particularum terrarum litigiosarum et vie, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo statuat easdem particulas terrarum litigiosarum et viam annotatis Petro et Juricb Jacoblich et Juuan Dobrych de Mekynan predicta, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis iure pristino ipsis incumbenti perpetuo possidendas contradiccione prefatorum Jacobi Fryzkouich et fratrum suorum predictorum, et aliorum qnorumlibet preuia racione non obstante. Et post hec huiusmodi possessionarie statucionis seriem ut fuerit expediens ad octauaa festi beati Jacobi Apostoli nunc uenturi legitime perdurandas dicto Domino nostro Regi fideliter rescribatis. Datum Bude Tricesimo nono die Octauarum festi beati Georgij Martyris predictarum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo septimo. Nos igitur ipsius Spectabilis et Magnifici Comitis Ladislai de Palocz Judicis Curie ipsius Vestre Serenitatis iustis peticionibus annuentes vna cum prefato Wok Boboclich de Kwchaz Vestre Serenitatis homine de Curia uestre Serenitatis transmisso, in predictis literis inter alios nominatim conscripto, nostrum hominem uidelicet discretum virum Dominum Petrum Zubachich dictum Chori Ecclesie nostre presbyterum ad premissam statucionem faciendam nostro pro testimonio transmiseramus fidedignum. Qui demum exinde ad nos reuersi nobis consona uoce retulerunt eo modo. Quomodo ipsi die Dominico proximo ante festum beatorum Petri et Pauli Apostolorum proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Babynauaz et Mekynan vocatarum, consequenterque dictarum particularum terrarum litigiosarum et vie pariter accessissent, vicinis et commetaneis earundem uidelicet Georgio Henchich de Myrchawaz, Gregorio Kogynich de Bylysinawaz, Jwrsa Zybotich et Paulo Marynich de Glaschich, Georgio Jwrchich de hottwchyna, Georgio Mylasich de predicta Bylysinawaz, et Petro Bylkouich de eadem, et Petro Perkwuich de

Digitized by Google

Podborat iuibi legitime conuocatis et presentibus accedendo statuissent easdem particulas terrarum litigiosarum et viam annotatis Petro et Jurich Jacobych, et Juuano dobrych de Mekynan predicta. ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis iure pristino ipsis incumbente perpetuo possidendas, contradiccione prefatorum Jacobi Fryzkouich ac fratrum suorum predictorum et aliorum quorumlibet preuia racione non obstante. In quorum testimonium atque robur presentes cum appensione Sigilli nostri duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Statucionis prenotate Anno Domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo septimo supradicto.

A Blagai grófok irományai közöl.

CDXL.

Podiebrád megkéri Mátyás királyt, miszerint Podmaniczki Balázst, ki a morvaországi pártütökhöz csatlakozva ott rabol, pusztít és gyujtogat, a közöttöki szerződés értelmében rögtön hivja vissza Magyarországra. Kelt Prágában július 25-dikén 1467.

Serenissime Princeps, Frater carissime. Quidam Blasius Bodmenczko subditus Vestre Serenitatis regnique regnicola iunxit se perduellibus nostris Marchionatus nostri Morauie, quibus adherens, predas rapinas, populationes et incendia quantum potest, perpetrare non cessat, quod est utique contrarium mutuo federi inter nos icto et firmato. Fraternitatem ita-

Digitized by Google

que vestram sub commemoratione icti federis ac mutui fraterni amoris hortamur attente rogantes, quatenus eundem Biasium advocare et a nostris perduellibus in regnum vestrum revocare velitis incunctanter. Que res nobis ad complacentiam cedet singularem, nosque adhortabitur ad pares vices quotiens rerum opportunitas poposcerit adhibendas. Datum Prage, die XXV. Julij, regni nostri anno decimo.

Ad mandatum domini Regis.

Palacky közléséből.

CDXLI.

György cseh király az esztergomi érseket megkéri, használja fel befolyását a magyar királynál arra, hogy a morvaországi pártütőkkel szövetkezett Podmaniczki Balázs Magyarországra visszahivattassék, egyszersmind ujabban és sürgetve kéri őt, jönne el hozzá személyesen. Kelt Prágában julius 25-dikén 1467.

Reverendissime in Christo pater, Amice *honorande et* carissime. Quantum nobis studium fuerit *fedus* nostrum cum Serenissimo principe Fratre nostro carissimo Ungarie rege initum et firmatum maxime his novissimis temporibus, quando Serenitas Sua exteros, qui quondam in regno suo aggeribus congestis munitiones instauraverant, subegit et regnum suum in ea parte purgavit et pacavit, id totum Reverendissime Paternitati Vestre satis notum esse remur. Quia vero nunc qui-

Digitized by Google

dam Blasius Bodmenczko eiusdem incola regni ipsique fratri nostro obedientia et obsequijs obnoxius et obligatus rebellibus nostris Marchionatus nostri Moravie iunxit et associavit simul cum illis, nonnumquam vero dux et patrator factionis, predas infert et rapinas, populatur agrum et incendia mittit in edes. De qua re scripsimus Serenissimo fratri nostro, postnlantes quatenns eundem Blasium advocare et a rebellibus nostris ad se revocare velit incunctanter, ne idcirco nostri perduelles sibi fiduciam usurpent ex regno Serenissimi Fratris nostri auxilia prestolari. Eandem Reverendissimam Paternitatem Vestram attente rogamus, quatenus hortatibus vestris adesse velitis, ut ipse idem frater noster ipsum Blasium revocet et tantam severitatem ostendat, qua perduelles nostri intelligant et pernoscant, Serenissimum Fratrem nostrum fedus suum erga noa pure ac sinceriter et integraliter velle servare. Parum est enim quod idem Blasius nostris rebellibus augmenti possit afferre, sed plurimum est, quod in animis hominum exinde suspicionis innasci poterit, federis sinceritatem inter fratres vacillare. Ceterum quod magis cordi nobis est, super quo autem eidem Paternitati Vestre scripsimus, si nobiscum personaliter convenire posset, id ipsum vobis rursus atque iterum commemorantes innovamus, hortantes et deprecantes, simul pollicentes atque assecurantes, prout in prioribus nostris ad vos datis literis polliciti sumus, indnbie sperantes, idipsnm si Deus dederit, utriusque nostrum saluti plurimum debere convenire. Datum Prage die vigesima quinta Jnlij Anno etc. LXVIJ°

Ad mandatum domini Regis.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXLII.

Heimburg Gergely az esztergomi érseket Podmanicski Balázs visszahivatásának ügyében megkeresvén emlékezetbe hozza, miszerint királya, midőn Mátyás a Nagy-Szombat melletti erősségeket megvívta, bármennyire sürgették is őt az úgy nevezett testvérek társaságai, mellyek még Lengyel- és Poroszországból is készek voltak volna saját költségükön és saját veszélyökre Cseh- és Morvaországon keresztül Magyarországba felekezetőknek segitségére sietni, erre nekiek engedelmet nem adott, és igy viszonos jó indulatot érdemel. Kelt július 25-dikén 1467.

Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Clementissime. Scribit Reverendissime Paternitati Vestre Serenissimus Dominus Bohemio Rex super quodam homine revocando. Quod utique minnsculnm est, si in se solo consideretur, magnum vero, si ad opinionem que ex eo surget in animis hominum, provide conferatnr. Testis ego sum, quod quando Serenissimus Rex Vester munitiones iuxta Tyrnaviam congestas expugnavit et vicit, Rex noster undique pulsatus, ut tacendo conniveret, quatenus eisdem violentis, qui se Fratres nuncupaverunt, aliorum Fratrum auxilia per Bohemiam et Moraviam subvenire possent, et erant tunc tam in Polonia quam in Prussia eins societatis Fratres, qui parati fuerant snmbtibus et periculo suis quidem proprijs succurrere tante necessitatis articulo constrictis. Rex vero noster constantissime respondit, se fedus initum pure, sinceriter ac solide observare vello. Et ita con-

Digitized by Google

stanter se gessit ut iam merito Serenissimus Rex vester id grato animo recompenset. Deum testor, quod veritatem vobis scribo, quia nulla necessitas mentiendi me perurget, aut etiam blandiendi, quod multi morales permittunt, et Demostbenes plus olei quam vini expendisse se fatetur et aliquando mendacia contra hostes velut medicis apud egros conceduntur. Et de quo magis miror, quod Hironymus vester ad Panmachium scribit et Marcellum hoc modo, si cui incumbit necessitas mentiendi, diligenter attendat, ut sic utatur interdum mendacio, ut condimento et medicamine sicut usa est Judith prudenti simulatione verborum etc. Hoc autem presentis cause necessitas nes hortatur noque deposcit. Aliter tamen Augustinus loquitur de premissis. Sed ita volui commemorare, ut post refectionem vanitates verborum morum vel saltem lavitates legere vel audire solatio vobis esset. Cui me humiliter recommendo. Datum XXV. Julij, Annorum etc. LXVIJ°.

Gregorius Heimburg
Juris utriusque Doctor.

Palacky közléséből.

CDXLIII.

György cseh király az esztergomi érseket tudósítja, miszerint ohajtotta volna őt már előbb is megkérni, hogy jelen utjában jövet vagy menet hozzá jönne el, de a törökökkel küzdő magyar király ügyeinek jelen állásában ezt tenni nem merte.

Digitized by Google

Miután azonban Mátyás király most közelebbről Postupicsi Alberthez Budáról július 5-dikén intézett levelében az érzek elküldésére, ha utja biztositva lenne, hajlandónak ajánlkozott, felszólitja őt, jöjön el visszatértében hozzá Prágába a hozzá feletti értekezletre, biztositván őt hogy személyét mind hozzá jöttében mind pedig eltávoztakor Magyarország széléig tökéletes bátorságba fogja helyhezteini. Kelet nélkül, de a levél tartalma szerint július közepe körül 1467.

Reverendissime in Christo Pater, Amice honorande et carissime. Jam diu in desiderijs nostris habuimus Reverendissimam Paternitatem Vestram adhortari, quinimo precibus interpellare, quatenus in eundo vel redeundo in hoc presenti itinere, quod agitis vel egitis vel acturi eatis, gressus suos ad nos personaliter velit acclinare, sed propter gravem statum et conditionem rerum Serenissimi Fratris nostri, qui nunc Turcorum insolentias propellere habet, quin etiam propter imminentiam persone vestre non ausi sumus tantam nobis fiduciam usurpari, ut talem laborem subire a vobis postularemus, quem scimus regijs et proprijs negotijs multipliciter occupatum. Verum nunc nuper Serenissimus Frater noster Hungarie etc. Rex dilecto fideli nostro Alberto de Postupic Advocato Lusatie literam misit, quam hoc tenore conclusit, posterum ipsum Dominum Archiepiscopum libenter illuc transmitteremus, sed nescimus quo pacto illi tutum sit proficisci ad illas partes propter perturbationes illic existentes, cum nesciat inter illas dubias contentiones, unde sibi cavendum sit. Itaque libenter faceremus omnia, et in nobis nihil deficeret etc. Datum Bude feria tertia post festum Petri et Pauli Apostolorum. Ea res nobis fiduciam prestat, atque animum subministrat a Reverendissima Paternitate Vestra id postulandi, quod propria animositate facere non audebamus. Eandem itaque Reverendissimam Paternitatem Vestram obnixius precibus adhortamur et etiam attente rogamus, quatenus ad nostrum domicilium, civitatem videlicet Pragensem in reditu vestro declinare velitis. Nos enim perso-

Digitized by Google

nam vestram securissime condnci faciemus usque ad presentiam nostram, et rursum ab hoc loco usque in regnum Hungarie, vestramque fieri tutelam securissimam. Et si eadem Paternitas Vestra precibus nostris condescendere velit, id nobis per latorem presentium insinuet. Tunc enim omnia pro vestra securitate taliter disponemus, ut ipsa Reverendissima Paternitas Vestra sciat, pernoscat et intelligat, se non minus tute proficisci ac pergere posse, quam in vestro domicilio. De qua re ipsam Reverendissimam Paternitatem faciemus sufficienter instructam. Neque enim dubitamus, si Deus dabit personalem conventionem nostram talia inter nos ernnt colloquia, que non minus ad consolationem Serenissimi Fratris nostri Hungarie regis quam nostram tendere videbuntur. Taliter enim auspice Domino facta in regno nostro prosperantur, ut perduelles nostri, nisi gratia nostra ipsis impertiatur, extreme ultionis vindictam domino annuente sint excepturi. Datum — — — —

Palacky közléséből.

CDXLIV.

Mátyás király Pozsony városának örökös hűtelenség büntetése alatt megparancsolja, hogy a külvárosban fekvő nagy királyi ágyut e levele vételével rögtön a város kapuin belül vitesse s állittassa fel. Kelt Budán augustus 17-dikén 1467.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti. Quia Bombarda

Digitized by Google

nostra magna eat in subnrbio Civitatis nostre Posoniensis locata, Mandamus igitur fideiitati vestre firmissime quatenus statim viais presentibus, ipsam Bombardam ad Civitatem videlicet intra portam Civitatis Posoniensis importare et locare faciatis. Secus sub nota infideiitatis perpetue non facturi. Datum Bude feria secunda proxima post festum Assumptionis beate Marie Virginis Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Regni nostri anno decimo Coronationis vero quarto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis Fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CDXLV.

Mátyás király Szeben városának megparancsolja hogy a szepesi gróf embereit, kiket az hír szerint kozzájok lámitás végett küldött, fogassa el és leveleikkel együtt küldje kozzá. Kelt Kolozsvárt september 28-dikán 1467.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circnmspecti fidales nobis dilecti, Audimus quod Comes Scepusiensis homines suos ad seducendnm vos illuc mitteret, Pro eo vobis firmiter mandamus, quatenus, dum ho-

Digitized by Google

mines dicti Comitis Scepusiensis ad vos pervenerint, eos captivetis, et captos simul cum Literis, et bis que vobis intimata sunt Maiestati nostre transmittere debeatis, Secus facere non presumatis. Datum in Koloswar feria secunda proxima post festum beatorum Cosme et damiani martirum, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo septimo, Regni nostri anno Decimo, Coronationis vero quarto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Magistro civium ac Judici et Juratis civibus neo non totj Communitatj Civitatis nostre Cibiniensis, Fidelibus nobis dilectis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CDXLVI.

Mátyás király Mármaros megye fő- vagy alispánjainak és szolgabirájának megparancsolja, hogy Dolhai Ambrust, kit minden törvényes birtokával és jogaival együtt különös oltalma alá vett, említett birtokai és jogaira nézve minden törvénytelen megtámadó ellen pártolni és védelmezni kötelességöknek ismerjék. Kelt Segesvárott november 2-dikán 1467.

Commissio domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris Comitj vel ViceComitj et Judicibus Nobilium Comitatus Maromorosiensis, Salutem et graciam. Cum nos fidelem

Digitized by Google

nostrum Egregium Ambrosium do dolha, Simulcum vniuersis possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarijs, oecnon Rebus et bonis suis quibusuis Justis vtputa et legittimis, in nostrum Regium receperimus protecionem et tutelam specialem, viceque nostre Maiestatis persone vestre commiserimus tuicioni, Igitur fidelitatj vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, qualenus, receptis presentibus prefatum Ambrosium, in dictis vniversis possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarija, necnon Rebus et bonis suis quibuslibet, Jestia vt prefertur et legittimis, contra quoslibet illegitimos impetitores, tueri protegere et defensare ac indempniter manutenere debeatis nostre Maiestatis in persona, et auctoritate nostra presentibus (vobis) in hac parte attribute et Justicia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Segeswar feria secunda proxima post festum omnium sanctorum, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo septimo Regni nostri Anno decimo Coronacionis vero quarto.

Az eredetiből.

CDXLVII.

Mátyás király Erdély minden nemesének és bármelly állású birtokosainak megparancsolja, hogy mind azon jobbágyaikat, kik engedelem mellett, a törvényes földdíj és más tartozásaik lefizetése után Besztercze városába és tartozandóságaiba akarnak átköltözni, szabadon bocsássák, esen parancsának szükség esetében kényszeritésseli végrehajtását Daróczi János székely ispánra bizván. Kelt Szász-Kézden november 4-dikén 1467.

Digitized by Google

Commissio domini Regis.

Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Nobilibus et alterius cuiusvis status possessionatis hominibus partium Transsiluanarum Regni nostri Salutem et gratiam. Cum antiqua consuetudine dicti Regni nostri Hungarie requirente, quilibet Jobagie et Jobagialis conditionis homo, tam de nostris quam aliorum bonis habita licentia, iustoque terragio deposito, ac alijs debitis suis persolutis, ad bona et possessiones aliorum liberi sint morandi causa transire, Ideo Fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus omnes Jobagiones vestros, qui uti prefertur habita licentia, iustoque terragio, ac alijs debitis eorum persolutis, de bonis vestris ad civitatem nostram Bistriciensem ac pertinentias suas morandi causa venire voluerint, eosdem libere et pacifice ire et tranaire permittatis et permitti faciatis. Secus si feceritis, commisimus et presentibns firmius committimus fideli nostro Magnifico Johanni de Darocz Comiti Siculorum nostrorum, ut ipse vos et quemlibet vestrum ad premissa facienda arcius compellat, et adstringat autoritate nostra, presentibus ipsi in hac parte attribute et iustitia mediante. Secus ergo non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Zazkezd feria quarta proxima post festum omnium Sanctorum Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo septimo Regni nostri Anno decimo Coronationia vero quarto.

Beszterczebánya városa levéltárából.

Digitized by Google

CDXLVIII.

Victorin herczeg tudósítja Mátyás királyt, hogy az atyja ellen pártot ütötteknek megfenyitése után két hónapi fegyverszünet sz. András napjától Pál fordulása napjáig köttetett a lengyel király követeinek közbenjárására. E szerint már most iránta jó indulatának tettleges kimutatására módja lévén, — miután mind hirből mind a királynak atyjához intézett leveléből megértette hogy némelly országnagyok ellene pártütést forralnak, — ezen veszedelmes például szolgálható mozgalom elfojtására atyja engedelméből annak seregéből 500-tól 1000-ig való lovag szoldost ajáni segitségül, minek következtében, ha azokat saját költségén használni akarja, vele minél előbb tudatni kéri, azok mikor és hová legyenek küldendők. Kelet nélkül, de Pessinánál december 4-dikén 1467.

Serenissime etc. His transactis diebus plurimum occupati faimus de mandato Serenissimi Principis domini Regis et genitoris nostri, exercitus et copias ductantes contra perduelles Sue Maiestatis et schismaticos regni, qui nervum roboris et soliditatis inclyti regni Bohemie scindere et dissolvere nitebantur. Quibus iam compescitis, nonnullis etiam correptis et castigatis treuge fere bimestres, bocest a Sancti Andree Apostoli usque ad festum conversionis Sancti Pauli diligenti studio et prudenti opera magnificorum ac solertissimorum Serenissimi Polonie Regis oratorum composite sunt et indicte. Ita ut nobis iam bene vacet et Vestre Serenitatis et aliorum beneficiorum nostrorum votis obsequijs promtius incumbere. Nam quum iam pridem nobis innotuisset tum per famam seu rumorem, tum etiam per scripta Serenitatis Vestre ad inclytum dominum re-

Digitized by Google

-gem et genitorem nostrum per vos data, nonnullos ex proceribus et satrapis sacri regni vestri prava rebellionis molimina machinari, idcirco pro debito familiaritatis et conversationis nostre mutue, dum ipsa Vestra Maiestas adhuc in minoribus constitneretur et postea persona vestra sublimata simul cum etate et Maiestate vestra benivolentia in nos iugiter crescente, tum etiam quod rebellio procerum alterius regnorum in alterum perniciosum emittit vel efflat exemplum, non parum moleste tam pernicioeum et virulentum seu contagioeum novum accepimus, et Deo teste semper id conati sumus, si contra perfidos et rebelles Regni vestri quidquam opis vol auxilij conferre valeremus. Nec parum nos movit consideratio supradicta ad porsuadendum Serenissimo domino regi et genitori nostro pro virili nostra premissam treugarum conditionem amplecti. Nunc ergo rebus nostris et Regni Bohemie respirantibus et pro tempore in tranquillum reductia ammittente Serenissimo domino genitore nostro Vestre Maiestati copias militares prefati Serenissimi domini Regis Genitoris nostri in auxilium vestri promtas offerimus de equitibns stipendiarijs huinsmodi a quingentia vsque in mille, quos utique parati snmus ad obsequia Serenitatis Vestre transmittere militaturos. Quos si regijs stipendijs vestris applicari voluerttis, id nobis quamprimum significaveritis cum loci et temporis designatione mora cessante mittemus. Ut et Vestre Serenitatis rebellibus compescitis et castigatis alterius regnoram regnicole ab alteris obedire doceantur et subesse perdiscant. Quidquid enim in obsequinm Vestre Maiestatis agendo vel cogitando officere sive moliri voluerimus, ad id mentem et operam nostra semper indefesse convertemus. Et qunm Deus spiritum pacis inspiraverit et scbismaticos predictos unitati regni consolidaverit, ita ut omnis tumultuationis suspicio quieverit, nos auxilijs vestris Deo annuente iuxta possibilitatem nostrum personaliter adessemus, quod Deo teste pre cunctis rebus optamus. Nos Vestre Maiestati bumiliter ac sinceriter commendantes. Datum — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDXLIX.

Mátyás király az ország minden hatóságának megparancsolja hogy, miután az ország régi törvénye és szokása szerint minden nemes és birtokos ember jobbágyait és birtoktalan cselédeit a bűntények kivételével minden más ügyekben maga ítélheti el, Dolhai Ambrús jobbágyait és cselédeit, a bűntényi ügyeket ide nem értve, senki folyamodására megidézni, elitélni és személyeikben vagy vagyonaikban letartóztatni ne merjék, minden követelőket Dolhai Ambrús vagy tisztje elébe utasitván; kik ha az igazság kiszolgáltatásában hanyagok találnának lenni, nem a jobbágyok vagy szolgák, kik a perben állanak, hanem ömaga vagy tisztje idéztessék az ő vagy más rendes bíró szine elébe. Kelt Brassóban december 30-dikán 1467.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis Prelatis Baronibus Comilibus Castellanis Nobilibus ipsorumque officialibus, Item Ciuitatibus Opidis et villis, ipsarumque rectoribus, Judicibus et villicis, presencium noticiam habituris, Salutem et graciam. Cum antiqua et approbata lege et consuetudine Regni nostri requirente, quiuis Nobilis et homo possessionatus suos Jobagiones et familiares impossessionatos, In quibuslibet possessionibus suis commorantes, In quibusuis causis, demptis dumtaxat furtj, homicidij latrocinij et Incendij ac alijs causis publicis crimina-

Digitized by Google

libus, Ipsemet Judicandj liberam habeat facultatem, Fidelitatj igitur vestre firmissime precipimus et mandamus, quatenus Jobagiones et familiares fidelis nostri Ambrosij de dolha, In quibuslibet suis possessionibus commorantes, in nullis causis et earum articulis demptis solummodo premissis, ad cuiusuis instanciam in personis Judicare, vel astare Judicatui compellere, resque et bona ipsorum quecunque in vestris possessionibus bonoribus, officiolatibus, sew vestri in medio arestare, sew probiberifacere, nusquam et nequaquam presumatis, Signanter pro debitis delictis et excessibus aliorum, Si qui enim quicquam accionis vel quescionis, contra annotatos Jobagiones et familiares Impossessionatos, domini Ambrosij de dolha, habent, vel habuerint, hij Id in presencia ipsius Ambrosij, domini ipsorum, aut officialium eiusdem Juridice prosequantur, ex parte quorum, Idem Ambrosius, vel officiales sui omni contra eos querulanti, meri Juris et Justicie, ac debite satisfaccionis complementum exhibebunt et Impendent, prout dictabit ordo Juris, Vbi autem ipse Ambrosius aut officiales eiusdem, in reddenda cuipiam Justitia tepidi fuerint, aut remissi, extunc non ijdem Jobagiones et familiares Impossessionati contra quos agitur, sed annotatj Ambrosius, vel officiales sui in nostri aut alterius Judicis ordinarij eorum presenciam, per ipsos querulantes legittime ewocentur, ex parte quorum, per nos vel eosdem Judices eorum ordinarios, eisdem querulantibus, meri Juris et Justicie debiteque satisfaccionis complementum, exhibebitur et impendetur prout dictabit ordo Juris, quod si aliqui ex vobis in premissis secus facere attemptauerint, extunc commisimus, et harum serie firmius committimus, fidelibus nostris Comitibus vel vicecomitibus et Judicibus Nobilium illorum Comitatuum, In quibus fortassis huiusmodi nostra mandata non obseruarentur, vt ipsi scita prius premissornm mera veritate, omnes tales non sine ipsorum dampnis et grauaminibus in talibus fieri solitis ad hocipsum efficaciter obseruandum arcius compellant et astringant auctoritate nostra, presentibus ipsis in hac parte attributa et Justicia mediante. Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Brassouie, feria quarta proxima post festum Natiuitatis domini, Anno eiusdem

Digitized by Google

Millesimo quadringentesimo Sexagesimo septimo, Regni nostri anno decimo Coronacionis vero quarto.

Az eredetiből.

CDL.

Mátyás király Kinizsi Pál Mármaros megyei főispánnak megparancsolja, hogy Dolhai Ambrúst, kit minden törvényes birtokára és jogaira nézve különös óltalma alá vett, minden törvénytelen megtámadó ellen pártolja és védelmezze. Kelt Brassóban december 31-dikén 1467.

Commissio domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hnngarie Dalmacie Croacie etc. fideli nostro Egregio paulo Kijnisij Comiti Comitatus Maromorosiensis Salutem et graciam Cum nos fidelem nostrum Egregium Ambrosium de dolha Simulcum vniuersis possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarijs necnon rebus ac bonis suis quibusuis Justis vtputa et legittimis in nostram regiam receperimus proteccionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis persone tue commiserimus tuicioni. Igitur fidelitati tue barum serie firmiter precipientes, mandamus quatenus receptis presentibus prefatum Ambrosium de dolha in vniuerais possessionibus, porcionibusque et Juribus possessionarijs necnon rebus et bonis suis quibuslibet iustis vt prefertur et

Digitized by Google

legittimis contra quoslibet illegittimos impeditores tueri protegere et defensare ac indempniter manutenere debeaa nostre maiestatis in persona et anctoritate nostra presentibus tibi in hac parte attributa et Justicia mediante Secus ergo non facturus presentibus perlectis exbibenti restitutis. Datum Brassouie in festo Beati siluestri pape Anno domini Millesimo quaringentesimo sexagesimo septimo Regni nostri Anno decimo Coronacionis vero quarto.

Az eredetiből.

CDLI.

Heimburg Gergely az esztergomi érsekhez intézett levelében előadja nézeteit az ő királya s Mátyás király közti béke iránt, mellyet legjobb eszköznek hitt Csehországnak a pápával illendő egyeztetésére; reménylette ugyanis hogy a pápa minden buzgalmát a keresztyénség köz ellenségei, a törökök ellen fogja fordítani annál inkább, mivel velenczei eredetű lévén, Moreának a velenczeiek általi meghódítása által is érdekeltetik; hitte hogy a törökök ellen a cseh király segélye a világ minden más fejedelmeénél hasznosabb lévén, a pápa ennek megnyerése végett el fogja türni azt, mit a baseli zsinat megerősitett és mit maga a római szentegyház az úrvacsora behozatala után mintegy ezer évig gyakorolt; és e részben a magyar király közbenjárására számitott. Most azonban tapasztalja, hogy csalatkozott s az egész világ a cseh király ellen készül. Ez után említi, hogy Mátyás a nürnbergi országgyülésen, hol Fridrik tekintélye egészen semmivé tétetett, segélyt sürgetett a német rendek-

Digitized by Google

től a török ellen, miben azonban Fridrik ismert gyávasága miatt bizonyosan csalatkozni fog. A császártól mi segély sem lévén várható, a magyar király szövetségeséül a törökök ellen a csek királyt ajánlja. Megemlíti, hogy némelly magyar nagyok, mint a bazini és szakolczai grófok, Ország, Pál és Miklós erdélyi vajdák, az érseknek Nürnbergből visszatérte után, mint némellyek híresztelik, elpártoltak azért, mivel erejét a csek király ellen fordítani meglagadta, mások szerint pedig a csehek és morvák ellen izgatnak. Az ebből származható veszély megelőzésére a két király közt személyes, vagy ha ez nem lehetne, megbízott embereik általi összejövetelt ajánl. Kelet nélkül, de a körülmények szerint az 1467-dik év vége felé lehetett irva.

Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Clementissime, Humillima recommendatione premissa. Quod aliquando Reverendissime Paternitati Vestre scripsi, nihil mihi potius fuisse, cum me primum obsequijs Serenissimi Bohemie Regis addixi, quam fedus illud, quod inter vestrum ac meum Regem contractum iam diu fuerat, solidare ac firmare possem et augere. Fiduciam mihi vendicavi ex veteri familiaritate dignissima circumspectionis vestre. Putaham etenim hanc esse viam, per quam rex et regnum Bohemie Romano pontifici honestissime solidari posset. Nec me fefellisset opinio mea, si erga pontificem tam ferveret desiderium salutis reipublice christiane, potissime adversum Turcos hostes Christi potentissimos. Nam etsi Castella a rege Granate oppugnatur et Portugallia Afros impinguet, tamen neutrohi periculum est. Turcorum vero rabies, que regna orientis, que quondam Asverus, deinde Methridates possiderunt, et C. Pompeius excepta Persia devicit, omnia fere sub ditione sua redegit, propter quod autumabam Romanum Pontificem Christiane reipublice relatorem, cogitatum suum omnesque nervos virium suarum intendere, si Turcis ipsis nedum resistere, sed etiam ab omni Thracia, Mysia et omnibus finibus Europe propellere posset. Succurrebat animo, quod ipse origine Venetus etiam carnali affectione niti deberet, si Peloponnesum, quam Moream vocant, Venetorum di-

Digitized by Google

tioni subigere posset. Pro quibus rebus explicandis semper rebar auxilia Regis Bohemie pre cunctis mundi principibus esse profutura, et pro illis assequendis Romanum Pontificem itidem fovere debere vel saltem paterne tolerare, quod prudentissimi patres in Concilio Basiliensi declaraverunt, quod et ipsamet Romana Ecclesia mille circiter annis post institutionem sacramenti eucbaristie passim et instructe practicavit. Huius rei prosenetam, vel ut honorabilius loquar, interventorem regem vestrum futurum esse putabam. Cum autem mendacem famam inolevisse cognoscerem, scilicet totum mundum se regi et regno Bohemie oppositurum, nolui privatam meam opinionem errori publico preferre, ventis vela commisi. Celebrata est conventio Nurmberge auctoritate vanissimi hominis, sed dignissime potestatis, scilicet Imperialis. Et iam vidistis eum non pluris reputatum esse, quam iuxta Aesopi fabulam truncum a ranis. Non dubito, Pater Reverendissime, prudentiam Vestram id ipsum me melius precogitasse, qui hominis ignaviam crebro expertus estis. Attamen Regis Vestri honestas efflagitavit subsidia petere. Sciam si presciscet se frustrari. Quod autem antehac coniectura persuasit, iam veritas et experientia perdocuit. Quid vero nunc amplius agendum sit, mature meditandum est. Apud Cesarem nihil auxilij, quippe nec suis rebus consulere querit, ubi opus est impendio. Sed si callide efficere potuisset, quod exercitus procerum imperij per Austriam in auxilium Hungarie missus esset, et preteriens comminatus esset Georgio de Lapide, Vilhelmo Puochhaim, Eicingeriis et eorum consortibus, ut ex hoc commoditatem suam absque impendio assequi potuisset, talibus astutiis gauderet ignavus homo. Neminem itaque ita inter confines Hungarie etc. conspicio, qui tam efficaciter Serenissimo Regi Vestro assistere posset, quam Boemie Regem. Sed quamquam reges utrinque vester et meus fraterne federati sint, attamen utriusque regni subditi clam tum etiam palam gloriantur, fedus eorum callidum esse et non sincerum. Sunt in regno Hungarie, qui post recessum Reverendissime Paternitatis Vestre in conventu Nurmbergensi gloriati sunt, potentissimos regni Hungarie barones, satrapas et officialcs a rege suo defecisse, pro eo quod vires suas in re-

Digitized by Google

gem meum convertere negaverat. Nuncupant etiam palam comites de Posinku et Kalatsch, Arssekum Paulum et Nicolaum principes in Transylvanis. Nonnulli vestrorum vicissim pares iactantias de Boemis Moravisque disseminant. Ex his iactantiis et rumoribus in regnis rebellio suscitari consuevit, adversus quam tutior certiorque medela meo quidem indicio adhiberi non potest, quam ultra federis conventionem, que literis roborata est, familiaritas conversationis inter reges personaliter si fieri potest, contrahat. At ubi conditio rerum id non subministret, ut ponatur, per eas saltem personas, que regibus summa familiaritate fideique devotione coniuncte sunt, familiaritas ipsa continuetur. Ex hoc enim subditi regum sinceritatis dominorum suorum conscij, si fideles regibus sunt, animantur ad fidem observandam, si vacillant, confirmantur, et qui labascit, pedem fortius figit, qui perfidi sunt, disterrentur, qui vero inscij sunt eorum, que inter reges tractantur, metu fluctuant et timere incipiunt timore saltem initiali, qui postea transit in amorem. Nam in omni republica, ubi dissidetur, tres sunt hominum conditiones, due quidem palam adversantium et tertia neutralium, vel saltem eorum, qui se neutrales esse fingunt. Et alij maxime blandientes utrique dissidentium fovent discidium, hi vero omnes ex regum sinceritate et familiaritate iusto metu constricti ad sui regis obedientiam velut tutum asylum confidenter refugiunt. Postremo me Reverendissime Paternitati Vestre humiliter recommendo. Datum — — — — — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDLII.

Victorin kerczeg Mátyás királyhoz intézett levelében előre bocsátván, hogy a közöttöki levelezés darab idő óta a miatt szünt meg, mert atyja parancsára a pártütők ellen kelle harczolnia, kik már most nagy részint kardra kányattak, részint fogva vagynak, csak kevesen szökvén ki, — Mátyást egykori levelében tett kérdésére: miért nem kér tőle lovat vagy más ajándékot? emlékeztetve megkéri hogy, miután akkori béke idejében erre szüksége nem volt, most küldjön neki két gyakorlott hadi paripát, melly ajándékáért a király visszonti kérésének ő is eleget tenni kész leend. Kelet ideje nélkül, de a körülmények szerint az 1467-dik év második felének elejéről.

Serenissime Princeps, Rex et Domine potentissime. Humili recommendatione premissa: Jamdiu litere et scripta nostra apud Serenitatem Vestram siluerunt et quieverunt, quia de mandato Serenissimi Principis, Domini Regis et Genitoris nostri armis et rebus militarlbus habuimus intendere, maxime contra perduelles ipsius regis regnique, qui a fide et iureiurando prefati Domini Regis et Genitoris nostri nulla necessitate urgente, sed sola malitia suadente defecerunt. Qui pro maxima parte in gladios ruentes spirituu exhalarunt, plerique capti per nos in deditionem recepti sunt, pauci autem elapsi. Que omnia Serenitati Vestre per famam iam nota esse minime dubitamus. Meminimus autem Serenitatem Vestram ex humanitate et benignitate vestra nobis aliquando scripsisse et intimasse, cur non aut equum aut aliam rem usui nostro opportu-

Digitized by Google

nam a Serenitate Vestra posceremus. Huiusce profecto liberalitatem Serenitatis Vestre animo admodnm grato semper recepimus, habuimus et habemus, sed quia tranquillitas temporum non exigebat, ut armis vel equis aut alijs bellicis rebus nobis opus esset, ideo Serenitatem Vestram super huiusce donis non expedivit interpellare, sed huiuscemodi Vestre liberalitatis opus in aliud tempus reservare, quod iam supervenit et continuo interpellat. Quare Serenitatem Vestram nunc commonefacimus sinceriter depreoantes, quatenus duos equos armis tractandis aptos et exercitatos nobis de vestre liberalitatis munificentia liberaliter elargiri et per presentinm portitorem nobis transmittere velitis. Talem largitatem hoc tempore ad nostri postulationem faciendam longe pluris estimabimus et faciemus, quam tempore pacis, quando non tantum utilitati conferret, sicut ornatui et ostentationi. Si quid etiam per nos fieri potest in complacentiam Serenitatis Vestre, id rogamas ut postulet et precipiat nobis Serenitas Vestra. Nos enim ad quelibet vota Serenitatis Vestre promta semper affectione dispositi sumus atque parati. Datum — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDLIII.

Mátyás király Brassó városa s a Bárczaság hű ragaszkodásának és szolgálatainak jutalmául, különösen azért, hogy a közelebbi erdélyi felkelés alkalmával hűségökben állhatatosan megmaradtak és a pártütőknek teljes erővel ellenszegültek, moldvai hadjáratában pedig költségöket nem kimélve s véröket ontva mellette mind végig híven kitartottak, addig is míg Váradon az ország nagyaival bővebben határozand, őket a koronavám fizetésétől fölmenti. Kelt Brassóban január 3-dikán 1468.

propria commissio domini Regis.

Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, Quod nos considerantes inclitas virtutes, preclara merita et multimoda servitiorum genera fidelium nostrorum Circumspectorum Civium et inhabitatorum Civitatis nostre Brassoviensis, ac totius Communitatis terre Barcza, quibus ipsi novissime, dum scilicet Incole partium Transsilvanarum Regni nostri contra nos insurrexissent, res et bona ipsorum fortune casibus submittendo nobis cum magna fidei constantia assistentes se gratos fidelesque reddere studuerunt, emulisque nostris totis eorum viribus obstaculum prebuerunt. Tandem cum in proximo partes Moldavie cum gentibus nostris ingressi fuissemus, ipsi inter alios fideles nostros non parcentes laboribus et expensis pro defensione honoris et status nostri Regij cum sangvinis eorum effusione contra hostes no-

Digitized by Google

stros penes nos et in Bollo nostre usque ad extremum perseverarunt et fideliter servierunt, Quorum intuitu nos volentes eisdem civibus nostris et incolis terre Barcza nostre remunerationia gratiam fenerosam ostendere, eosdem Cives nostros et totam Communitatem terre Barcza tamdiu donec nos in proximo Waradini una cum Prelatis et Baronibus nostris simul constituti fuerimus et superinde maturius deliberabimus, a solutione proventuum vectigalia Sacre Corone Regni nostri, hoc est ab exactione vigesimo de rebus et mercibus ipsorum iuxta decretum novissime Bude superinde editum persolvi debende duximus eximendos et supportandos, immo eximimus et supportamus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis exactoribus huiusmodi proventuum vectigalis Sacre Corone Regni nostri pro tempore constitutis, harum serie firmissime committimus, quatenus, receptia presentibus prefatos Civea et inhabitatores dicte Civitatis nostre Brassoviensis, et Incolas predicte terre Barcza pro tempore existentes usque ad prefixum tempus, donec scilicet nos cum prefatis Prelatis et Baronibus nostris Waradini in proximo simul constituti fuerimus, et ibidem superinde maturius deliberabimus, ad solutionem proventuum vectigalis de rebus et mercibus ipsorum persolvi debentibus nullomodo arctare et compeliere presumatis, et propter non solutionem ipsius vectigalis dampnificare quoquomodo presumatis, et nec sitis ausi modo aliquali gratie nostre sub obtentu. Presentibus perlectis Exhibenti restitutis. Datum Brassovie die dominico proximo post festum circumcisionis Domini, anno eiusdem *Mil*lesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Regni nostri anno decimo, Coronationis vero quarto.

Brassó városa levéltárából.

Digitized by Google

CDLIV.

Mátyás király Korláth László, Timár György, Bíró Márton, Szabó János és Pánczél Lőrincz beszterczei polgároknak magok és polgártársaik nevében kérelmére Beszterczebánya városának szabadalmait és szokásait, mellyekkel az az őt megelőző magyar királyok és néhai atyja idejében élt, de mellyekben az ujabb időkben gyakran háborittatott, különösen azokat, mellyeket ő maga koronáztatása után külön levelében megerősített, általánosságban ujra megerősitvén, azok szoros megtartását és megtartatását az erdélyi vajdáknak, a székely ispánoknak, helyetteseiknek és minden erdélyi királyi tisztviselőnek megparancsolja. Kelt Brassóban január 4-dikén 1468.

Propria Commissio Domini Regis.

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentinm significantes quibus expedit universis, Quod fideles nostri circumspecti Ladislaus Korlath, Georgius Thymar, Martinus Bijro, Joannes Zabo et Laurentius Pantzel dicti, Cives Civitatis nostre Bistriciensis, in ipsorum ac ceterorum Civium et Communitatis ipsius Civitatis nostre, nostram venientes in presentiam, nobis significare curarunt in hunc modum, Quomodo ipsi in eorum libertatibus et consvetudinibus antiquis, quibus ipsi temporibus divorum Regum Hungarie, nostrorum videlicet predecessorum, ac quondam Domini Genitoris nostri usi fuerunt, sepe impedirentur et turbarentur, et supplicarunt nobis prefati Ladislaus Korlath, Georgius Thymar, Martinus Bijro, Joannes Zabo et Laurentius Pantzel, in ipsorum ac aliorum quorum supra nominibus, ut nos eosdem in supradictis ipsorum libertatibus et consuetudinibus antiquis, presertim vero in illis, super quibus

Digitized by Google

post felicem Coronationem nostram a nobis pro se literas haberent confectas, tenere et per omnes officiales et subditos nostros conservari facere dignaremur, et quia iusta petentibus non est denegandus assensus, igitur nos tum supplicationibus prefatis nostre modo quo supra porrectis Maiestati inclinati, tum vero nt ipsi Cives et Communitas sepefate Civitatis nostre Bistriciensis sicuti numero, ita etiam fidelitate augeantur, et ad exhibenda nobis fidelia servitia promptiores reddantur. Annuimus et concessimns eisdem, ut ipsi et eorum heredes atque posteri in omnibus libertatibus et consuetudinibus antiquis, in quibna ipsi temporibus divorum Regum Hungarie, nostrorum videlicet predecessorum ac quondam Domini Genitoris nostri usi fnerunt et gavisi, specialiter vero in illis, super quibus post felicem Coronationem nostram a nobis pro se literas haberent confectas, absque contradictione quorumpiam Officialium sen hominum nostrorum, futuris semper temporibus uti, frui et gaudere possint, atque valeant, immo annuimus et concedimus presentium per vigorem. Quocirea Vobis, fidelibus nostris Magnificis Waywodis nostris Transsylvaniensibus et Comitibus Sicnlorum nostrorum ipsorumque Vieesgerentibus, item cunctis Officialibus et negotiornm nostrorum Directoribus in partibus Regni nostri Transilvanis constituendis, presentibus et futuris, presentium notitiam habitnris harum serie firmiter mandamus, quatenus a modo deinceps, sepefatos Cives et Cemmunitatem antefate Civitatis nostre Bistriciensis ant aliquem ex ipsis contra premiasas eorum libertates impedire et turbare aut quovis quesito colore molestare non audeatis, quinpetius ipsos in eisdem libertatibus illese conservetis et faciatis per omnes snbditos vestros conservari, presentesque quas appensione Sigilli nostri secreti communiri feeimus, post earum Lecturam reddi mandamus presentanti. Datum Brassovie feria secunda proxima post festum Circumcisionis Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Sexageaimo Octavo, Regni nostri anno decimo, Coronationis vero quarto.

Besztercze városa levéltárából.

Digitized by Google

CDLV.

Mátyás király Kolozsvár városának kérelmére, mellynek már előbb az erdélyi fölkelésbeni kikágásaiért megkegyelmezett, annak minden régi szokását, szabadságait és kiváltságait általánosságban megerősiti. Kelt Kolozsvárt január 19-dikén 1468.

Propria Commissio domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamns tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod cum nos vniuersis Ciuibus Hospitibus et Incolis Ciuitatis nostre Coloswar super illis excessibus eorum, in quibus ipsi eotunc cum scilicet Nobiles et Jncole partium Transsiluanarum Regni nostri contra nostram Maiestatem insurgentes notabiliter deliquissent, graciam fecissemus, Supplicarunt nostro culmini humiliter vt eosdem non obstantibus premissis excessibus ipsorum in omnibus antiquis Juribus, consuetudinibus libertatibus gracijs priuilegijs et libertatum prerogatiuis per diuos Reges Hungarie predecessores scilicet nostros et eciam per nos ipsis concessis quibus ipsi hactenua vsi fuissent, de clemencia nostra Regia deinceps perpetuis temporibus, vti gaudere et perfrui concedere dignaremur. Nos igitur qui de benignitate nostra Regia qua delinquentibus solemus veniam impertiri eisdem Ciuibus nostris ac rebus Bonis et omnibus Juribus eorum possessionarijs graciam fecimus, eosdem Cines Incolas et vniuersos Inhabitatores di-

Digitized by Google

cte Ciuitatis nostre Coloswar non obstante premissa nota omnibus illis libertatibus gracijs prerogatiuis et antiquis consuetudinibus ac Juribus vniuersis, quibus vsquemodo ex concessione nostra et prefatorum predecessorum nostrorum Regum Hungarie annuencia vsi fuerunt, a modo deinceps perpetue vti frui et gaudere indulgemus et concedimus. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Coloswar feria tercia proxima post festum beati Antbonij Confessoris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Octauo, Regni nostri anno decimo Coronacionis vero quarto.

Kolozsvár városa levéltárából.

CDLVI.

György cseh király tudósitja Mátyás királyt, miszerint előbb az iránt tudósittatván, hogy halálos sebet kapott, ez őt nem kis aggodalomba hozá, most azonban értésére esett, hogy Oláhországban ellenségein diadalmaskodott, sebe pedig csak vitézségét tanusitja és inkább vigasztalásra mint aggodalomra szolgáltat okot. Ezeni örömének nyilvánitására Rabenstein Prokópot korlátnokát szándékozott hozzá küldeni, ki némelly más tárgyak felől is neki jelentést teendő volt; ez azonban hirtelen megbetegedett. Ha hosszabb ideig nem talál meggyógyulni, helyette más valakit küldend. Addig is e levélhez mellékli az ellene, becsülete s országa ellen különféle csalárd utakon forralt tervek megismertetését, mellyet neki már előbb levél alakban megküldölt volt, a nélkül hogy tudná, eljutott-e az hozzá. Kelt Prágában február 9-dikén 1468.

Digitized by Google

Serenissime Princeps, Frater carissime. Letiora sunt gaudia, que tristibus succedunt, quam ea que se ex integro animis hominum representant, unde ortum est istud iam tritum vulgi sermone proverbium: Dulcia non meruit, qui non gustavit amara, et alibi: Dulcior est apum mage labor, si malus ora prius sapor edat, gratius astra nitent, ubi nothus desinit imbriferos dare sonos. Jam pridem auribus nostris insonuit, Frater carissime, personam Vestram hostili telo petitam lethale vulnus excepisse. Nos vero conterriti ac tremefacti tremula quidem exspectatione aliquamdiu afflicti stetimus ambigua cogitatione suspensi. Tandem nobis innotuit, Serenitatem Vestram in Walachia contra hostes vel perduelles vestros feliciter dimicando optatam victoriam reportasse, vulnus autem adversa facie illatum et exceptum, militaris animi vestri tam gloriosum prebere testimonium, ut plus inde consolationis et bellice laudis preconium et repetende congressionis fiduciam pepererit, quam ex ictu vel impressione dolorem. Tanto ergo maiore letitia perfusi sumus, quanto prius ex merore consternati. Et illico ad Serenitatem Vestram, Frater carissime, ambasiatorem et oratorem vobis nostri parte congratulantem transmittere decrevimus, nobilem videlicet Procopium de Rabensstein, cancellarium nostrum, nonnulla etiam apud Fraternitatem Vestram nostri parte relaturum, quem subita egritudo invasit, qui nisi propediem, ut speramus, restitutus fuerit, aut si morbus prevaluerit, alium virum idoneum ad Vestram Fraternitatem ob premissa destinare non tardabimus. Interea Serenitati Vestre mittimus per copiam presentibus introclusam conditionem et qualitatem eorum, que erga nos ac honorem et statum nostrum et regni nostri varijs dolis et fraudibus machinata sunt, et ut remur, adhuc a malevolis et factiosis non desistitur. Que ideo in modum copie presentibus includi fecimus, quia ante hac in forma epistole Fraternitati Vestre transmisimus. An autem epistola ad vestram presentiam incorrupta pervenerit, non satis certum habemus. Reliqua autem per oratorem ut supra diximus Fraternitati Vestre communicare non

Digitized by Google

diffideremus, quam Dominus Deus incolumitati ac sanitati pristino gratiose restituero dignetur, pro consolatione nostra et regnicolarum vestrorum, omniumque Christianorum letitia singulari. Datum Prage nona die Februarij, regni nostri anno decimo.

Palacky közléséből.

CDLVII.

Urmezei János és Lőrincz deák Mármaros megyei alispánok, Barczánfalvi Balázs, Deszefalvi Sándor, Szlatinai László és Szaplonczai Hosszú Mihály ugyanazon megyei szolgabirák tudósitást tesznek Mátyás királynak a felől, hogy nyomozó, visszaigtató s idéztető parancsa értelmében Mojszin helység minden birtokosát és a megye többi nemességét február 23-dikára törvényszékök helyére Sziget városába kikiáltott gyülés alakjában összehiván, és őket, Bilkei István királyi s Albert váradi káptalani ember jelenlétében, a keresztre megesketvén, ezek azt vallották, hogy Dolhai Ambrúsnak Mármaros megyei Mojszin nevű faluját Visói Simon és István, Alsó-Visói Pap Miklós, Szelestei Juga Ivasko, Alsó-Visói Miklós és Ladván mult évben erőszakkal foglalták el. Minek következtében ők az emlitett erőszakoskodókat ezen helység birtokából kivetvén, abba Dolhai Ambrúst ujra beigtatták, az emlitett királyi ember pedig a káptalani bizonyság jelenlétében az emlitett hatalmaskodókat visói és alsó-visói részjószágaikban a szent György napi törvényszakra a királyi személyes jelenlét elébe idézte. Kelt Szigeten február 23-dikán 1468.

Digitized by Google

Serenissimo principi, Domino Mathie, Dei gracia, Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Regi, Domino nostro gracioso, Johannes de Wrmezev et Laurencius litteratus Vicecomites Blasius de Barchanfalwa, Sandrinus de dcstefalwa, Ladislaus de Zlathijna et Michael longus de Zaploncza, quatuor Judices Nobilium Comitatus Maromarusiensis, Servicium continuum perpetua cum fidelitate, Vestra Nouerit Serenitas, nos literas vestras scilicet Inquisitorias Attestatorias restatntorias Evocatorias et Insinuatorias, modum et formam cuiusdam proclamate congregacionis generalis in se habentes, nobisque in certa sui parte, pro parte Nobilis Ambrosij de dolha, contra Sijmeonem et Stephanum de Wijso, Nicolaum pap do Alsowijso, Iwasko Jwga, de Zelesthije, Nicolaum et ladwan de dicta Alsowijso, preceptorie loquentes et directas, honore et reuerencia quibus decuit recepisse, Et nos Juxta earundum continenciam, vniuersis vicinis et commetaneis possessionis Moijsche ceterisque Nobilibus comprouincialibus eiusdem Comitatus Maromarusiensis, quibus decuisset et licuisset, ad vigiliam festi beati Mathie Apostoli proxime preteriti, in opido Zijgheth diem scilicet et locum Sedis nostre Judiciarie per nos ipsis partibns presignatum per modum proclamate Congregacionis generalis, in eandem Sedem nostram Judiciariam, videlicet in nostram presenciam, convocatis, partibus eciam predictis puta antefatis Ambrosio de dolha, necnon Sijmone et Stephano de Wijso, Nicolao pap do Alsowijso, Iwasko Jwga de Zelesthije Nicolao et ladwan de eadem Alsowijso, in eisdem Wijso ac Alsowijso et Zelesthije porcionibus eorum possessionarijs, ante octo dies dieij sew termini Execucionis huiusmodi Inquisicionis et Attestacionis veritatis premissorum, per vnum, ex nobis videlicet Blasium de Barczanfalwa, puta Judicem Nobilium, illac legitime conuocatis et Accersitis, ac presentibus ipsis partibus necnon Stephano de Bijlke, homine vestre Serenitatis in dictis vestris literis inter alios homines vestros nominatim conscriptos expressato, Ac discreto viro Alberto presbitero Rectore altaris beati Nicolai Episcopi et confessoris, in ecclesia Wara-

Digitized by Google

diensi fundati, ad premissa fideliter peragenda pro testimonio Capituli dicte Eccleaie Waradiensis fidedigno transmisso, nos eosdem vicinos et commetaneos Nobilesquo comprouinciales, iamfati Comitatus Maromarusiensis, ad fidem eornm deo debitam, fidelitatemque Vobis et sacro vestro Regio dijademati observandam, Tacto in super dominice crucis signo, per eosdem coram nobis prestitam, de eo vtrum circa festum beati Mathie Apostoli proxime preteritum, ipsi Nobiles, Sijmon et Stepbanus de Wijso, ac alij predictj, predictam possessionem Maijsche, vocatam, in *dicto* Comitatu Maromarusiensi, existentem, A manibus eiusdem Ambrosij de Dolha innimisiuste et indebite proseipsis occupassent, occupatamque tenerent et eandem vterentur eciam de presenti potencia mediante, an ne, Inquisiuimus et Attestarifecimus, Quiquidem vicini et commetanei dicte possessionis Maijsche, Nobilesque comprouinciales infranominaudi, per nos modo premisso requisiti, de factis prescriptis, modo subnotato, Attestati exstiterunt, Nomina vero vicinorum et commetaneorum, Nobiliumque comprouincialium infranotandorum pro parte prefati Ambrosij de dolha Attestancium, et possessionum eorundem sunt hec, Item primo Emericus Sthijborij de Saijo fassus est per hunc modum, Quod dicta possessio Maijsche prefati Ambrosij de dolha prefuisset, sed in Anno proxime elapso predicti Nobiles de utraque Wyso et Zelesthije, ab ipso potencialiter occupassent, Item Donka de eadem Saijo fassus est eodemmodo, Item Iwasko de Jood fassus est, quod predicta possessio Maijsche, condam Michaelis et dicti Ambrosij de dicta dolha, prefuisset, et Idem Michael vsque vitam possedisset, Item Blasius de Barczanfalwa fassus est similimodo, Item Johannes de Rwskowa Johannes Nemes, Elyas Danch de Wanchfalwa, Michael orda de *Leordina*, *Georgi*us Wanch de predicta Wanchfalwa, Item danch de Dragomijrfalwa, Item Hodor de Barczanfalwa, Michael Fijcze de Gijwlafalwa, Wanch de Barczanfalwa antedicta, Danch de Nijres, Item dragws et Iwan, ac alter Iwan Nemes de Gijwlafalwa Item Lucas de Bwdfalwa, Gywla de predicta Gywlafalwa, demetrius de eadem, Johannes de Saijo, Item Thijwadar et Iwandijak de dicta Wanchfalwa, Michael paruus de dragamijrfalwa, Thomas

Digitized by Google

de Jood Sijmon et vterque Johannes de eadem, Item Maneijla de Kohnija, et petrus Wanch de sepedicta Wanchfalwa, vicini scilicet et commetanei dicte possessionis Maijsche, fassi et attestati extiterunt, sicuti prefatus Emericus Sthijbor de Saijo, eodem modo per omnia affirmantes, Habita ıtaque huiusmodi attestacione, Quia ex huiusmodi, veridicis Attestacionibus Dictorum vicinorum et commetaneorum ac Nobilium comprouincialium, annotatam possessionem Maijsche, termino in predicto, a manibus dictj exponentis per dictos Sijmonem et Stephanum, ac alios prenominatos Iniuste occupatam esse agnouimus, ob hoc exclusis prius et eiectis, prefatis Sijmone Stephano Nicolao et alijs prenominatis de dominio eiusdem possessionis Rursus et iterum, dictos exponentes, in dominium eiusdem reintroduximus et eandem eidem Restatuimus, Reintroductumque, contra quoscunque illegitimos, Impeditores, Et signanter aduersus prefatos Sijmonem Stephanum et Nicolaum, ac alios predictos, nos protegere tuerj et defensare assumpsimus, vestre Maiestatis in persona et auctoritate nobis in hac parte attributa et Justicia mediante, Et nichilominus Idem homo Vestre Serenitatis, presente dicto testimonio prefati Capituli Ecclesie Waradiensis, memoratos Sijmonem et Stephanum de Wijso, Nicolaum pap de Alsowijsó, Iwasko Jwga de Zelesthije, Nicolaum de dicta Alsowijso et ladwan de eadem in festo beati Mathie apostoli proxime preterito, videlicet quemlibet eorum in dictis possessionibus Wijso et Alsowijso porcionibus scilicet ipsorum possessionarijs, in eisdem habitis, pro premissis actibus potenciarijs, contra annotatum exponentem, ad octauas festi beati Georgij martyris nunc venturi, Vestram personalem Euocauerat in presenciam, Rationem de premissis reddituros, litispendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Insinuauerat ibidem eisdem, vt siue ipsi octauis in predictis, coram eadem vestra personali presencia, compareant siue non, eadem ad partis comparentis Instanciam, Id faciet in premissis, quod Juri videbitur expediri Datum die et loco predictis, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octauo.

Az eredetiből.

Digitized by Google

CDLVIII.

A váradi káptalan tudósitja Mátyás királyt az előbbi szám alatti Mármaros megyei tudósitással teljesen egyértelmű-leg. Kelt martius 7-dikén 1468.

Serenissimo Principi domino Mathie dei gracia Regi Hnngarie Dalmacie Croacie etc. Domino eorum naturali graciosissimo Capitulum Ecclesie Waradiensis Oracionem in filio virginis gloriose perpetnacum fidelitate Vestra nouerit Serenitas nos literas eiusdem vestre serenitatis Inquisitorias Attestatorias restatutorias Euocatorias et Insinuatorias modum et formam cuiusdam proclamate Congregacionis generalis in se habentes, Comiti vei Vicecomiti et JudicibusNobilium Comitatus Maromarosiensis nobisque in certa sui parte pro parte nobilis Ambrosij de dolha contra Symonem et Stephanum de Wijso Nicolaum pap de Alsowijso Iwasko de Iwga Nicolanm de dicta Alsowyso et ladwan de eadem preceptorie loquentes et directas sumpmocnm honore recepissc et Juxta earundem continentiam vnacum Stephano de Bylkery homine ipsius Vestre Serenitatis in dictis literis vestris inter alios homines vestros nominatím conscriptos expressato nostrum hominem videlicet discretum virum Albertum presbiterum Rectoremaltaris beati Nicolai Episcopi et Confessoris in dicta ecclesia nostra fundati ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fidedignum duxisse destinandum Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis consonauoce retulerunt eomodo Quod ipsi Vicecomites et JudicesNobilium dicti Comitatus Maromarosiensis vniuersis vicinis et commetaneis pos-

Digitized by Google

sessionis Maysij ceterisque Nobilibus comprouincialibus eiusdem Comitatus Maromarosiensis quibus decuisset et licuisset ad vigiliam festi beati Mathie Apostoli proxime preteriti in oppidum Zygeth diem scilicet et locnm Sedis Judiciarie ipsius Comitatus Maromarosiensis, per eosdem pro partibus presignatam per modum proclamate Congregacionia generalis illac in eandem Sedem eornm Judiciariam ipsorum videlicet in presenciam convocatis, partibus eciam predictis, puta antefatis Ambrosio de Dolha in eadem possessione Dolba necnon Symone et Stephano de Wyso Nicolao pap da Alsowyso Iwasko de Jwga Nicolao et ladwan de eadem Alsowyso in eisdem Vyso et Alsowyso porcionibus scilicet eorum possessionarijs, ante octo dies diey sew termini Execucionis huiusmodi Inquisicionis et Attestacionis veritatis premissorum per vnum ex ipsis puta Blasium de Barczanfalwa Judicemnobilium Illac legittime vocatis et accersitis, ac presentibus ipsis partibus, necnon eisdem vestro Regio et nostro testimonio hominibus eosdem vicinos et commetaneos ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque Vobis, et sacro vestro Regio dijademati obseruandam Tacto dominice Crucis signo de eo, Vtrum circa festum beati Mathie apostoli proxime preteritum, ipsi Nobiles Symon et Stephanus de Wijso, ac alij predicti predictam poasessionem Maijsij vocatam in dicto Comitatu Maromarosiensi existentem a manibus eiusdem Ambrosij de Dolha minus iuste et indebite pro se ipsis occupassent occupatamque tenerent, et eadem vterentur potentia mediante an ne Inquisiuissent et attestari fecissent Quiquidem vicini et commetanei dicte possessionis Maijsij Infradeclarandi super premissis taliter attestati fuissent Quod primo Emericus Sthybory de Sayo fassus extitisset per huncmodum Quod dicta possessio Maijsij prefati Ambrosij de dolha prefuisset sed in Anno proxime elapso predicti Nobiles de Wyso ab ipso potentialiter occupassent, Item Donka de eadem Sayo fassus est eodemmodo, Item Iwasko de Jood fassus est Quod predicta possessio Maysij condam Michaelis et Ambrosij de dicta Dolha prefuisset et Idem Michael vsque vitam possedisset Item Blasius de Barchanfalwa fassus est similimodo Item Johannes de Ruskowa Johannes Nemes Elyas Danch de

Digitized by Google

Wanchfalwa Michael orda de leordina Georgius Wanch de predicta Wanchfalwa Item danch de Dragamyrfalwa Item Hodor de Barchanfalwa Michael Fyche de Gywlafalwa Wanch de Barchanfalwa antedicta, Danch de Nyeres Item dragws et Iwan et alter Iwan Nemes de Gywlafalwa Item Lucas de Bwdfalwa, Gywla de predicta Gywlafalwa, Demetrius de eadem, Johannes de Sayo Item Thywadar et Iwandeak de dicta Wanchfalwa Michael paruus de dragamyrfalwa Thomas de Jood Symon de eadem ac vterque Johannes de eadem Item Maneijla de kohnija et petrus Wanch de sepedicta Wanchfalwa, vicini scilicet et commetanei dicte possessionis Maijsij fassi et attestati extitissent sicuti prefatus Emericus Sthybor, de Sayo, per omnia eodemmodo, Habitaque huiusmodi attestacione, Quia ex huiusmodi veridicis attestacionibus dictorum vicinorum ac Nobilium comprouincialium, Annotatam possessionem Maijsij termino in predicto a manibus dicti exponentis per dictos Symonem et Stephanum ac alios prenominatos Iniuste occupatam esse agnouissent. Ob hoc exclusis prius et eiectis prefatis Symone Stephano, Nicoiao et alijs prenominatis de dominio eiusdem possessionis Rursus et iterum dictum exponentem in dominium eiusdem Reintroduxissent et eandem eidem Restituissent Reintroductumque in eadem contra quoscunque illegittimos Impetitores et signanter aduersus prefatos Symonem Stephanum et Nicolaum ac alios predictos ijdem Vicecomites, et Judicesnobilium protegere tueri et defensare assumpsissent Vestre maiestatis in persona et auctoritate ipsis in hac parte attributa et Justitia mediante Et nichilominus Idem homo vestre Serenitatis, dicto testimonio nostro presente memoratos Symonem et Stephanum de Wyso Nicolaum pap de Alsowyso Iwasko de Iwga Nicolaum de dicta Alsowyso et Ladwan de eadem, in festo beati Mathie apostoli proxime preterito, quemlibet scilicet eorum in dictis possessionibus Wyso et Alsowyso portionibus scilicet ipsorum possessionarijs in eisdem habitis pro premissis actibus potenciarijs, contra annotatum exponentem, ad octauas festi beati Georgij Martiris, nunc venturi, vestram personalem euocassent in presenciam Racionem de premissis reddituros, Litispendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Insinuas-

Digitized by Google

sent ibidem eisdem vt sive ipsi octauis in predictis coram eadem vestra personali presencia compareant siue non eadem ad partis comparentis Instanciam Id faciet in premissis quod Juri videbitur expediri. Datum Sedecimo die diei Inquisicionis, Attestacionis Restatucionis Euocacionis et Insinuacionis prenotatarum Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octauo.

Kivülről oldalt jegyezve: Pro A Magister Benedictus (de pe)czel, cum Budensi, pro I foris de Zijrma, cum lelez, A probat cum duabus vna presentj (altera) Comitis Maromorosiensis per modum proclamate congregacionis I negat occupasse Ideo solemniter fiet conuictio, die Jacobi in facie terre, pro facto potenciario A Jurabit ad capita I, ad singulos l-mo se, coram lelez, Ita videlicet, quod XXV die Jacobi, ad caput Simonis de wyso, et sic ad singulos diebus post sese, sequentibus, coram Thorda possessio iterum restatuatur soluit I fl j tho.

Az eredetiből.

CDLIX.

Mátyás király Beszterczе város birájának Lászlónak kérelmére megengedi, hogy a város ezentul az általa évenként sz. Márton püspök és hitvalló napján leteendő rendes királyi bért maga szedethesse be és adhassa át az ezért küldendő királyi embernek; megparancsolja azért minden királyi bérszedőnek, hegy többé ezen bérszedésbe ne avatkozzanak Kelt Egerben martius 7-dikén 1468.

Digitized by Google

Commissio Domini Regis.

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, Quod nos accepta supplicatione fidelis nostri circumspecti Ladislai Judicis per eum in sua ac Juratorum ceterorumque Civium et totius Communitatis Civitatis nostre Bistriciensis personis, nobis propterea facta, ut ipsi a modo inposterum semper futuris temporibus census ipsorum ordinarios circa festum beati Martini Episcopi et Confessoris nobis annuatim de medio ipsorum provenientes per se de medio eorum recolligere, et Maiestati nostre vel hominibus nostris, quos nos in medium eorum pro ipsis censibus deputaverimus, dare et assignare possint. Immo annuimus presentium per vigorem, Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis dicatoribus et collectoribus predictorum Censuum nostrorum ordinariorum, per nos ad id deputandorum presentibus et futuris presentium notitiam babituris firmiter mandamus, quatenus, a modo imposterum ad exigendum et recolligendum buiusmodi censum aliquo modo vos ingerere non presumatis, sed eisdem ipsis Civibus nostris recolligere permittatis, et secus facere non presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Agrie feria secunda proxima post Dominicam Invocavit. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octavo. Regni nostri anno undecimo, Coronationis vero quarto.

Besztercze városa levéltárából.

Digitized by Google

CDLX.

Mátyás király Windberg Pál Pozsony városi kapitánynak az egész város nevében tett panaszos előterjesztése következtében, — miszerint a pozsonyi vámszedők, régi kiváltságai ellenére, a pozsonyi Laetare vasárnapi vásárra akár az országból akár a külföldről jövő kereskedőktől az említett vasárnapot megelőző és követő 14 nap alatt is vámot szednek, — a mondott vámszedőknek szorosan megparancsolja hogy, ha a pozsonyi polgárok ez iránt kiváltságleveleiket előmutathatják, többé azt tenni ne merészeljék, ellenkező esetben esen parancs megtartására szorittatásukat Pozsony megye fő- vagy alispánjára bizván. Kelt Budán martius 17-dikén 1468.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Theloniatoribus in Civitate nostra Posoniensi constitutis Salutem et gratiam. Exponit nobis fidelis noster Circumspectus Paulus Windperg Capitaneus dicte Civitatis nostre Posoniensis, in sua ac universorum Civium hospitum et inhabitatorum, necnon totius Communitatis eiusdem Civitatis nostre personis querulose. Quod licet antiqua libertatis eorum prerogativa eisdem Civibus nostris per divos Reges Hungarie, nostros scilicet predecessores eis gratiose concessa requirente, a mercatoribus et alterius cuiusvis status et conditionis hominibus, tam scilicet de hoc Regno nostro, quam etiam exteris Regnis existentibus, qui ad nundinas circa Dominicam letare in dicta Civitate nostra celebrari solitas irent, infra quatuordecem dies ipsam Dominicam letare precedentes

Digitized by Google

et sequentes, nullum Thelonium exigi debuerit. Tamen nunc vos, contra huiusmodi eorum libertates ab eisdem mercatoribus et alterius status et conditionis hominibns, qui ad ipsas nundinas irent Thelonium exigeretis, in preiudicium huiusmodi libertatis dictorum Civium nostrorum et dampnum non modicum, Et cum nos, dictos Cives nostros in eorum libertatibus tenere et conservare volumus, Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter conmittimus, quatenus si prefati Cives nostri, eorum iura, super huiusmodi eorum libertatibus exhibere potuerint, ex tunc decetero a prefatis mercatoribus et alterius cuiusvis status et conditionis hominibus qui ad dictas nundinas irent, contra premissas eorum libertates nullum tributum seu thelonium exigere debeatis, et neque sitis ausi modo aliquali. Alioquin serie presentium committimus Fidelibus nostris Comitibus vel Vice-Comitibus Comitatus Posoniensis, ut ipsi scita prius superinde mera veritate, vos ad huiusmodi mandata nostra observanda per omnia opportuna remedia arctius compellant et astringant, Auctoritate nostra presentibus ipsis in hac parte attributa et iustitia mediantibns. Et hoc idem per futuros theloniatores in dicta Civitate nostra pro tempore constitutes, firmiter volumus observari, presentesque perlectas, post earum lecturas semper reddatis presentanti. Datum Bude feria quinta proxima ante Dominicam Oculi. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo, Coronationis vero quarto,

Ad relationem Reverendi Domini
Episcopi Waradiensis.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

CDLXI.

Mátyás király János esztergomi, István kalocsai és bácsi érsekeknek s főkorlátnokainak, valamint Gábor mesternek, udvari alkorlátnokának és személyes jelenléte helytartójának, továbbá udvari itélőmestereinek szorosan megparancsolja, hogy apródjának Poki Ferenczuek és testvéreinek elfoglalt jószágaik iránt Laki Kaczor György és mások ellen előttök meginditott vagy meginditandó pörében, mellyet ő a szent György napi törvényszakon be akar végeztetni, az emlitett idő alatt okvetetlen végitéletet hozzanak. Kelt Esztergomban martius 25-dikén 1468.

Mathias Dei Gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris Reverendissimis in Christo patribus Dominis Johanni Strigoniensis, et Stephano Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum ArchiEpiscopis Summis, et Secretarijs Cancellarijs nostris, Item Venerabili Magistro Gabrieli Aule nostre ViceCancellario et Personalis presencie nostre Locumtenenti, necnon Egregijs Prothonotarijs Curie nostre Salutem et Graciam, Quia nos in causa inter Franciscum de Pok aprodionem nostrum et Fratres suos ab una, et Georgium Kaczor de Lak, ac alios non nullos partibus ex altera in facto occupacionis Bonorum eiusdem Francisci et Fratrum suorum coram vobis mota, vel movenda, in Octavis festi Beati Georgij Martijris nunc venturi, finire strictissime fieri volumus, Ideo fidelitati vestre et cuilibet vestrum firmiter mandamus, quatenus prefatam Causam Partes inter — — — — — — — sine ulte-

Digitized by Google

riori dilacione in dictis Octavis Festi Beati Georgij Martijris adiudicare — — — — — terminare debeatis, prout dictabit ordo Juris, secus nullatenus facere presummatis — — — — — presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Strigonij in Festo Annunciacionis Beate Marie Virginis, Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Octavo, Regni nostri anno undecimo. Coronacionis vero quarto.

Czech János közléséből.

CDLXII.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja, hogy miután ő Graffanek Ulrik kérelmére Esztergomi Ambrús deáknak és pozsonyi polgár Bálint nejének Borbálának minden vétkeikért, mellyekért a városnál fogva tartatnak, különös kegyelemből megengedett, őket tüstént bocsássa szabadon és személyeikben, vagyonaikban háborgatni vagy károsítani ne merje. Kelt Nagy-Szombatban martius 26-dikán 1468.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti. Quia nos ad humillime supplicationis instantiam Fidelis nostri Magnifici Ulrici de Graffenneg per eum nobis propterea oblatam Ambrosio

Digitized by Google

literato de Strigonio et Domine Barbare consorti Valentini Concivis vestri ac universis rebus et bonis ipsorum super universis delictis et criminibus pro quibus ijdem aput vos capti tenentur, gratiam et misericordiam duximus faciendam speciales, imo facimus per presentes. Igitur fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus antefatos Ambrosium literatum et Dominam Barbaram pretextu premissorum criminum in personis rebusque et bonis ipsorum quibuscunque impedire et dampnificare non presumatis, sed agnitis presentibus eosdem liberos reddatis, et de captivitate qua mancipati tenentur absolvatis. Aliud non facturi, Presentes autem propter absentiam sigilli nostri Secreti, alio minori Sigillo nostro fecimus consignari. Datum Tirnavie Sabbato proximo ante dominicam letare Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo, Coronationis vero quinto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis Civibus ac toti Communitati Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis dilectis.

Poxsony városa levéltárából.

Digitized by Google

CDLXIII.

Palóczi László országbiró, a királyi törvényszéknek a folyó évi vizkereszinapi törvényszak alatt itélete következtében, meghagyja a leleszi conventnek, miszerint Dolhai Ambrúsnak Dolha, Zadnya, Bronka, Kusnicza, Kereczke, Lisicza, Szurdok, Rozallya, Polyána és Sajó nevezetü és minden más bárhol találtató birtokába és részjószágaiba, — mellyekbe midőn Erzsébet, Mátyás király anyja, ugyanennek 1465-ben kelt adománylevelénél fogva magát a mult 1466. és 1467-dik évben háromszor beigtatni akarta volna, Dolhai Ambrús mindannyiszor ellentmondott ugyan,de a királyi személyes jelenlét elé ellenmondásának okadása végett idéztetve soha meg nem jelent, és mellyek ennek következtében az ország szokása szerint az adományosnak itéltettek, — emlitett Erzsébetet, bárki ellenmondását többé figyelembe nem véve, törvényesen igtassa be. Kelt Budán martius 27-dikén 1468.

Amicis suis Reverendis — — — — — — — — — — Comes Ladislaus de palocz Judexcurie Serenissimi Principis Domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. Amiciciam paratam cum honore. Noueritis Quod nobis in octavis festi Ep(iphaniarum domini) — — — — — — — — — — cum Nobilibus pro faciendo moderatiuo Judicio causancium in Sede nostra Judiciaria sedentibus, Magister Benedictus de peczel pro Illustri domina Elizabeth vocata genitrice prefati domini nostri Mathie Regis cum procuratorijs literis eius-

Digitized by Google

dem, n — — — — — — — — — — — — quasdam sex literas, tres vestras Introductorias et statutorias domino Regi, vnam ad suum regium hortatorium mandatum, Alias vero duas ad amicabilem nostram litteratoriam peticionem rescriptas, Tenorem que — — — — — — — — nostri Regis et nostrarum vobis directarum verbaliter in se habentes, et alias tres, unam similiter prefati domini nostri Regis et alias duas nostras Judiciales exinde confectas, necnon quedam paria litterarum prorogatoriarum, Annis et terminis infra — — — — — — — — confectas, Nobis presentauit declarans, quod cum primo et principaliter Stephanus de Posahaza Regius Ac frater Andreas presbiter Junior vestri homines, Ad litteratorium mandatum prefati domini nostri Regis transmissi feria te(rcia proxima) — — festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quinto preteritum ad facies possessionum dolha Zadnija Branka kwsnijcza Kereczke et lijssijcza in de Bereg, necnon Zwrdok, Orozalija. Po(lana et Sayo vocatarum in Ma)ramorosiensi Comitatibus, existencium et Aliarum vniuersarum possessionum et porcionum possessionariarum, Ambrosij de dicta dolha presentibus vicinis et commetaneis accessissent Easdemque prefate domine Elizabeth genitrici d(omini nostri Regis) — — — Regie donacionis titulo sibi Incumbentj perpetuo possidendas statuere voluissent, Tunc quidem Cristel familiaris dictj Ambrosij de Dolha in persona eiusdem, Ambrosij domini sui illic adherens ipsos a Statucione dictarum po(ssessionum et porcionum) possessionariarum, ipsius Ambrosij prefate Domine Elizabet fienda prohibuisset contradicendo Ob quamquidem Contradictoriam Inhibicionem, ijdem Regius et Vester homines prefatum Ambrosium de Dolha in dicta possessione Zadnija contra memoratam dominam Elizabeth ad octauas festi beati Jacobi apostoli tunc venturi dicti domini nostri Regis personalem Euocassent in presenciam racionem contradiccionis sue redditurum. A quibusquidem octauis festi beati Jacobi Apostoli causa premissa partes inter easdem, seriebus litterarum Reg — — — — — — — — — — — — — ad octauas festi Epiphaniarum domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Sexagesimo

Digitized by Google

sexto preterito prorogatiue deuenisset, Ad qnas tandem octauas festi Epiphaniarum domini prefatus Ambrosius de Dolha, per antefatum Benedic(tum de peczel) procuratorem prelibate domine Elizabeth in persona eiusdem congruis diebus ipsarnm octauarum, coram eadem personali presencia dicti domini Regis exspectatus, eiusdem in presenciam non venisset neque misisset. Tandem cum secundo Gregorius Erdely Regius — — — — — — — — — — presbiter vester homines, pro parte ipsins domine transmissi feria quarta proxima ante festum Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum in dicto Anno domini Millesimo qnadringentesimo Sexagesimo sexto preteritum Ad facies premissarum possessionum (Dolha, Zadnija, Branka) kwsnijcza Kereczke et lijssijcza, necnon Zwrdok polana orozalija et Saijo vocatarum, consequenterque aliarum possessionum et porcionum possessionariarum vbiuis et in quibuscunque Comitatibus habitarum conuocatis vicinis et commetaneis earundem — — — — — — — — — — — simulcum cunctis ipsarum vtilitatibus Jamfate domine Elizabeth premisso Jure sibi Incumbenti perpetuo possidendas Statuere voluissent, Tunc discretus Briccius presbiter Capellanus prefati Ambrosij inibi adherens, in eiusdem Ambrosij Ac (Michaelis de) Dolha personis, ipsos a Statucione ipsarum possessionum et porcionum possessionariarum prohibuisset, propter quod ipsi eosdem Ambrosium et Michaelem de Dolha Ibidem et eodem die contra annotatam dominam Elizabeth ad octauas festi beati Michaelis Archangeli (tunc venturi) Regiam euocassent in presenciam racionem premisse contradiccionis eorum reddituros. A quibus tandem octauis festi beati Michaelis Archangeli causa premissa partes inter easdem secundum series et continencias aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum — — — — — — ad octauas festi beati Georgij martiris in anno *domini Millesimo* quadringentesimo Sexagesimo septimo preteritj prorogatiue deuenuta extitisset, Ad quasquidem octauas festi beati Georgij martiris prelibati Ambrosius et Michael de Dolha per — — — Benedictum de peczel procuratorem dicte domine in persona eiusdem, congruis diebus ipsarum octauarum coram nobis expectatj nostram in presenciam non venissent neque misissent

Digitized by Google

demum vero tercio et vltimo dum Franciscus literatus de Orozij regius — — — — — — presbiter senior vester homines deputatj feria quinta proxima post festum beate Margarethe virginis et martiris in dicto Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo septimo preteritum ad facies possessionum Dolha predicte et aliarum possessionum et porcionum possessionariarum, ipsius Ambrosij de Dolha, vbilibet habitarum similiter presentibus vicinis et commetaneis earundem Accesissent, Easdemque antefate domine Elizabeth prescripte regie donacionis titulo sibi incumbenti perpetuo possidendas Statuere voluissent Tunc antefatus Ambrosius de dolha, personaliter inibi adherens prescriptos regium et vestrum homines a statucione dictarum possessionum et porcionum suarum possessionariarum proparte ipsius domine fienda prohibuisset Obquamquidem contradictoriam Inhibicionem, ijdem regius et vester homines, prefatum Ambrosium Ibidem et eodem die contra antefatam dominam Elizabeth Ad octauas festi beati Jacobi Apostoli, tunc venturi regiam evocassent in presenciam, racionem contradiccionis sue redditurum, A quibustandem octauis festi beati Jacobi Apostoli causa premissa partes inter easdem seriebus aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum ventilata Vltimatim ad presentes octauas festi Epiphaniarum domini pro relata extitisset Adquasquidem octauas festi Epiphaniarum domini Jamfatus Ambrosius de dolha per annotatum Magistrum Benedictum de peczel procuratorem dicte domine Elizabeth in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octauarum coram nobis exspectatus nostram in presenciam non venit neque misit sed se in quibusuis predictorum trium terminorum mediantibus prescriptis litteris nostris Judicialibus exinde confectis, In Judicijs aggrauari permisisset. Dehinc videns prefatus Magister Benedictus de Peczel predictas possessiones et porciones possessionarias Jamfati Ambrosij de Dolha eidem domine Elizabeth premisse regie donacionis titulo pertinere debere declarari Quasdam literas Jamfati domini nostri Mathie regis donacionales Bude feria quinta proxima ante festum Inuencionis sancte Crucis in dicto Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quinto patenter confectas, nobis presenta-

Digitized by Google

uit exprimentes, Quod idem dominus Rex Accepta peticione Illustris domine Elizabeth genitricis sue per eam sibi propterea oblata, possessiones dolba Zadnija Branka Kwsnijcza Kereczke et lijssijcza in de Bercg necnon Zwrdok Orozalija palana et Saijo in Maromorosiensi Comitatibus existentes, et Alias vniuersas possessiones et porciones ac Jura possessionaria vbiuis et in quibuscumque Comitatibus dicti regni sui habitas, que alias eiusdem Ambrosij de dicta dolha prefuisse, sed pro eo, quod Idem Ambrosius quendam fratrem suum Ozthas vocatum Instar Kaijm fratricide, in fluvium Thicie submergendo Interfecisse assertus fuisset, Ad suam collacionem rite et legittime deuoluta fuissent Simulcum cunctis erum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Terris scilicet Arabilibus cultis et Incultis Agris pratis pascuis fenetis Alpibus Silvis Nemoribus Montibus vallibus vineis vinearumque promontorijs Aquis fluvijs piscinis piscaturis Aquarumquc decursibus Molendinis et locis Molendinorum Et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum Integritatibus sub suis veris metis et antiquis premissis sic vt preassertum fuisset stantibus et se habentibus, memorate domine Elizabeth genitrici sue dedisset donasset et contulisset — — — — — — — tenendas possidendas et habendas, Salvo Jure Alieno, Quibus exhibitis prefatoque procuratore dicte domine Elizabeth eidem per nos in premissis Juris equitatem impertiri postulante, Verum quia antefati regij et vestri homines, pro parte prefate domine Elizabeth modo quo supra deputati et transmissi tribus terminis prescriptis, ad facies memoratarum possessionum Dolha Zadnija Branka kwsnijcza Kereczke Lijssijcza Zwrdok Orozalija polana et Saijo vocatarum, vicinis et commetaneis earundem legittime convocatis et presentibus accessisse, Easdemque simulcum prescriptis cunctis ipsarum vtilitatibus, et pertinencijs ac obuencionibus quibuslibet premisse regie donacionis titulo sibi incumbenti perpetuo possidendas Statuere et eandem in dominium earundem Introducere voluisse, In ipsisque Trinarijs Introduccionibus et Statucionibus pro parte ipsius domine fieri debendis in nullius alterius, preterquam annotatorum Ambrosij et Michaelis de Dolha personis, contradiccionem factam extitisse ijdemque Ambrosius

Digitized by Google

et Michael de Dolha, Ad prescriptos tres terminos, Ipsis Judiciarie Assignatos, primo prefati domini nostri Regis personalem tandemque binis vicibus nostram veluti Judicnm eorum ordinariorum in presencias, Ad reddendam prcmisse contradictorie Inhibicionis eorum racionem venire vel mittere non curasse, sed se in quolibet prescriptorum triuin terminorum, predictorum Judiciorum oneribus aggravari permisisse, ex premissis manifeste reperiebantur, Consuetudinaria vero lege Regni ab antiquo obseruari solita requirente quicunque regnicolarum se in dominium Alicuius Juris possessionarij Impetratj mediantibus regijs et alicuius loci credibilis hominibus termino trinario Introducere et idem sibi ipsis Statuifacere voluerint, in huiusmodi Introduccionibus et Statucionibus termino trinario factis et fieri procuratis aliqui contradictores obuiauerint et eosdem ad prescriptos tres terminos ipsis iudiciarie assignatos, in presenciam Judicis eorum ordinarij ad reddendam contradiccionis eorum racionem venire vel mittere recusauerint, tales amplius Introduccioni et Statucioni huiusmodi Juris possessionarij recaptiuati contradicere non possunt, sed talismodi Jus possessionarium requisitori eiusdem contradiccione talium Inhibencium et aliorum quorumlibet non obstante, Statui solet atque Judicari. Pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis bominem pro testimonio fidedignum quo presente (*az oklevélben a királyi emberek neveinek üres tér van hagyva*) — — — — — — — — — — Alijs absentibus homo regius de curia regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies dictarum possessionum Dolha Zadnija Branka kwsnijcza kereczke Lijssijcza Zwrdok Orozalya Polana et Saijo vocatarum Aliarum eciam vniuersarum possessionum et porcionum possessionariarum Jamfati Ambrosij de Dolha vbilibet et Inquibuscunque Comitatibus huius regni habitarum vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Easdem simulcum prescriptis cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencijs ac obucncionibus ad easdem spectantibus, Jamfate domine Elizabeth genitrici prefatj domini nostri Regis premisse regie donacionis titulo sibi Incumbentj Statuat perpetuo possidendas, Contradiccione prefa-

Digitized by Google

torum Ambrosij et Michaelis de Dolha et Aliarum quorumlibet preuia racione non obstante. Et tandem huiusmodi possessionarie Statucionis seriem vt fuerit expediens ad octavas festi beatj Georgij martiris nunc venturi legitime perdurandas dicto domino nostro Regi fideliter rescribatis. Datum Bude Septuagesimo die Octavarum festi Ep(iphaniarum) domini predictarum, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octauo.

Kivülről: Amicis suis Reverendis Conuentui Ecclesie de lelez Pro Illustri domina Elizabeth vocata Genitrice Serenissimi Principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. Super quadam possessionaria Statucione per Regium et vestrum homines modo intrascripto fienda Memorialis cuius series vt fuerit expediens Ad octauas festi beatj Georgij martiris legittime perdurandas domino Regj est reportanda.

Ad Judicem.

Az eredetiből.

CDLXIV.

Magyarország karai és rendei Victorin münsterbergi herczegnek a Fridrik császáron, Magyarország szövetségesén, elkövetett bántalmakért kadat izennek. April elején 1468.

Illustris Princeps, Amice noster! Putabamus vos posse constringi federibus inter Serenissimum Principem Dominum

Digitized by Google

nostrum, et hoc Regnum eius, ac genitorem vestrum et Regnum Bohemie pactis, ac consilia pacis, et communem nobiscum ac amicis nostris, et fratribus concordiam pati. Verum iam manifestis cognovimus indicijs, Vos opinioni nostre contravenisse, quandoquidem nihil aliud videamus, quam ut singulari quodam studio Vestro facere hostes, et ex bellis bella serendo, incendia finitimis pacificis inicere, iniectaque infestissimis facibus alere preparetis. De Serenissimo Principe Domino Romanorum Imperatore ac Dominis de Austria et Styria, Illustrissimo Domino Regi nostro, ac huic Regno eius Hungarie, et nobis confederatis ac fratribus, et amicis factis loquimur, quibus non solum bella indixisse, sed etiam terras et dominia eorundum fictis in eis domicilijs igne et gladio vastare videamini. Tacendum nobis est de iniurijs indicibilibus, Deo, hominibusque notis, de parte Vestra contra federa prenotata huic regno et nobis illatis, de subsidionatisque sepius latrocinijs tacendum est similiter. In quibus omnibus nil aliud sentimus ex parte Vestri, quam quesitam occasionem infringendi federa inita, et pacta utrinque. Cum autem nec a Vobis nec a genitore Vestro potuit ignorari Serenissimum Dominum nostrum Regem et hoc Regnum eius priora cum prefato Domino Imperatore Romanorum habuisse federa illis, que postea cum genitore Vestro pepigerat, quorum vigore obligaverat se et nos suos subditos ad auxilia mutua et firmam societatem amicitie. Itaque preter alia et in hoc contra federa ipsa vos egisse constat, quando irrequisitis nobis, et iustis belli causis minime ostensis, amicos et socios Domini nostri Regis et Regni eius et nostros pro inimicis suscepistis eisque violenta inferre non cessastis arma. In his semper violari solet amicitia, si alter alterius socios et fratres pro hostibus habeat, aut hostibus amici se coniungat. Quam ob rem nos in subsidium amicorum eiusdem Domini nostri Regis et Regni eius, ac nostrorum armati, et a Vobis federum pactorum transgressione provocati, denunciamus Vobis et omnibus vestris palam in hisce scriptis. Fidelibus subditis Domini Imperatoris Romanorum, presertim in Ducatu Austrie, tamquam amicis Domini nostri Regis et Regni eius, fratribus nostris, contra eorum hostes, et contra Vos et vestros, omni consilio

Digitized by Google

amico et auxilio possibili adesse, et assistere velle, opportunamque opem eis exhibere. Quamvis non esset opus huiusmodi denunciatione, cum vos prius indixeritis bellum amicis et socijs Domini nostri Regis, et Regni eius, nostrisque, quibus auxilia eiusdem et nostra alligata esse non ignoratis, de quibus omnibus nec per vos imputari nobis volumus, nec per alios posse credimus, protestantes, nihil actum ex parte nostri, quod federibus cum Domino Rege et Regno Bohemie pactis contrairet.

A Hager-Jancsó codexből.

CDLXV.

György cseh király Mátyáshoz intézett levele másának megküldése mellett tudósítja az esztergomi érseket, miszerint mind ő mind fia nem vaktában hanem az igazság és méltányosság utjainak megvetése miatt kénytelenittettek tettleg föllépni; kéri azért az érseket, miszerint a magyar királyt és országnagyokat ügyekezzék az ő ügyének igazságos volta felől meggyőzni. Kelt april elején 1468.

Reverendissime in Christo Pater et Domine, Amice carissime. Scribimus Serenissimo Principi, Domino Matthie, Ungarie etc. Regi, Fratri nostro carissimo, iuxta formam presentibus introclusam. Et profecto si cuncta beneficia nostra imperatori varijs vicibus impensa nostrasque benignissimas iaterpel-

Digitized by Google

lationes apud se nostri parte factas commemorari voluissemus, modum epistole transgredi nimium oportuisset, unam solam requisitionem bellice diffidationis preambulam presentibus duximus inserendam, quam illustris princeps filius noster carissimus Dux Victorinus premisit. Ex quibus omnibus non dubitamus, Reverendissimam Paternitatem Vestram satis persuasum iri, quod tam nos quam illustris gnatus noster non temere sed propter contemtas iuris et equitatis vias et in vim concesse nobis facultatis ad viam facti prevenire coacti sumus. Paternitatem itaque Vestram Reverendissimam obnixe rogamus, quatenus animum regium Serenissimi Fratris nostri et satrapum suorum regni priorum de iustitia et equitate nostra reddere velitis instructum, ne fama vel opinio nostra gravetur apud eos, quos de nobis bene sentire non minus quam bene et amicabiliter circa nos agere cupimus vel optamus, Animum nostrum ad queque vobis grata vicissim promtius offerentes. Datum — — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDLXVI.

György cseh király Mátyás királyhoz intézett levelében előre bocsátván, hogy mint régebben is megírta, Fridrik császárt a kiszabadításakor kötelezett összeg fizetésének megtagadásaért támadtatta meg fiai által, — kinyilatkoztatja, hogy Mátyásnak, ki ezen ügyben mint közbenjáró föllépni nem akart, sőt fiait tiszta jogaik követelésében erővel gátolja, kénytelenü-

Digitized by Google

tetik ellentállani, a történendők iránti felelősségét magáról elháritván. Kelt april elején 1468.

„Dominus Rex Regi Ungariae."

Serenissime Princeps, Frater carissime. Meminimus nos Fraternitati Vestre iam dudum literis nostris questos esse, quod Imperator Romanus tenuissimam pecuniarum summam, nostris laboribus, sumtibus et expensis, damnis et interesse pro eius liberatione perpessis minime commensurandam, literis suis cautionalibus nobis promissam, exsolvere minime curaret, propter quod facultas nobis parta est, omnia bona eius invadendi, usurpandi etc. iuxta formam desuper nobis prestite cautionis. Propter quod filios nostros conreos stipulandi ad exigendum et predictam facultatem prosequendam deputavimus, que omnia Fraternitati Vestre scriptis nostris iamdudum innotescere fecimus. Ipsa Fraternitas Vestra nec tractatoris nec interventoris partes decrevit assumere, sed et filios nostros in prosecutione inris nostri suique tentavit impedire. Nos iuri nostro et filiorum nostrorum incumbentes, vobis coacti sumus resistere. Penset nunc Fraternitas Vestra, quis nostrum commune fedus reverendius tractaverit, quum vos sponte nos oppugnare tentastis, nos attentatis vestris resistere coacti sumus. Quorsum nunc res evadet? Meminerit Fraternitas Vestra se nobis occasionem prestitisse, propter quod etiam si qua damna exinde secuta sunt vel sequentur, nos vobis cunctisque auxilijs vestris pro illis iure vel honestate minime sumus adstricti. Vobis vero, qui initium introduxistis, omnia iure succensebuntur. Datum — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDLXVII.

Csehországnak Podiebrád körül lévő nagyai Magyarország egyházi s világi nagyaihoz intézett levelökben a két ország közti barátságos viszonyokról megemlékezve, mind addig mig a visszavonás hintőjének ösztönzésére Mátyás király Victorint a császár elleni jogainak követelésében gátlá, — királyuknak és fiainak Fridrik elleni föllépték igazolni ügyekeznek és csudálkozásukat fejezik ki, hogy ők, Magyarország főpapjai, kiknek a béke ajánlása volna tisztök, és nagyai, kiknek az ország nyugalomban és békében tartásán kellene ügyekezni, a cseh király elleni pártosokat segítik; melly példaadás könnyen még károkra is válhatik, miután országukban is voltak és lehetnek békételenek. Azért felszólítják őket, hogy a két nemzet szerződéseit és királyaiknak rokonos viszonyait mellőzve, egyedül a szomszédság tekintetéből is ügyekezzenek királyukat a két ország közti béke fentartására hajtani. Kelt apríl elején 1468.

„Barones Regni Bohemie ad prelatos, principes et barones Regni Hungarie."

Reverendissimi Reverendique Patres, Illustres, Spectabiles, Magnifici et Nobiles viri, Domini gratiosi et Amici bonorandi! Humili et sincera recommendatione cum salute et benigno favore premissis.

Digitized by Google

Maximo quandoque gaudio gavisi sumus, hec duo regna, vestrum nostrumque, sub unius regis regnativa potentia redacta fuisse. Cumque id primum morte Imperatoris Sigismundi dissolveretur, maxima prestolatioue filiam eius una cum genero in regem suscepimus. Quo rursum vita functo, non sine mentis anxietate posthumi eius Ladislai pubertatem eiusque tutele finem, summeque libertatis adventum summa exspectatione velut hianti corde anhelando desideravimus. Qua quidem adepta iam quidquid diris mortibus utrique regno inflictum fuerat, id totum naturali successione restitutum et redintegratum esse rati sumus. Quo rursum, sicut Domino placuit, de medio sublato, et Serenissimo Domino nostro Rege Georgio suffecto, quidquid casus utrique regno abstulit, id arte vel industria corrigendum esse putavimus, et idcirco regem nostrum ad federa ineunda et firmanda cum rege vestro sollerter adhortati sumus, quibus in suo robore perdurantibus, regna in suis confinijs sese contingentia tanto fuere pacatiora. Novissime autem zizaniarum satore suadente, Serenissimus Rex vester Illustrissimum Principem Dominum Victorinum, Ducem Minsterbergensem, sua paterna fraternaque iura adversus Cesarem in vim cautionum desuper prestitarum prosequentem impedire conatur, contra facultatem regi nostro ac filijs suis inibi concessam super invasione et usurpatione dominiorum suorum in eventum solutiones retardate. Inclytus rex noster suo ac filiorum iuri opem ferens, Serenissimi Regis vestri tam audacibus ceptis non immerito repugnat. Sinite nos hoc loco preterire federum ictorum reverentiam vel contemptum, ne nos inter reges exaggerandi belli vel armorum commotioni causam prebuisse videamur, hoc saltem precipue nos in admirationem *cogit et compellit*, Vos Reverendissimos Reverendosque ac *Venerabiles Patres*, qui pro vestre dignitatis officio paci plurimum consulere soletis, vosque illustres, magnificos, et Nobiles viros, Regni Hungarie proceres, quibus studium est regnum vestrum in unione, pace et tranquillitate servare, rebellibus regni nostri, qui regni discidium querunt, opitulari, quum vos ipsi parem cladem regni vestri nonnunquam senseritis, et adhuc, quod dolenter

Digitized by Google

commemoramus, vereri habeatis. Sileant federa, cesset affinitatis necessitudo, morte iam pridem suppressa, solius vicinitatis regnorum utriusque ratio vel respectus habeatur, et communis favor regum et regnorum, qui omnes regale nomen sanctum et magnum esse iudicant, et recenseat unusquisque, si forte in aliquo regno rebellio adversus regem concitetur vel exsurgat, numquid ceteri reges propter exempli perniciem finitimi regis causam tamquam propriam debeant existimare. Maxime quum recens exemplum in regno Hungarie adhuc memoretur. Sed ne fastidium vobis ingeramus asperarum rerum commemoratione, que vestre prudentie longe sunt notiores, vos adhortamur, attenteque rogamus, quatenus animum Serenissimi Regis vestri ad pacem et tranquillitatem utriusque regni potius inflectere velitis, vel acclinare, quam ad ea, quibus in utriusque regnis vel commotiones suscitantur, vel discidia confoventur. Datum

— — — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDLXVIII.

Victorin herczeg Mátyás királynak hadizenetére válaszolva, annak tartalmát pontonként tárgyalja s atyja és maga saját eljárását az ellenök felhozott vádak ellen mentegetni s igazolni ügyekszik. Kelt april közepén 1468.

Digitized by Google

Dux Victorinus Regi Ungarie.

Serenissime Rex. Quod de vobis minime meriti sumus et quod nequaquam verebamur iam pridem nobis obtigit, quum litere diffidationis vestre nobis obvenerunt. De quibus non parum turbati sumus, non tam metu armorum vestrorum, que tamen valida reputamus, si legitime aut iuris gentium equitate vibrarentur, quam dolore federis vel amicitie violate. Exaggerat denique Serenitas Vestra diffidationem suam, nonnulla vitia Serenissimo Genitori nostro et nobis inferendo. In primis nos censoria nota pungitis, censentes nos quietis fastidire consilia, ex bellis bella serendo. Huic criminationi satis late respondent litere, quas Serenissimus Dominus Genitor noster Serenitati Vestre iam dudum scribi iussit, dum questus est de Imperatore, quod pro immenso in se, coniugem et liberos collato beneficio tantam rependit ingratitudinem, ut minusculam reciprocam pecuniam in vicem tanti tamque sumtuosi beneficij promissam solvere detractavit. Subjicit Serenitas Vestra iniurias inestimabiles ex Bohemia et Moravia contra federa se pertulisse, sed et latrocinia in regnum vestrum esse subordinata. Serenissime Rex, quotienscunque Serenitas Vestra Serenissimo Genitori nostro vel nobis huiusce rerum aliquid commemorata est, semper tam iusta et equa habuit responsa, quod a prosecutione desistere maluit, quam causam prosequi iuxta federum tenorem, neque unquam defecisset Genitor noster omnia federum capitula ad unguem prosequi et tenacissime custodire. His adiungit, quod urgere se dicit Serenitatem Vestram vidisse se copias diffidationum nostrarum, et rursum adiicitis vestre censure virgulam, nos in ea re levem potius occasionem, quam veras causas amplexos esse. Profecto si hostes nostri veras vel literas vel copias Serenitati Vestre ostenderunt, perspicuum erit vobis, nos plenam habere facultatem nobis ab Imperatore concessam, bona sua invadendi, usurpandi, et neque id ob levem causam, sed ob regale auxilium, quo ipse quidem Imperator cum consorte et liberis suis ab omnibus derelictus, a solo Genitore nostro est liberatus. Rursum diffidationem nostram

Digitized by Google

arguitis propter graves comminationes, quas sic baptizat Serenitas Vestra, que tamen hostilium rerum neque expers neque imperita iudicatur, sciens et prudens, quod hec omnia, mortes et incendia, bellorum sunt comites vel sequele. Neque illud in calumniam merito trahi potest, quod his qui nobis et iuri nostro et per Imperatorem date nobis licentie resistero noluerint, pacem obtulimus, quum hec litigatio absque omni pretio a nobis sponte sit oblata. Pergit Serenitas Vestra dicens, priora sibi federa cum Imperatore fuisse, contra que nos egisse constet, dum irrequisitis vobis ac veris belli causis non ostensis amicos et socios vestros hostes fecerimus. Jam diximus nobis ab Imperatore facultatem esse concessam, verumtamen honestatis causa nos eam facultatem usuros sibi prenuntiasse, et hec omnia in literis Domini Genitoris nostri Serenitati Vestre iampridem latius sunt reserata. Sed de prioritate federis vestri cum Imperatore percussi, Deum testamur, nos nil tale unquam suspicatos esse. Meminimus quippe quinque vix annis elapsis auxilia vestra quondam Alberto Duci Austrie contra Imperatorem potenter adfuisse. Censeat nunc Vestra Serenitas, si fortior est coniectura, que ducitur a verbis, an ea, que rebus declaratur et factis. Ait Serenitas Vestra, amicitiam maxime violari, si alter alterius socios pro hostibus habeat, etiam Serenitati Vestre satis responsum esse putamus, sed hac urbanitate, cui sic usus est apud Imperatorem pro eius benivolentia captanda peruti posse non negamus. Sequuntur in literis Vestre Serenitatis iniurie, contumelie et convicia gravia in Serenissimum Dominum Genitorem nostrum et nos, preterquam deceat regiam gravitatem impudenter conflata. Quibus iam non respondemus, quia cum arma vestra in nos vibrari conspicimus, nimie levitatis esset, contra hostem armatum verbose certare. Denique studium nobis est cavere, ne rescribendo causam demus, quia talia scripta mutuo spargantur, que quandoque reconciliati delere non valeamus. Super ea vero criminatione, quasi nos priores adversum vos arma sumserimus, in eo quod socijs vestris arma ut dicitis intulerimus, Serenitati Vestre illud obstare videtur, quod quum iampridem Serenissimus Dominus Rex et Genitor noster Vestre Serenitati questus esset super ingratitudine Im-

Digitized by Google

peratoris erga se, nullam quidem mentionem federis vestri cum Imperatore depacti facere decrevistis, et nunc armis contractis in nos repente fulminatis, ut nos velut oscitantem et minime opinantem obruatis. Censeat Serenitas Vestra, cui cause Deus Sabaoth sperandus sit assistere velut meliori ac divina miseratione digniori. Postremo de his omnibus vobis per nos neque succenseri vultis. Scimus hoc satis pro imperio dictum esse, sed in Domino confidimus, qui potentes humiliat et exaltat humiles. Datum — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDLXIX.

Podiebrád György cseh király értesitvén Mátyást fiához Victorinhoz küldött hadizenő levele vételéről, az abban foglalt békeszegési vádat magáról elhárítani ügyekszik, és az ellene használt sértő kifejezéseket kárhoztatva róvja meg. Kelt april közepén 1468.

„Dominus Rex Regi Ungarie.“

Serenissime Princeps, Frater carissime. Vidimus literas Vestras, in modum epistole clausas, quibus Fraternitas Vestra illustri principi, Duci Victorino primogenito nostro, bellum ut vestris verbis utamur, palam denuntiare fatemini, verumtamen per literas clausas, que non Vestre Fraternitatis, sed predicti

Digitized by Google

filij nostri apertura palam facte sunt. Quibusquidem et nos quidem contra mutuum fedus gravi lacessitis iniuria, dum dicitis filium nostrum, pro more a parentibus usurpato, ex bellis bella serere, multas insuper contumelias annectitis, ut bellum vestrum maiore impietate turbare valeatis. Videmini, Frater Carissime, omni studio id agere, ut perennes inimicitias inter nos utrinque suscitetis et foveatis. Hoc si regium decet animum, ipse oro dispicite. Prudentes viri atque etiam bellorum periti, qui nobis sue bellice prudentie munimenta reliquerunt, concordi voce nos hortantur ita bellum inferendum esse, ut nil nisi pacem quesisse videamur. Et idcirco in omni bello, antequam indicitur, de pace sollerter cogitare, quam quisquis sinceram et firmam et perseverantem fore desiderat, ab illis precipue debet abstinere, que ad victoriam nil conferunt, et post reconciliationem tristem repetunt memoriam eorum, que tempore differentiarum nullius commodi respectu, sed dumtaxat animi rancore efflata sunt, vel ex animi furore processerunt. Quamquam autem facta infecta esse non possunt, licet per reconciliationem pro infectis aut proinde ac infecta haberi iubeantur et in pactionibus taliter habenda esse dicantur, longe tamen gravius et maturius est ab iniuriosis verbis abstinere, quam expost facto retractare, vel mutua vicissitudine condonare, Horatio dicente: Evolat emissum semel irrevocabile verbum. Non expedit nunc vobiscum expostulare, quis quem contra federa lacesserit, quum primogeniti nostri hostem se fecerit piissima quondam Fraternitas Vestra. Sed est modus in rebus, sunt certi denique fines, est quodam prodire tenus, si non datur ultra. Nil melius erat, quam fedus nostrum sinceriter actum, fideliter custodire, et si quis inter nos in se non eque actum fuisse putasset, id amicorum interventu, quos nos et vos quamplures habemus fide et sinceritate precipuos, fraternis tractatibus utrinque serena re, quam armis et dubio Marte decernere. Sed postquam vobis magis placuit belligerare, adhuc magis decuit gravitatem vestram a conuicijs abstinere. Quod et ut postea faciatis hortamur, quo facilius in tempore reconciliationis honestius peti et sincerius venia dari absque nota possit. Ea est enim fortium bellatorum conditio, ut secuta quandoque con-

Digitized by Google

cordia omnis damnorum, mortium et sevitie commemoratio tolerabilior fiat, nonnumquam etiam leta et jocunda, iniuriarum vero et contumeliarum reminiscentia nulli umquam viro gravi placuisse perhibetur. Datum — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

CDLXX.

Kostka Albert tudósitja Mátyás királyt, miszerint Victorin herczeg elleni hadizenetén, valamint királyának Fridrik császár elleni joga követelésében általa történt gátlásán nagyon megütődött, annyival inkább, mivel még augustus 17-dikén hozzá irt levelében a béke fentartását ajánlotta s a hitszegéssel vádolt János és Zsigmond bazini grófok ügyében őt annak eszközlésére szólította fel, hogy a cseh király ezeket pártfogásába ne vegye, miként a köztöki szerződést megtartva ő sem vette óltalmába a hozzá folyamodó morva urakat. E rögtöni változás őt nagyon meghatotta. Egyébiránt leveléhez mellékelve másolatban küldi a király neve alatt terjesztgetett irományokat, hogy azok, ha koholtak volnának, megczáfoltassanak, nehogy a reménylett kibékélés bekövetkeztével is keserűséget hagyjanak magok után. Végre e levelét jó indulatból származottnak nyilvánitja, melly által azonban, mint királyának hű alattvalója, ennek segitésétől nem engedi magát elvonatni. Kelt april közepén 1468.

Serenissime Princeps et Domine Clementissime. Humillima recommendatione sinceriter prelibata. Plurimum obturbatus

Digitized by Google

sum ex illa novitate Maiestatis Vestre, scilicet diffidatione adversus illustrissimum priacipem dominum meum Ducem Victorinum, atque etiam ex impedimentis clementissimo domino meo Regi Bohemie prestitis et illatis in prosecutione debitorum et iurium suorum adversus imperatorem Fridericum, non tam propter armorum potentiam aut belli atrocitatem, quum bella semper fuisse percepimus, quamdiu mundus stetit, sed hoc me nimium commovet, quod Vestra Maiestas XVII. die Augusti literas ad me dedit, quibus se fatetur federa cum rege meo inita firmiter se observaturam, et si quid contra ea agatur, prohibere. Deinde questa est Maiestas Vestra de Johanne et Sigismundo comitibus de Pozing super fedifragio, hortans me, apud regem meum interventor sim, ne comites eosdem in suam familiam et protectionem accipiat, neve se de ipsis quomodolibet intromittat, quodsi secus factum fuerit, id contra federa mutua futurum, postulationem suam hac equitate confirmans, quia recusarit quosdam dominos de Moravia in suam protectionem accipere, ne pactis federibus contraire videretur, seque similia a Serenissimo Rege meo exspectare contestando. Hec profecto tam subita rerum mutatio non sine conflictu et animi mei perturbatione me commovet. Et preterea scripta sub titulo Serenitatis Vestre disseminantur, quorum copiam eidem Maiestati Vestre presentibus mitto introclusam, ut si forte talia proditorie conficta essent, expurgentur. Magnum enim mihi studium est etiam in ipsius belli ardore cavere, ne quid emergat vel intercidat, quod animos regios utrinque valeret exasperare, quodque etiam concordia secuta, quam bello durante sperare fas est, memoria repetere vel recensere amarius esset, quam ipsum armorum conflictum aut quidquid ultrocitroque pugna vel prelio aut armorum concitatione mutua contigisset. Serenissime Princeps, bono zelo permotus scribo, nam et inter arma pietatem sibi locum vendicare propria virtus est humanitatis. Per hoc tamen ab auxilio Regis mei, ut devotum decet militem, recessisse nolo. Datum — — — — — — — — — — — — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDLXXI.

Kostka Albert az esztergomi érsekhez intézett levelében megütközését fejezi ki a magyar királynak Victorin herczeg elleni hadizenetén és azt az ellene intézett vádak ellen mentegeti. Egész bizodalmát helyhezteti mind e mellett még abba, hogy a magyar király, a császár és az ő királya közt a kibékélés lehetséges, minek kivánt eszközlése után könnyű volna királyát a pápával is kiegyeztetni. Felszólítja tehát az érseket, hogy e részben közbenjárását ne vonja meg, valamint ő is kész javaslata elfogadása esetére királyára kason értelemben hatni. Végre figyelmezteti őt, hogy mint főpapnak kötelessége addig királyát minden komolyabb lépéstől visszatartóztatni. Kelt Prágában april 16-dikán 1468.

„Domino Archiepiscopo Strigoniensi."

Reverendissime in Christo Pater, Domine clementissime. Hnmillima recommendatione premissa. Jam annis fere duobus elapsis, quibus apud Serenissimum Dominum meum Bohemie Regem persevero, omnes ingenij mei vires intendi, quo *pacto* inter utrumque reges pacta, conventiones, et federa sincerissime custodirentur, maxime quia statum et conditionem Regis vestri sptissimum esse iudicavi pro interventore et tractatore inter papam, imperatorem et regem meum, quum rex vester teneat scutum christianitatis in plaga orientis Europe. Et ideo non parum turbatus sum ex illa diffidatione regis vestri contra ducem Victorinum, cuius mores adeo pij sunt et mansueti, ut

Digitized by Google

magis accusetur nimie mansuetudinis et benignitatis, quasi dux belli maiori ferocia habeat uti, ego autem excuso eum sicut ducem populi Israel, de quo scriptum est. Erat Moyses vir mitissimus in omni terra, quamquam sacrilegos severissime trucidavit. Sed doleo quod inclytus Rex vester tam mitem virum seviter depinxerit, novi autem mansuetudinem eius, et scio bee omnia equanimiter esse laturum. Sed et Rex meus quamvis hanc inopinam novitatem admiretur cum stupore, est tamen mentis et animi adeo tranquilli, ut ego eius hanc conditionem in summo gradu prudentie ausim deputare, Aristotele diceute: Mens sine appetitu lex est, ubi pbilosophus cupidinem, metum, gaudium et dolorem sub appetitu comprehendit. Ideo adhuc spei mee constanter inhereo, scilicet regem vestrum idoneum fore interventorem inter Imperatorem et Regem, Quod si prospere fluxerit, non erit sane difficile inter Papam et Regem concordiam invenire salutarem. Quod opus si Reverendissime Paternitati Vestre complacitum fuerit et clementia vestra locum dederit, plures persuasiones hortatu Reverendissime Paternitatis Vestre adjicere me minime pigebit. Vestrum autem tamquam magni pontificis erit officium pie cavere, ne per regem vestrum ad severiora procedatur. Super qua re, si Reverendissima Paternitas Vestra mihi rescribere dignabitur, ego mee parvitatis officium impendere minime recusabo. Datum Prage, in vigilia Pasche, Anno domini etc. LXVIIJ°.

Palacky közléséből.

Digitized by Google

CDLXXII.

Mátyás király Pozsony városát tudósitván, miszerint Podiebrád saját országában nagy sereggel ellene szállott, de miután őt a tartományaiba ütéstől nem tartóztathatta, visszavonúlt, és a vett tudósitások szerint most őt saját tartományai védelmére csalandó, Magyarországba szándékozik útni, — szorosan megparancsolja, hogy a város magát óltalomállapotba helyheztesse, nevezetesenpedig a külvárost sánczczal biztositsa, továbbá a megyebelieket vagyonaikkal együtt biztos menedék végett fogadja kebelébe. A többiről a várost János esztergomi érsek értesitendi, kinek mindenben engedelmeskedjék. Kelt a laai táborban május 3-dikán 1468.

De propria Commissione Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis viris Magistro Civium Judici Juratis ceterisque Civibus et toti Communitati Civitatis nostre Posoniensis Salutem et gratiam. Cum Georgiua de Podebrad Bohemorum Dominus nobis his diebus intra metas Regni sui cum magno exercitu obviasset, postquam vidit nihil se proficere, nec nos ab invasione terrarum suarum per hoc retinere posse, retrocessit. Ut igitur vel ab incepto nos domum revocet, vel parem destruendo nostram vindictam retribuat, Statuit prout exploratum habemus, gentes suas in Regnum nostrum Hungarie immittere. Cuius nos conatibus provida ratione occurrere volentes Fidelitati Vestre districtissime mandamus

Digitized by Google

quatenus ipsam Civitatem nostram ita munitam teneatis, ut ab hoatibus tuta esse possit. Ceterum Burgum seu suburbium Civitatis predicte fossa taliter fortificetis, ut similiter ab eisdem inimicis tutum esse possit. Curetis etiam omnes de Comitatu illo in eandem Civitatem nostram se recipere, nbi se et bona sua tueantur. Ad cetera autem vos Fidelis noster Reverendissimus in Christo pater Dominus Johannes Archiepiscopus Strigoniensis Summus et Secretarius Cancellarius noster etc. clarius docebit, cui in omnibus semper obedite. Datum in descensn nostro exercituali terre Moravie prope Oppidum Law in festo inventionis Sancte Crucis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo Coronationis vero quinto.

Pozsony városa levéltárából.

CDLXXIII.

Mátyás király Besztercze városa és tartozandóságai birájának, esküdtjeinek és egész községének esedezésére, — miszerint bár az ő kérelmökre rendelte volt egy külön levelében, hogy a tőlök járó királyi díjakat saját embereik által szedethessék be, minthogy ez nekik nem csekély károkkal történik, őket e tehertől mentse föl, — megengedi, miszerint előbbi levele ellenére ezentul minden tőlök járandó díjt és gyüjteléket az általa kiküldendő királyi emberek rovjanak ki és szedjenek be. Kelt a laai táborban május 3-dikán 1468.

Digitized by Google

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Memorie commendamus per presentes, Quod pro parte et in personis fidelium nostrorum prudentum et circumspectorum Judicis Juratorum et totius Communitatis nostre Bistriciensis, et pertinentiarnm eiusdem, nostre expositum est Maiestati, in hunc modum, Quod licet nos alias ad supplicationem eorundem, universas et quaslibet taxas e medio ipsorum nobis provenire debentes vigore litterarum nostrarum exinde confectarum, per eos exigere deputaverimus, Tamen ipsis hoc in detrimentum et damnum eorum esset non parvum, qua de re nobis pro parte eorundem debita cum instantia exstitit supplicatum, ut eos a dicatione et exactione earundem taxarum exoneraremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Judici Juratis Civibus et Communitati dicte Civitatis nostre Bistriciensis et pertinentiarnm suarum id duximus annuendum et concedendum, nt non obstantibus dictis litteris nostris a modo in antea iuxta antiquam consuetudinem ipsorum universas taxas et collectas e medio ipsorum nobis provenire debentes, homines nostri quos pro tempore ad id deputaverimus, dicare et exigere nobisqne administrare teneantur, Immo annuimus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in descensu nostro exercitnali terre Moravie prope Civitatem Law feria tertia proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum, Anno Domini Millesimo qnadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo, Coronationis vero quinto.

Ad Relationem Jobannis Ernesth.

Beszterczе városa levéltárából.

Digitized by Google

CDLXXIV.

Mátyás király Pozsony vármegye nemeseit és bármi sorsú birtokosait felszólítja, hogy jelen levele vivője Ráni Miklós mester korlátnoksági jegyző által nyilatkozzanak, miszerint a megyéjökben tartandó köz vagy nádori törvényszéket elfogadni vagy azt megváltani szándékoznak-e? ; ez utóbbi esetben meghagyja nekik, hogy mint a szomszéd Nyitra megyeiek tettek, minden jobbágyra azon mód szerint, mint a kincstári adó behajtatott, vessenek ki 75 fillért és azt említett Ráni Miklós által rögtön beszedni engedjék. Kelt a laai táborban május 3-dikán 1468.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Nobilibus et alterius cuiusvis status possessionatis hominibus Comitatus Posoniensis Salutem et gratiam. Cum nos inter ceteros Comitatus Regni nostri etiam in Comitatu vestro Judicium Generale seu Palatinale in proximo celebrari debere deliberavimus. Igitur nos hunc fidelem nostrum Nobilem Magistrum Nicolaum de Raan Cancellarie nostre Notarium latorem scilicet presentium, per quem de intentione vestra utrum scilicet Judicium acceptare vel vos redimere ab eius onere voltis experiremur, in medium vestri exmisimus, mandantes Fidelitati vestre quatenus aut Judicium ipsum acceptetis aut si vos ab eiusdem onere redimere voltis, statim nulla mora protracta ita faciatis pro redemptione vestra sicuti vicini vestri Nobiles scilicet de Comitatu Nitriensi faciunt. Hoc est prefato homini nostro presentium ostensori ad

Digitized by Google

singulos populos vestros singulariter iuxta modum et computum qua ab eis his diebus tributum Fisci nostri regalis exactum est, siugulos septuaginta quinque denarios monete nostre Regalis imponi impositosque citissime exigi permittere debeatis. Nos enim sicuti dictos vicinos vestros et alios de ceteris Comitatibus qui se redemerunt exemimus a Judicio, ita etiam vos exemptos habebimus. Presentes si secus feceritis reddatis presentanti. Datum in descensu nostro exercituali intra Moraviam prope Oppidum Law in festo inventionis Sanete Crucis, Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octavo.

Pozsony városa levéltárából.

CDLXXV.

Mátyás király, miután értésére esett, kogy Kassa városa előbbi komolyan és keményen írt levelén megijedt, attól tartván misszerint nehezteléssel volna iránta, a mondott városnak tudtúl adja, kogy kérdéses levele nem haragból származott, kanem arra őt a szükség kényszeritette; miután azonban a város, emlitett levelének engedelmeskedve az abban kivánt pénzt annak idejében megküldte, azt megelégedéssel vette és jelen levelével nyugtatványozza. Kelt Pozsonyban május 13-dikán 1468.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis Judici et Juratis

Digitized by Google

Civibus ac toti Communitati Civitatis nostre Cassoviensis Salutem et gratiam. Intelleximus quod vos pridem ex alijs literis nostris vobis missis et aliqualiter seriose vel dure scriptis teriti fuissetis, timentes ne nos gravem erga vos haberemus animum. Unde sciatis, quod illa scripta nostra non processerunt ex aliquo rancore seu animo nostro gravi. Sed necessitas rerum nostrarum id eo tune requirebat. Cum autem eisdem scriptis nostris vos per omnia obedientes esse, ac per vos ipsam summam pecuniarum quam mediantibus dictis literis nostris a vobis optabamus, nobis debito tempore transmissam fuisse recognovissemus, id a vobis grato et benivolo animo suscepimus vosque super eadem summa quittos reddimus et expeditos barum literarum nostrarum vigore et testimonio mediantibus. Datum Posonij in die beati Servatij pape et martiris Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo Coronationis vero quinto.

Kassa városa levéltárából.

CDLXXVI.

Mátyás király megparancsolja Pozsony városának, hogy levele vételével rögtön szállítson 60 mássa lóport saját szekerein Znaim városáig. Kelt a Trebits vára alatti megszálló táborból május 27-dikén 1468.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti. Sciatis quod

Digitized by Google

illi pulveres Bombardarum quos in curribus nostris duxeramus jam ceperunt deficere. Igitur conmittimus Fidelitati Vestre firmissime quatenus statim acceptis presentibus sexaginta massas pulverum usque ad Civitatem Znoimensem in proprijs ourribus vestris conducere faciatis, et cum conductione huiusmodi pulverum adeo festinetis, ut mora aliqua non committatnr, quum hic res nostre moram aliquam non patiantur. Aliud non facturi. Datum in obsidione Castri Trebicz secundo die festi Ascensionis Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri Anno undecimo Coronationis vero quinto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CDLXXVII.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja, hogy levele vételével rögtön azon 2000 forintot, mellyet Garai Gergely mester, a Nyitra megyei köz vagy nádori törvényszék megváltásának beszedője, nála letett, az e végett kiküldött Podviniczai Kis Pál kezéhez szolgáltassa. Kelt Trebitsen június 18-dikán 1468.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Vobis fidelibus nostris prndentibus et circumspectis Magistro Civinm ac Judici, Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis harum serie firmissime mandamus quatenus visis presentibus illos duo millia florenos quos fidelis noster Magister Gregorius de Gara exactor pecuniarum Judicij Generalis sive Palatinalis Comitatus Nitriensis apud vos deposuit, manibus fidelis nostri Pauli Parvi de Podwynicya, quem nos propterea illac misimus, dare et assignare debeatis. Secus non facturi, presentes autem pro expeditione vestra poteritis retinere. Datum in Trebych Sabbato proximo post festum Sacratissimi Corporis Christi Anno eiusdem millesimo quadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo Coronationis vero quinto.

Pozsony városa levéltárából.

CDLXXVIII.

Mátyás király Pozsony városának meghagyja, hogy Márton csillagász és Galeotus mestereket jelen levele vételével rögtön jó kocsin és jó lovakon küldje hozzá Hradistye városa alá, vagy oda hol akkor leend. Kelt Hradistye városának megszállása alatt július 25-dikén 1468.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti. Committimus Fidelitati Vestre harum serie firmiter, quatenus statim et in continenti visis presentibus unum currum simul cum equis valentibus disponatis pro Magistris Martino Astronomo et Galeoto, et eosdem absque omni mora huc ad nostram Maiestatem, vel ubi Deo duoe constituemur, conduci facere debeatis, et secus nullo modo facere audeatis. Datum in obsidione Civitatis Radijsthye in vigilia festi beati Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo Coronationis viro quinto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici, Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis, Fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

CDLXXIX.

Mátyás király nemes Pogány György erdélyi koronai vámszedőnek meghagyja, hogy azon csekély jövedelmeket, mellyek Verestorony körül nem kereskedelmi árúktól, hanem vám alá nem eső tárgyaktól szoktak vétetni és mellyeket ő Szeben városa kérelmére Verestorony fentartása végett ennek engedett át, többé ne szedje, hanem az említett város e végett ki-

Digitized by Google

nevezendő embereinek engedje. Kelt Olmützben augustus 14-dikén 1468.

De Commissione domini Regis.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fideli nostro Nobili Georgio Pogan exactori proventuum Vectigalis Sacre Corone nostre in Transylvania constitute, et alijs colleotoribus, in futurum constituendis Salutem et gratiam. Quia nos ad supplicationis instantiam fidelium nostrorum prudentum et Circumspectorum Magistrorum Civium, Judicnm et Juratorum Consulum septem sedium Saxonicalium et Civitatis Cibiniensis, illos proventus unius vel duornm hosporarum, ant trium vel quatuor denariorum, et alios parve importantie ad nostrum tributum pertinentes, qui non de rebus mercimonialibus sed alijs, de quibus videlicet vectigal exigere non liceret, circa castrum nostrum Wereşthoron exigi soliti sunt, eisdem Magistris civium Judicibus et Juratis consulibus ad conservationem eiusdem castri Weresthoron deputavimns. Ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus a modo in antea dictos proventus nostros non exigatis, sed eisdem Magistris Civium, Judicibus et Juratis consulibus vel hominibus ipsorum, quos ad id deputaverint, ad conservationem dicti Castri exigendos relinquere debeatis. Secus facere non presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Olomutz dominica die proximo ante festum Assumptionis Beate Marie Virginis Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Regni nostri undecimo, coronationis vero quinto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

CDLXXX.

Mátyás király Vidacs Péter és Ördög Mihály brassai polgároknak városuk és a bárczasági lakosok nevében tett kérelmére megengedi ezeknek, hogy azon kereskedők s bármi sorsú emberek, kik ezentúl bármikor Havasalföldről vagy Moldvából árúikkal Brassóba jövendenek, ezen árúikat ott lerakni s ott és nem másutt eladni vagy becserélni tartozzanak. Kelt Possonyban september 28-dikán 1468.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod nos tum ad humillime supplicacionis instanciam fidelium nostrorum Circumspectorum Petri Wydoch et Michaelis Erdeg Civium Civitatis nostre Brassoviensis, per eos pro parte fidelium nostrorum universorum hospitum et tocius communitatis eiusdem Civitatis nostre Brassoviensis,et Incolarum terre Barcza nostre propterea porrecte Maiestati,tum vero pro commodo et utilitate eiusdem Civitatis nostre Id eisdem Civibus et hospitibus nostris duximus annuendum et concedendum, ut dum et quando ac quocienscunque mercatores aut quicunque alij cuiuscunque coudicionis existant homines, qui cum eorum mercancijs et rebus venalibus sive de Transalpinis partibus sive de Moldavia ad ipsam Civitatem nostram Brassoviensem pervenerint. Illi huiusmodi eorum Mercancias ac res venales, in predicta Civitate nostra Brassoviensi deponere et collocare, easdemque ibidem et non alias vendere et cum eisdem commutationes rerum facere possint et valeant,

Digitized by Google

immo annuimus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Quas post earum lecturam semper reddi iubemus presentanti. Datum Posonij feria quarta proxima ante festum beati Michaelis Archangeli, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo, Coronacionis vero quinto.

Brassó városa levéltárából.

CDLXXXI.

Mályás király Brassó városa és a Bárczaság panaszának következtében megparancsolja az erdélyi pénzverő házak ispánjainak, hogy ezentúl a Brassóba jövő oláh kereskedőket ne háborgassák abban, miszerint adás-vevéseikben a magyar királyi pénzek mellett hoszporákat (oláhországi pénz neme) is használhassanak. Kelt Pozsonyban october 4-dikén 1468.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Comitibus Cusionis Monetarum nostrarum ubilibet in partibus Regni nostri Transsylvanis constitutis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Salutem et graciam. Exposítum est nostre Maiestati in personis universorum Civium hospitum et Inhabitatorum Civitatis nostre Brassoviensis, et terre Barcza, Ad modum querele, Quomodo vos inhibuissetis eos, ut nullibi osporas in empci-

Digitized by Google

onibus et vendicionibus rerum, dum Volahij de partibus Transalpine in medium eorum venirent recipere permitteretis, et per boc ipsi dampna non parva susciperent. Supplicatum itaque extitit nobis in personis eorundem Civium, hospitum et Inhabitorum dicte Civitatis nostre Brassoviensis et terre Barcza, ut nos huic rei remedium adhibere dignaremur. Unde nos *volentes* ipsas osporas penes Monetas nostras Regias in *empcionibus et* vendicionibus rectum in medio eorundem locum habere fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus dum et quocienscunque Volahij et alij cuiusvis status et condicionis homines in medium eorundem Civium, hospitum et inhabitatorum dicte Civitatis nostre Brassoviensis et terre Barcza venirent, libere res eorum venales cum osporis penes Monetas nostras vendere et vendicioni exponere permittatis et permitti faciatis, nec propterea eos resque et bona eorum impedire presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonij in festo beati Francisci Confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo, Coronacionis vero quinto.

Brassó városa levéltárából.

CDLXXXII.

Mátyás király Poki Pető fia Ferencz királyi kamarás kérelmére s annak hű szolgálatai tekintetéből, őt valamint testvéreit Pétert és Antalt az ország minden egyházi és világi törvényszékének és bíráinak hatósága alól örökre fölmentvén, egyedül személyes bírósága alá rendeli s az ország minden bi-

Digitized by Google

ráját és törvényszékeit minden törvényes eljárástól az említettek bármi ügyeiben eltiltja. Kelt Budán november 2-dikán 1468.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, Quod nos cum ad supplicacionem Fidelis nostri Egregij Francisci filij quondam Pethew de Pok, Camerarij nostri per eum nostre propterea porrecte Maiestati, Tum vero consideratis fidelitate, et fidelibus servicijs eiusdem Francisci, per eum primum Sacre Corone Regni nostri Hungarie predicti, tandemque Maiestati nostre sub locorum et temporum varietate, iuxta sue possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis eundem Franciscum filium quondam Pethew, ac Petrum et Anthonium Fratres suos Carnales ab omni Judicio et Judicatu .et quavis potestate ac Jurisdiccione quorumlibet Comitum, Palatinorum dicti Regni nostri Hungarie, necnon Judicum Curie nostre, Item Comitum vel ViceComitum et Judicum Nobilium, Parochialium ac quorumcunque Comitatuum, aliorum eciam universorum Judicum et Justiciariorum Secularium eiusdem Regni nostri, eorumque in Judicatu vicesgerencium presencium et futurorum in perpetuum duximus eximendos, imo eximimus presencium per vigorem, et nostre personalis presencie Judicio tantummodo reservamus, Quocirca vobis fidelibus nostris prefatis Comitibus et Judicibus Nobilium Parochialium, ac quorumcunque aliorum Comitatuum dicti Regni nostri, cunctis eciam alijs eiusdem Regni nostri Judicibus et Justiciarijs Secularibus vestrisque in Judicatu vicesgerentibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris, harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo in posterum prefatos Franciscum ac Petrum et Anthonium, in quibusvis Causis et Causarum articulis pro quocunque facto, et negocio emergentibus ad quorumvis Instanciam, contra formam huiusmodi nostre graciose exempcionis Judicare, vel vero adstare Judicatui compellere, aut aliquam Jurisdiccionem in eosdem exercere, nullo unquam tempore presummatis, et nec sitis ausi modo aliquali, Si qui enim quantumcunque accionis seu

Digitized by Google

quescionis contra eos habent, vel habuerint, hij idem coram dicta nostra personali presencia legitime prosequantur, ex parte quorum eadem omni contra eos *querulanti Judicium* et Justiciam administrabit, prout *dictabit ordo Juris*, presentibus perlectis exhibenti restitutis. *Datum Bude in festo Beati Clementis Pape*, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Regni nostri anno undecimo, *Coronacionis* vero quinto.

Ad relacionem Ambrosij Török
Provisoris Curie Castri Budensis.

Czech János közléséből.

CDLXXXIII.

Mátyás király a vizaknai sókamara ispánjainak és más tisztviselőinek megparancsolja, hogy a hét szász szék lakosainak régi szabadalmát, miszerint esztendőnként háromszor saját szükségeikre és saját szekereiken Vizaknáról porsót vihettek magoknak, az eddigi szokás szerint szorosan tartsák meg. Kelt Budán december 26-dikán 1468.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris Comitibus et Sigillatoribus Salium nostrorum Camere nostre Wizakana, Salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis universorum Saxonum, in septem Sedibus Saxonicalibus commorantium. Quod licet antiqua libertatis eorum pre-

Digitized by Google

rogativa a divis Regibus Hungarie nostris scilicet predecessoribus ipsis concessa requirente, tribus vicibus de dicta Camera nostra, sales miliatos, ad coquinam ipsorum recipere possint, Tamen vos non curata huiusmodi libertate eorum eisdem huiusmodi sales dare minime curassetis et nec curaretis etiam de presenti, et quia nos eosdem Saxones nostros in omnibus illis libertatibus et consvetudinibus, in quibus temporibus divorum Regum Hungarie nostrorum scilicet predecessorum usi fuerunt conservare volumus, ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus receptis presentibus universis Saxonibus, in dictis Sedibus commorantibus, de modo in antea Sales miliatos, iuxta priores ipsorum libertates et consvetudines dare debeatis, nec secus facere presumatis Et hec volumus per futuros Comites et Sigillatores dicte Camere nostre firmiter observari, presentesque perlectas semper reddi presentanti. Datum Bude in festo beati Stephani Prothomartiris Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octavo. Regni nostri Anno undecimo. Coronationis vero quinto.

Ad relationem Johannis Ernst.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CDLXXXIV.

Mátyás király Örményesi László s Lajos és Macskási Jakabnak a karansebesi kerületben fekvő Goliecz (ma Golecz az oláh-illyr ezredben), Padurencz (ma talán Padurány Krassóban), Myraya, Petrosnicza (ma az oláh-illyr ezredben), Bokostyicza (ma Bokosnicza ugyanott), Valisvára (más helyt

Digitized by Google

Valisora, ugyanott) és Csernecz nevű faluikra, mellyeknek már eleik birtokában voltak, és ők is vannak, új adománylevelet ad. Kelt Budán december 29-dikén 1468.

Nos Mathias Dei gratia Rex *Hungarie, Dalmatie, Croatie* etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod nos consideratis fidelitate et servitijs Fidelium nostrorum Nobilium Ladislaj, et Ludovicj de Ewrmenes, ac Jacobi de Maczkas per eos nobis, et Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone exhibitis et impensis, Possessiones Goliecz, Padurencz, Myraya, Petrosnicza, Bokosthycza, Valisvara, et Cbernecz vocatas in districtu Karansebes existentes, et habitas, in quarum pacifico dominio ijdem Ladislaus, Ludovicus, et Jacobus, progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt etiam de presenti, Simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentijs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis, et Incultis, Agris, Pratis, Pascuis, Fenetis, Campis, Sylvis, Nemoribus Virgultis, Rubetis, Montibus, Vallibus, Vineis, Vinearumque Promontorijs, Aquis, Fluvijs, Piscinis, Piscatorijs, Aquarumque decursibus, Molendinis, Molendinorumque Locis, ac generaliter quarumlibet utilitatum, et pertinentiarum earum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub ipsarum veris metis, et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus memoratis Ladislao, Ludovico, et Jacobo, ipsorumque heredibus, et posteritatibus universis nove nostre Donationis titulo dedimus, donavimus, et contulimus, ymo damus donamus, et conferimus Jure perpetuo, et irrevocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas, Salvo Jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante. Quas in formam nostri Privilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude in festo Beati Thome Martyris Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo octavo, Regni nostri Anno undecimo, Coronationis vero quinto.

A győri káptalannak 1698-diki átirata után Kaprinai kéziratából L. köt. 92—93. l.

Digitized by Google

CDLXXXV.

Mátyás király az előbbi szám alatt említett új adomány következtében megparancsolja az aradi káptalannak, hogy Örményesi Lászlót, Lajost és Macskási Jakabot az ott említett karansebesi kerületben fekvő helységekbe a kinevezett királyi emberek egyikével igtassa be. Kelt Budán december 29-dikén 1468.

Matthias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Orodiensis Salutem et gratiam. Cum nos consideratis fidelitate et servitijs Fidelium nostrorum Nobilium Ladislaj et Ludovicj de Ermenies ac Jacobj de Maczkas per eos nobis et Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone exhibitis, et impensis, Possessiones Goliecz, Padurencz, Myraya, Petrosnicza, Bokosthycza, Valisora, et Chernecz vocatas in districtu Karansebes existentes habitas, in quarum pacifico dominio ijdem Ladislaus, Ludovicus, et Jacobus Progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt etiam de presenti, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus, et pertinentijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus, et se habentibus memorato Ladislao, Ludovico et Jacobo, ipsorumque heredibus, et posteritatibus universis vigore aliarum Literarum nostrarum Donationalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, Super quo Fidelitati Vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Dyonisius de Pathak, vel Petrus Herka, aut Johannes Thatar de Bizere, sin Paulus de Ulpar alijs ab-

Digitized by Google

sentibua homo noster ad facies dictarum Possessionum *Goliecz*, Padurencz, Myraya, Petrosnicza, Valisora et *Chernecz*, vicinis et commetaneis earundem universis *inibi legitime* convocatis et presentibus accedendo Introducat *prefatos Ladislaum*, Ludovicum, et Jacobum in Dominium earundem, statuatque easdem eisdem, simul cum cunctis earum utilitatibus et pertinentijs quibuslibet premisse nostre nove donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum Ladislaum, Ludovicum, et Jacobum nostram personalem in presentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi Introductionis et Statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque, et commetaneorum, qui premisse Statutioni intererunt nominibns terminoque assignato eidem nostre presentie fideliter rescribatis. Datum Bude in festo beati Thome Martyris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Octavo, Regni nostri Anno undecimo, Coronationis vero quinto.

Az aradl káptalannak erra adott bizonyságlevelébŏl.

CDLXXXVI.

Mátyás király Pozsony városának újolag komolyan megparancsolja, hogy Ambrús diák esztergomi polgárt, kit már egy előbbi levelében szabadon bocsáttatni rendelt, de kit a város ezen parancs megvetésével mind eddig fogva tart, ezen levelének vételével tüstént ereszsze ki fogságából. Kelt — — — (a hely és nap olvashatatlan) 1468.

Digitized by Google

Commissio Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Fidelibus nostris Circumspectis Judici Juratis et toti Communitati Civitatis nostre Posoniensis. Salutem et gratiam Pridem per alias literas nostras vobis in eo mandaveramus ut Ambrosium literatum Civem Civitatis nostre Strigoniensis quem quomodocunque in captivitate vestra tenetis, de ipsa captivitate emitteretis. Et ut nunc nobis dicitur vos minime curatis ipsis mandatis nostris, prefatum Ambrosium literatum de captivitate vestra emittere noluissetis. Quare rursus mandamus fidelitati vestre firmiter, quatenus statim receptis presentibus prefatum Ambrosium literatum de captivitate vestra iuxta priora et presentia mandata nostra liberum abire permittatis, nec secus facere presumatis. Datum — — — — — — — — — — — — — — Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri anno decimo, Coronationis vero quarto.

Pozsony városa levéltárából.

CDLXXXVII.

Mátyás király a pápánál panaszosan előterjeszti, hogy országában holmi kóbor papok és erkölcstelen vén asszonyok héregetés szine alatt körüljárva, azon mesterkednek, hogy gazdag és tisztes, de a törvénykezésben járatlan egyéneket perbe kevervén és a szokatlan Rómába idéztetés által rájok ijesztvén,

Digitized by Google

tőlök perváltságot csikarhassanak, mint ez most közelebbről Miklós possonyi gróffal és udvarnokkal, testvérével Jakabbal és tisztes anyjokkal megtörtént, kiket egy vén asszony Rómába az apostoli szék elé idéztetett; mivel pedig ez a nemzetek törvényeivel ellenkezik, de különben is a mostani körülmények közt hadi embereinek a táborban kell lenni, a szent-atyát megkéri, miszerint az említett per tárgyalását bizza az esztergomi érsekre, vagy az ország számos és értelmes egyházi nagyainak egyikére, jövendőre pedig a nemzet illy hurczoltatásának gátlására intézkedjék czélszerüen, mint azt elődei megtették. Kelet nélkül, de valószinüleg 1468-ról.

Beatissime Pater, Post humilem mei commendationem ac pedum oscula beatorum. Cogor non sine querela exponere Sanctitati Vestre, qualis quotidie in Regno meo calumniantium vexatio invalescat. Nam vagi clerici aut improbe anus sub specie miserabilium personarum eo genere questus continue abutuntur, ut divites et honestos homines, ac maxime litium ignaros, longinquis citationibus implicent, non alia magis de causa, quam ut illi insolita protinus evocatione perterriti, tribulationem potius pensione aliqua redimant, quam amplioribus expensis et laboribus ac ceteris causarum oneribus sese fatigari et gravari permittant, Sicut ecce nunc quedam muliercula Magnificum Nicolaum Comitem Posoniensem et Aulicum nostrum, nec non Jacobum fratrem ipsius, et genitricem eorundem primariam Matronam Vestre Beatitudinis in presentiam accersiverat. Quapropter cum hac tempestate nostrates presertim viros militares Ducum magis pretoria, quam iudicum terere tribunalia, et castrensi potius quam forensi militie intendere oporteat, Sanctitati Vestre quam devotissime supplico, ut in talibus genti mee, alijs nunc potissimum negotijs occupata, de generali aliquo remedio pro sua clementia providere dignaretur, quod et antea Predecessores Vestri Romani Pontifices factitarunt. Presentem vero causam dicti Comitis Nicolai et suorum, aut Reverendissimo Domino Strigoniensi, aut alteri cuivis Prelatorum delegare, quos hic non paucos, nec parum intelli-

Digitized by Google

gentes Sancta Mater habet Ecclesia, nt non inconve niens foret, vel omnes huius Regni causas eorum arbitrio commendari. Faciet in his Beatitudo Vestra rem sane opportunam, et animo meo valde gratam, quam Altissimus diu servet felicem Regimini Ecclesie sue Sacro Sancte.

A Hager-Jancsó codexből.

CDLXXXVIII.

Mátyás király Pozsony városa panasza következtében szorosan megparancsolja Bazini és Szent-Györgyi György gróf özvegyének, miszerint a Pozsony városiakat, midőn erdejökből fát hordatnak, cselédei által megrohantatni, háborgattatni s lovaiktól, szekereiktől, fejszéiktől és más vagyonaiktól megfosztatni többé ne merje, ellenök netalán létező követeléseire nézve őt a törvény útjára utasitván. Kelt Nagy-Szombatban január 3-dikán 1469.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Generose Domine Relicte condam Georgij Comitis de Bozin et de Sancto Georgio nobis sincere grate, Salutem et gratiam. Exposuerunt nobis Fideles Nostri Judex et Jurati Cives ac tota Communitas Civitatis nostre Posoniensis ad modum gravis querele, Quod licet non sint vobis ex aliquo culpabiles Tamen vos nescitur quo motivo eosdem et quemlibet eorum ubicunque

Digitized by Google

comode fieri potest turbaretis et dampnificare faceretis. Saltem cum de silvis eorum usualibus ligna ducere haberent super ees et alterum eorum transmitteretis familiares vestros, et alijs equos alijs vero currus et secures aut alias quascunque res apud eos repertas recipere faceretis, Unde iam se multum gravatos et oppressos fore asserunt. Et quia ex suscepti regiminis nostri officio tenemur subiectos corone nostre *defensare ab* impetitoribus, propterea nolumus neque permittimus eosdem amplius per vos vexari permittere, Mandantes vobis serie presentium firmiter, quatenns a modo in antea prefatos cives nostros et neque aliqnem ex ipsis saltem in silvis impedire et vexare aut spoliare permittatis. Quoniam nos quoque tandem superinde de remedio cogitabimus. Si autem quid actionis aut questionis contra ipsos cives nostros vel alterum eorum habere pretenditis, id contra eos Juridico prosequamini, ex parte quorum vobis iustitia administrabitur evidens et condigna. Prosentibus perlectis exbibenti restitutis. Datum Tirnavie feria tertia proxima post festum Circumcisionis Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Pozsony városa levéltárából.

CDLXXXIX.

Mátyás király Lénárd borsmonostrai apát azon panasza következtében, miszerint Csupor Demeter győri püspök a Sopron vármegyéből bejövő dézmának huszadát, melly a régi magyar királyok adományából őt és kolostorát illeti, letartóztatta s kiadni nem akarja, ennek szorosan megparancsolja, hogy

Digitized by Google

esen rendelet vételével a kérdéses dézmahuszadot a panaszkodónak adja vissza, vagy pedig addig, mig esen kérdés közöttök annak uljún elintéztetik, a mondott apát jobbágyaitól dézmát venni ne merészeljen. Kelt Nagy-Szombatban január 8-dikán 1469.

Mathias Dei gracia Rex Huagarie, Dalmacie, Croacie etc. Fideli nostro Reverendo in Christo Patri Domino Demetrio Chupor Episcopo Ecclesie Janrinensis, Salutem et graciam. Exponit nobis fidelis noster Religiosus Frater Leonardns Abbas Monasterij Sancte Marie de Borsmonostra, Quod licet Ecclesia sua a diuis Regibus nostris videlicet predecessoribus taliter priuilegiata sit, ut Vigesima pars Decimarum nostrarum tocins Comitatus Soproniensis dicte Ecclesie sue proueniret, Tamen vos dictam vigesimam partem huiusmodi decimarum pariter cum vestris decimis occupassetis et sibi prout ex antiquo consuetum fuit reddere nolletis, in suum preiudicium manifestum, Et quia non licet unamquamque Ecclesiam suis Juribus frustrari, Fidelitati igitur Vestre harum serie mandamus, quatenus acceptis presentibus aut vigesimam partem huiusmodi decimarum nostrarum eidem Leonardo Abbati reddatis, aut interim, quousque superinde inter vos concordabitis, a Populis et rusticis ipsius Leonardi Abbatis aliquas recipere non audeatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Tyrnauie die Dominico proximo post festum Epiphaniarum Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono, Regni nostri anno undecimo, Coronacionis vero quinto.

Hevenessi kéziratairól LIII. köt. 49. l.

Digitized by Google

CDXC.

Mátyás király kolozsvári polgár Sompol Miklósnak városa nevében előterjesztett panaszos kérelme következtében, melyben az erdélyi püspökök által a város bor- és gabonadézsmája ügyében elkövetett sérelmeit orvosoltatni kéri, Kolozsvár mint szülő városa iránti különös kegyelméből rendeli, hogy polgárai és lakosai a város határán termő borokból a szőlő aljában a sajtó körül adják ki az igaz dézsmát s a gabonából a régi szokás szerint kévénkint a kepék körül, vámot pedig az egész országban sehol se fizessenek; továbbá az erdélyi egyház főpapjai a várost ez ügyben ne zaklathassák, világi vagy egyházi törvényszék elé ne vonhassák, és ez ügybe semmi, akármi állású vagy rangu világi vagy egyházi biró ne avatkozhassék, mivel azt egyedül személyes bíróságának tartja fel. Kelt Brünben február 3-dikán 1469.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium Saluatore. Racio expostulat equitatis vt Regalis Serenitas, rores Sue Maiestatis in suorum personas mittat fidelium Ipsisque inste petentibus et fidem fideliter tenentibus, munus largiflue clemencie tribuat afflnenter. Tanto enim suorum corda fidelium sibi redduntur deuociora, quanto ad reddenda merits Regales animos inueniunt prompciores. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod fidelis noster Circumspectus Nicolaus Sompol, ciuis Ciuitatis nostre Coloswar, nostre Maiestatis veniens in conspectum, in sua ac nominibus et in personis fidelium nostrorum vniuersorum Ciuium et Inhabitatorum

Digitized by Google

eiusdem Ciuitatis nostre Coloswar, per modum grauis querele nobis significare curauit in hunc modum Quod nonnulli fuissent Prelatorum, sew Episcopi Ecclesie Albensis Transsiluanensis, qui ipsos in Juribus et antiquis libertatibus, laudabilibusque et approbatis consuetudinibus eorum per Nonalium adinuencionibus diuersimode molestassent, et impediuissent, in quibus indicibilia et intolierabiiia dampna fatigas et expensas perpessi fuissent, Pro eo vt ipsi Ciues et Inhabitatores dicte Ciuitatis nostre Coloswar vina in promontorijs eiusdem Ciuitatis existentia et quasi in fine ipsius Ciuitatis circa Vmbracula deferenda, contra antiquis eorum libertatibus (igy!) non decimarentur, et presertim Blada in capecijs non redderentur, Ac eciam ob non soluendam tributorum solucionem in tenutis et tributis parcium Transsiluanarum, signanter in pertinencijs dicti Episcopatus Albensis Transsiluanensis Quare supplicatum extitit nostre Maiestati vt ipsis superinde de remedio prouidere dignaremur opportuno. Nos itaque humilimis et deuotis supplicacionibus eorundem ciuium modo quo supra nostre Maiestatis (igy!) porrectis, Regia benignitate exauditis, et clementer admissis, annuentes ex eo quod fauente diuina clemencia in eadem ciuitate nostra Coloswar feliciter natj sumus, pro eo ipsa nostra Ciuitas non minus, quam alie libere Regaleaque nostre ciuitates, de gracia nostra speciali, dignis laudibus, excelencioribusque honoribus, ac virtutibus extolli, et meritorum condignis retribucionibus prosequi possit, id gracioso duximus annuendum, et concedendum, vt ipsi ciues et Inhabitatores dicte nostre Ciuitatis Coloswar, a modo et in posterum temporibus successiuis, vina decimalia in promontorijs ciuitatis existentia sub vineis, aut circa Torcularia, veras instas et bonas decimas dare debeant et teneantur, Similiter et Blada in manipulis circa capecias, iuxta priorem consuetudinem eiusdem ciuitatis hactenus obseruatam, non obstantibus aliquibus literis nostris datis vel dandis, tributariam vero solucionem intra ambitum Transsiluanie, iuxta indulta nostre Maiestatis, ac aliorum diuorum Regum, ipsis graciose concessam (igyl) nullibi soluere teneantur, neque ab eis exigi valeant quouis dicto colore quesito. Volumus eciam vt nullua prelatorum predicte Ecclesie Al-

Digitized by Google

hensis pro tempore constitutis vel constituendis (így!) valeat eos in libertatibus eorum inquietare aut alicuius Judicio spirituali ant secnlari, occasione predicte (így!) Judicio attrabere. Tandemque nullus Judicum tam spiritualium *quam secularium*, cuiuscunque status et condicionis preeminencie existat, se ad hee intromittere debeat atque possit, Nisi id nostre Maiestatis presencie seu wayuodis nostris predicte Transsiluanie examinacioni reseruantur. Ymo annuimus et conferimus vigore harum literarum nostrarum et testimonio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam literas nostras pendentis Sigilli nostri minoris munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum Brunne in festo beati Blasy martyris Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo nono, Regni nostri vndecimo Coronacionis vero quinto.

Mathyas Rex etc.
propria manu.

Kolozsvár városa levéltárából.

CDXCI.

Az aradi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Mátyás királynak 1468-diki december 29-dikén kelt igtató parancsa (Oklevéltár, CDLXXXV. sz.) értelmében Örményesi Lászlót, Lajost és Macskási Jakabot a karansebesi kerületben fekvő Golecz, Myraya, Petrosnicsa, Valisora és Csernecz nevű kely-

Digitized by Google

ségekbe, valamint Alsó-Bokosnicza és Padurencz fele részébe 1469-diki január 26-dikán Örményesi Herka Péter királyi emberrel minden ellentmondás nélkül beigtatta. Kelt február 9-dikén 1469.

Capitulum Ecclesie Orodiensis. Omnibus Christi Fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas Introductorias et Statutorias Serenissimi Principis Domine Matthie Dei gratia Regis Hungarie, Dalmatie Croatie etc. Domini nostri naturalis summa cum reverentia recepimus in hec verba. Matthias Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. (*szóról szóra mint CDLXXXV. sz. alatt*). Nos igitur mandatis Regie Serenitatis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, una cum Petro Herka de Ewrmenes homine suo predicto unum ex nobis videlicet honorabilem Dominum Johannem de Gyula Lectorem, Socium, et Concanonicum nostrum, ad premissas Introductionem et Statutionem faciendas nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, Quod ipsi feria quinta proxima post festum Conversionis beati Pauli Apostoli proxime preteritum, ac alijs diebus ad id aptis et sufficientibus, ad facies Possessionum Goliecz. Myraya, Petrasnicza, Valisora et Chernecz, necnon directarum medietatum Possessionum Alsobokosticza, et Padurencz vocatarum in prefato districtu Karansebes existencium habitarum vicinis, et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis signanter Thoma Nyerew de Sebes, Joanne Fora de Bokosthycza, et Michaele de eadem, et presentibus accedendo introduxissent memoratos Ladislaum, et Ludovicum de Ewrmenes, ac Jacobum de Maczkas in dominium prefatarum Possessionum, et directarum medietatum aliarum prenominatarum similiter Possessionum, statuissentque easdem eisdem Ladislao, Ludovico, et Jacobo, ipsorumque heredibus, et posteritatibus universis, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet perpetuo possidendas, nullo penitus contradi-

Digitized by Google

ctore apparente tam in facie prescriptarum Possessionum et medietatum aliarum similiter Possessionum, quam etiam expost coram nobis legitimis diebus et horis perseverantibus et expectantibus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes Literas nostras Privilegiales pendentis, et authentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus emanandas. Datum quinto decimo die diej Introductionis et Statutionis prenotatarum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono, presentibus ibidem Honorabilibus Dominis Ambrosio Cantore, — — — de Gyanthe Custode, Magistris Martino de Zombor, altero Martino de Jenew, Micbaele de Kovachij, Ladislao de Pankotha, et Gregorio de Apatfalwa, ceterisque Canonicis Fratribus nostris in Dei Ecclesia Regi sempiterno iugiter famulantibus.

A győri káptalannak 1698-diki átirata után Kaprinai kéziratából L. köt. 93—95. l.

CDXCII.

Mátyás király tudósítja Kassa városát, hogy legközelebb múlt Esto mihi-vasárnap Morvaország legfőbb várát, a Brün városa felett eső Spielberget, erőhatalommal bevette. Kelt Brünben február 13-dikán 1469.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Prudentes viri fideles nostri dilecti. Credimus vos non latere, quod anno revoluto et nunc pro defensione fidei katholice ac

Digitized by Google

fidelium conservatione perfidorumque hereticorum destructione et ruina non solum expensis et fatigijs non pepercimus, Verum etiam proprium corpus nostrum inenarrabilibus periculis exponere non formidavimus, et nunc favente divina clementia hos nostros assiduos labores, et fatigas non in vanum fecisso existimetis. Castrum Capitale totius Marchionatus Moravie Spilberk nuncupatum supra Civitatem Brunensem situatum una cum alijs Civitatibus et Castris, proxima Dominica esto mihi manu potenti et valida occupavimus et mancipavimus. Unde ingens gaudium omnium fidelium resultare debeat, altissimoque gratiarum actio. Quare vobis ut bijs quos prosperitatibus nostris congratulari speramus presentium per latorem nostrum fidelem Zazko ea notificamus. Quem vobis pro huiusmodi fatigijs et novitatibus veris intimandis et notificandis intuitu nostro Maiestatis Regie recommendatum habere velitis et debeatis. Datum Brune feria secunda proxima ante carnisprivium anno Domini millesimo etc. LX-mo nono Regni nostri undecimo Coronationis vero quinto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis viris Judici et Juratis Civitatis nostre Cassoviensis nobis sincore grateque dilectis.

Kassa városa levéltárából.

Digitized by Google

CDXCIII.

Erzsébet, Mátyás király anyja, Dolhai Ambrúsnak irányában tett hű szolgálatai tekintetéből, mind azon bármelly megyében fekvő jószágokat, mellyek említett Dolhaitól egy Osthás nevezetű oláh nemes megölése miatt a királyra szállottak és az által neki adományoztattak, miről neki az ország bíráitól ítéletlevele is van, minden tartozandóságaikkal és haszonvételeleikkel a mondott Dolhai Ambrúsnak és általa fiainak és örököseinek visszaadományozza, az említett ítéletlevelet és bármi erre vonatkozó irományokat megsemmisítvén és érvénytelenítvén. Kelt Ó-Budán február 16-dikán 1469.

Commissio propria genitricis domini Regis.

Nos Elizabeth Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. Genitrix, Memorie commendamus, tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, Quod nos consideratis fidclibus servicijs fidclis nostri Egregij Ambrosij de doha (így!), nobis feruentis animi zelo, toto posse suo exhibitis et impensis, vniversas possessiones porcionesque et Jura possessionaria sua, in quibusuis Comitatibus existencia et habita, que, exeo quod alias Idem Ambrosius, quendam nobilem valabum Osthas vocatum, nece miserabili interemisset ad Serenissimum principem dominum Mathiam Regem Hungarie etc. filium nostrum carissimum, Juxta Legem et consuetudinem eiusdem Regni hungarie deuolute fuissent, quas et que Idem Serenissimus princeps dominus Mathias Rex, filius noster carissimus, omnino eo Jure, quo, ad Suam Serenitatem deuolute fuissent, simul cum cunctis, earun-

Digitized by Google

dem, vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, nobis in perpetuum contulerat, super, quibus, nos etiam certas literas adiudicatorias coram Judicibus huius Regni hungarie, reportassemus et optinuissemus, et pleno Jure nobis adiudicate fuissent, simul cum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet Arabilibus, cultis et incultis, Agris pratis pascuis fenilibus siluis nemoribus Montibus valibus vineis vinearumque promontorijs, Aquis fluvijs piscinis piscaturis Aquarumque decursibus Molendinis Molendinorumque locis, Et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis limitibus, Memorato Ambrosio et per eum filijs suis, ipsorumque, heredibus et posteritatibus vniuersis, de manibus nostris dedimus donauimus et contulimus, ymmo damus donamus et conferimus, Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, salvo Jure alieno, Nichilominusque vniuersas literas nostras adiudicatorias seu sentencionales, quocunque nomine vocatas, si quas nos super facto prescriptarum possessionum porcionumque et Jurium possessionariorum habuissemus, cassamus et anihilamus viribusque earum cassas vanas et inanes relinquimus, manusque nostras de prescriptis possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarijs excipimus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum In Castro Veteri Budensi, feria quinta proxima, post diem cinerum Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono

refferente Benedicto de peczel.

Az eredetiből.

Digitized by Google

CDXCIV.

Mátyás király az erdélyi 7 és 2 szász széknek szorosan megparancsolja, hogy azon királyi bért, mellyet a mult évi Márton napján tartoztak volna lefizetni, de a mellynek megadását ő sz. György napig elhalasztotta, e levele vételével azonnal, semmi más parancsot nem várva, tegyék le e levelet előmutató Miklós küküllői főesperestnek vagy embereinek. Kelt Olmützben april 16-dikán 1469.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis Septem et duarum Sedium Saxonicalium Saxonibus, Salutem et gratiam, Quia nos illum Censum, quem vos in festo beati Martini Episcopi et confessoris in anno proxime preterito in argento de medio vestri Maiestati nostre provenientem exoluere debuissetis, ad requisitionem vestram ad festum beati Georgij martyris proxime venturum, per vos effective exolvendum distulimus, Ideo fidelitati vestre barum serie firmiter mandamus, quatenus statim receptis presentibus, nullis alijs Literis et mandatis nostris superinde expectatis prefatum Censum, fideli nostro Venerabili Nicolao Archidiacono de Kikellew aut hominibus suis, presentium scilicet ostensori, citissime et sine ullo defectu exolvere debeatis, Nec moram aliquam in bac re facere audeatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Olomutz, die dominico proximo post festum beatorum Tiburtij et Valeriani martyrum. Anno domini Millesimo Quadringentesimo sexage-

Digitized by Google

simo Nono, Regni nostri Anno duodecimo, Coronationis vero sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

CDXCV.

Mátyás király az erdélyi hét és két szász szék küldöttjének Monetarius Konrádnak kérelmére az említett közönség által hozott szabályokat, — mellyek a szomszéd, különösen omlási és fogarasi nemesek és oláhok részéről az említett székekben elkövetendő legeltetési kártételek s rablások meggátolását és megbüntetését, továbbá a csalva kölcsönöző és fizetni nem akaró adósok iránti eljárást tárgyazzák, — szóról szóra átirván megerősíti. Kelt Olmüczben april 25-dikén 1469.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod fidelis noster Conradus Monetarius Inhabitator Civitatis nostre Cibiniensis Nuncius Universitatis Saxonum Septem et duarum Sedium Saxonicalium partium Transsilvanarum Regni nostri, nostram veniendo in presentiam, in personis eorundem Saxonum exhibuit nobis quoddam Registrum super certis dispositionibus et ordinationibus Magistrorum Civium ac Judicum et Juratorum Seniorum Sedium predictarum, pro dictorum Saxonum nostrorum utilitate factis

Digitized by Google

confectum. Supplicans idem Conradus in personis eorundem Saxonum nostrorum nobis humiliter, ut easdem dispositiones ratas gratas et acceptas habendo, literisqne nostris patentibns inseri et inscribi faciendo pro eisdem Saxonibns nostris approbare et ratificare dignaremur. Quarum quidem dispositionum series bec est, primum. Quod si aliqui Nobiles aut alterius cuinsvis status possessionati homines, et notanter *Volachi dicta*rum partium Transsylvanarum, et signanter in *districtibus Fo*garas et Omlas vocatis commorantes, pastores suos cum gregibus ovium, porcorum et aliorum pecorum suorum, ad terraa et territoria dictorum Saxonum nostrorum contra voluntatem ipsorum miserint, et in vineis segetibus silvis pascuis et pertinentijs ipsorum dampna aliqua eis irrogaverint, extunc, primavice duo Castrones, vel due Oves, et secundariavice quatuor Castrones vel oves, tertiaria autem vice, duodecim Castrones vel oves pro vadio recipi debeant si oves fuerint, si vero porci fuerint, extunc primo unus porcus, secundo duo porci, et tertio decimus porcus recipi debeat, debitis tamen et consvetis semper inhibitionibus de pastu talium ovium, porcorum et aliorum pecorum precedentibus, Illo etiam specialiter declarato, quod si tales homines et Volachi quicunque aliquando signanter nocturnis temporibus in segetibus sive seminibus ipsorum Saxonum nostrorum, per ipsorum animalia prenotata, tempore pluviali aut madido talia dampna ipsis Saxonibus nostris illata fuerint, extunc duodecim oves vel Castrones pro vadio recipi debeant, et pro veritatis signo unus agnus vel una ovis, aut porcus occidi et mactari debeat, ne negatio fieri possit, propter cruorem talis animalis, in tali loco, in quo ipsa dampna fuerint perpatrata, remanentem. Et si tam magna dampna exstiterint irrogata, quod receptum vadium tanti valoris non fuerit, extunc pro dampnis huiusmodi condigna recipi debeat satisfactio, ubi vero Valachi ipsi, vel alij quicunque tante potentie fuerint, nt ab eis super huiusmodi dampnis illatis, condigna recipi non posset satisfactio, extunc tales dampnificati Juratos Seniores et universos Inhabitatores illius Oppidi aut Ville ubi ipsa dampna perpatrata fuerint, pro auxilio invocent. Si vero tales ad id insufficientes et impotentes exstiterint, extunc Judices et to-

Digitized by Google

tam Communitatem illius Sedis in qua dampna pretacta fuerint irrogata invocent. Si autem tales Judices et tota communitas talis Sedis tam impotentes fuerint, extunc dictos Saxones nostros, et universitatem eorum, de dictis Septem et duabus Sedibus Saxonicalibus pro succursu invocent, et requirant, quibus mutuis et opportnnis auxilijs in talibus subvenire teneantur, ubi autem ijdem Saxones nostri ad talem violentiam reprimendam insufficientes et viribus impotentes redderentur aliquomodo, extunc ijdem Saxones nostri Wayvodas vel Vicewayvodas nostros Transsilvanenses pro tempore constitutos, pro talismodi succursu iuxta contenta literarum nostrarum si opportunum fuerit debeant invocare, preterea ut nullus omnino prenotata vadia vulgariter Schazung nuncupata, per vestium ablationem et eductionem recipere audeat. Insuper ut nullus hominum in dictis Septem et duabus Sedibus commorantium audeat Valachos pro custodibus nocturnalibus aliquando conservare, aut eisdem mercedem aliquam dare et solvere sub pena unius Marce Argenti. Ceterum ut si aliqui per latrones et fures in equis pecoribus et alijs bonis eorum quibuscunque dampnificati ad aliquod territorium aut oppidum vel villam, in quo vel qua Saxones seu Hungari aut alij Christiani commorantur, consveta vestigia sequerentur, extunc tales eisdem dampnificatis territorium ac domos et curias, ad perquirendum talismodi equos pecora et alia animalia, ac bona aperire ac eosdem et eadem libere ubique perquirere permittere teneantur, ubi vero tales dampnificati de buiusmodi perquisitione nollent contentari, extunc tales Saxones, Hungari aut alij Christiani ipsis singilatim solita eorum Juramenta, pro eo prestare teneantur Quo facto idem Saxones Hungari et alij Christiani liberi existant. Si vero aliqui taliter dampnificati consimilia vestigia ad aliquod territorium aut opidum vel villam in quo vel qua Volachi commorantur, sequerentur, extunc ipsi Volachi vestigia huiusmodi ut moris est extradare teneantur, Si vero id facere nequierint, extunc ipsi dampnificati super vestigijs septimo se solita iuramenta deponere lege et consvetudine partium illarum observatis, et tandem ipsi Volachi huius modi equos pecora, et alia animalia ac bona ipsis damp-

Digitized by Google

nificatis persolvere teneantur, Ubi autem aliquorum latronum furum et aliorum malefactorum in quorumcunque Nobilium ac aliorum cuiusvis status dignitatis et conditionis possessionatorum bominum possessionibus et terris commorantium insultus, in medio dictorum Saxonum nostrorum in destructionem et desolationem eorundem et terre illius alibi orirentur, et unus alium ex ipsis Saxonibus nostris quomodocunque et quotiescunque contra huiusmodi insultus dictorum latronum furum et aliorum malefactorum, pro faciendo succursu invocaret et requireret, extunc ijdem Saxones nostri, iuxta limitationem et impositionem bominum alicui Sedi vel Oppido aut Ville pro talismodi prebendo succursu, sibiipsis mutuo faciendam mox requisiti insurgere et parti oppresse, sub pena solutionis viginti quinque Marcarum Argenti quarum viginti ipsis Magistris Civium ac Judicibus et Juratis Senioribus dictarum Septem et duarum Sedium Saxonicalium, et quinque Judicibus illius Sedis aut Oppidi vel Ville, in qua contrafactum fuerit eo facto irremissibiliter cedere debeant, succurrere ac ipsos latrones fures et alios malefactores quandocunque quotienscunque et ubicunque, et in quibuscunque terris possessionibus et bonis quorumcunque repertos et appreheusos, autboritate nostra speciali, iuxta eorum demerita punire teneantur, Ubi vero aliqui Judices alicuius Sedis, ad succursum huiusmodi requisiti et invocati, modo aliquali non insurrexerint, aut negligentes seu remissi fuerint quinque marcas argenti dictis Magistris Civium ac Judicibus et Juratis Senioribus pro pena irremissibiliter solvere teneantur. Si autem aliqua singularis persona ad mandatum et requisitionem alicuius Judicis, pro huiusmodi succursu faciendo, adstatim non insurrexerit, aut negligens et tepida fuerit pro pena una unum florenum auri ipsis Magistris Civium ac Judicibus et Juratis Senioribus solvere teneatur. Demum quia plerique reperirentur deceptores, qui quam plures homines ab eis pecunias mutuo recipiendo decipiunt, et expost debitores effecti de talismodi debitis hominibus ipsis satisfacere nolunt, per quod multi debitis eorum defraudari et dampnificari consveverunt. Ideo ubicunque tales debitores in medio eorundem Saxonum nostrorum reperirentur, captiventur, et iuxta

Digitized by Google

consvetudinem aliarum Civitatum dicti Regni nostri Hungarie, capti tamdiu detineantur donec ipsi creditoribus suis huiusmodi mutuatam pecuniam restituerint effective, aut pro se pro debitis huiusmodi sufficienter prestitorint fideiussoriam cautionem, Postremo ut si ipsis Saxonibus nostris, de dictis Septem et duabus Sedibus ex huiusmodi dispositionibus et confederationibus aliqua gravamina dampna — — eria et alia mala quovis modo evenirent, ijdem premissa omnia insimul fecisse assumpsissent et se obligassent, Unde nos huiusmodi supplicatione prefati Conradi per eum in personis dictorum Saxonum nostrorum nobis modo premisso porrecta Regia benignitate exaudita et clementer admissa, prefatas dispositiones et ordinationes dictorum Magistrorum Civium ac Judicum et Juratorum Seniorum Sedium pretactarum, per eos modo pretacto factas, in omnibus earum articulis et clausulis, in quantum rite et legitime atque pro commodo et utilitate dictarum Sedium facte sunt, ratas gratas et acceptas habendo, predictis Saxonibus nostris de mera nostro Regie potestatis plenitudine, ac et certa nostra scientia approbamus et ratificamus, harum literarum nostrarum quibus Secretum Sigillum nostrum est appensum, vigore et testimonio mediante. Datum in Olomutz in festo beati Marci Evangeliste Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo nono Regni nostri Anno duodecimo Coronationis vero sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

CDXCVI.

Mátyás király Pozsony városa tanácsának megparancsolja, hogy János egri püspöknek, ki Pozsonyban Kremmel György bécsi polgártól házat vett, e vételről minden halogatás nélkül adja ki bizonyító levelét, mellyet attól eddig megtagadott, azon követelésekre nézve, mellyek netalán a ház iránt a püspök ellen támaszthatók, az illetőket saját személye elébe utasítván. Kelt Olmützben május 8-dikán 1469.

Commissio propria domini Regia.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Circumspectis Judici et Juratis Civibus Civitatis nostre Posoniensis Salutem et gratiam. Exponit nobis Fidelis noster Reverendus in Christo Pater Dominus Johannes Episcopus Ecclesie Agriensis, quomodo ipse a Georgio Kremmel Cive Wiennensi in dicta Civitate nostra Posoniensi quamdam domum emisset, super qua quidem emtione vos sibi hactenus literas vestras dare denegassetis et denegaretis etiam de presenti in ipsius iurium preiudicium et dampnum. Super quo fidelitati vestre strictissime mandamus, quatenus visis presentibus super pretacta emptione domus ipsi Domino Episcopo postpositis allegationibus quibuscunque literas vestras dare debeatis. Si autem aliqui occasione ipsius domus contra prefatum Dominum Episcopum se aliquid actionis habituros sperant, id requirant coram nobis, et non denegabitur eis iustitia. Secus non factu-

Digitized by Google

ri. Datum in Olomucz in festo aparitionis beati Michaelis Archangeli Anno Domini millesimo Quadringentesimo Sexagesimo nono. Regni nostri anno duodecimo coronationis vero sexto.

Pozsony városa levéltárából.

CDXCVII.

A győri káptalan bizonyságot tesz arról, kogy egy részről kebelebeli kanonok Tatai Mihály mester, a győri egyház melletti sz. háromság kápolnájának igazgatója, más felől Udvari Pál csönkői várnagy mint Veszprém megyei Nagy-Szőlős és Kürt helységek tisztje, és ugyanazon helységek némelly képviselői, azon perben, melly a nevezett kanonokot az említett helységek határain termett gabonából és borból illető dézma iránt közöttök folyt, a két fél által választott egyházi és világi egyesítő birák közbenjárására bizonyos pontokban barátságosan megegyeztek. Kelt június 22-dikén 1469.

Capitulum Ecclesie Jaurinensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore, Ne ea que pro celesticia patria peraguntur temporibus successuris propter imbecillitatem humane nature oblivioni reddantur, patrocinio presencium literarum nostrarum mediante duximus pertemporare, proinde ad universorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod honorabilis Magister Michael de

Digitized by Google

Thata Rector Capelle Sancte Trinitatis constructe ad latus eiusdem Ecclesie nostre socius et concanonicus noster ab una, et nobilis paulus de Wdwarij Castellanus Castri Wasonkew vocati Officialis scilicet possessionum Nagij Zewlews et Kijrtha appellatarum Item providi Demetrius Magnus, Georgius Beda, et Michael Kewer dicti de eadem Nagij Zewlews in ipsorum ac universorum hospitum, et populorum, incolarumque ac tocius communitatis Jam dictarum possessionum Nagij Zewlews et Kyrtha nominibus et in personis presentibus ab altera. Ad nostram venientes preseuciam sponte et libere sunt confessi in hunc modum. Quod quamquam inter eundem Magistrum Michaelem Rectorem dicte Capelle sancte Trinitatis, ac universos populos et hospites, ac totam communitatem dictarum possessionum Nagij Zewlews et Kijrtha in Comitatu Wezpremiensi existencium et habitarum, de et super decimacione, exactioneque, et solucione universarum decimarum, frugum et Bladorum, ac vinorum intra limites terminosque, et territorium ac promontoria prescriptarum possessionum Nagij Zewlews et Kirtha crescencium et nascencium, ox parteque et E medio prcdictorum populorum, et hospitum, ac tocius communitatis earundem possessionum Nagy Zewlews, et Kirtha, ipsis scilicet Capelle Sancte Trinitatis, et per consequens Magistro Michaeli Rectori eiusdem proueniencium, litis contraversionisque et dissensionis materia exorta, motaque, et suscitata fuerit, et aliquamdiu partes inter prescriptas ventilata exstiterit. Tamen partes eedem saniori ducte consilio, ydem populi et hospites universi in dictis possessionibus Nagy Zewlews et Kyrtha commorantes sc contemplantes recognoscentes, Quod deus omnipotens plasmatorum omnium in signum universalis dominij decimas sibi reddi precepit, et easdem pro suo cultu clcricis exhibendas, et offerendas concessit, volentes eciam ut boni Katbolici animarum ipsorum, et progenitorum suorum saluti consulere, ac providere, gaudiaque celestia consequi, Et quod ipse Magister Michael Rector dicte Capelle Sancte Trinitatis suique successores cum suis Ministris deo iugiter famulantes in eadem Capella dominum cunctorum creatorem eo deuocius exorare valeant, de nonnullorum tam spiritualium quam

Digitized by Google

aecularium virorum arbitrorum scilicet et compositorum per annotatas partes ad Id equaliter electorum et assumtorum compositione, et arbitramento interveniente super prescriptis decimacione exactione ac solucione dictarum decimarum frugum Bladorumque et vinorum modo et ordine infra declarato concordassent, et pacificate exstitissent, concordatasque et pacificatas ydem Magister Michael ac paulus Castellanus demetrius Georgius, et Michael retulerunt coram nobis eo modo. Quod prescripti universi populi, et hospites Incoleque ac tota Communitas prefatarum possessionum Nagy Zewlews et Kyrtha decimas frugum et Bladorum ipsorum in agro sive campo in straminibus sive capecijs preallegatis Capelle Sancte Trinitatis et per consequens Magistro Michaeli Rectori eiusdem suisque successoribus futuris temporibus et in ewum sine omni fraude et dolo solvere, et extradare debeant et teneantur Sic videlicet. Quod quamprimum ydem populi et hospites ac tota Communitas dictarum possessionum Nagy Zewlews et Kirtha fruges et Blada ipsorum messuerit, eedemque per ipsos effective messe extiterint, tempus decimacionis earundem mox, et in continenti ipsi scilicet populi, et hospites nec non tota communitas earundem possessionum Nagy Zewlews et Kyrtha prefato Magistro Michaeli Rectori suisque successoribus pro tempore existentibus per proprios homines sive nuncios ipsorum intimare et notificare teneantur. Ipse autem Magister Michael Rector suique successores decimatores sive homines suos ad decimandum prescriptas fruges et blada messatas ad preallegatas possessiones Nagy Zewlews et Kirtha ipso facto mittere, et dirigere debeat. Qui quidem decimator prescriptas universas fruges et blada — — — — hospitum ac cunctorum Inhabitatorum dictarum possessionum Nagy Zewlews et Kyrtha in campo siue agro in straminibus sive capecijs paratis decimare, et connumerare debeat et — — — factaque huiusmodi decimacione et — — — — — earundem frugum et bladorum primum et ante omnia ipsi populi et hospites ac universi inhabitatores earundem possessionum Nagij Zewlews et Kirtha decimas frugum et bladorum — — — fruges decimales de cunctis frugibus et Bladijs cedentibus per ipsorum proprios

Digitized by Google

currus et vecturas sine aliquo precio siue salario ad eum locum seu orreum ad Id per prefatum Magistrum Michaelem Rectorem, et suos successores — — ipsorum decimatorem pro tempore existentem deputatum inportare, et aggregare debeant, et teneantur et qnilibet eorum ad inportandas eas sit astrictus, nullusque hospitum populorumqne et Inhabitatorum dictarum possessionum Nagy Zewlews, et Kyrtha pro inportacione *huius*modi frugum et Bladorum decimalium a preallegatis Capella Sancte Trinitatis ac Magistro Michaele Rectore eiusdem suisque successoribus et ipsorum decimatoribus sallarium sive precium aliquod petere et postulare valeat, atque possit, nec sit ausus modo aliquali, eo addicto, quod prefatus Magister Michael Rector, suique successores, et ipsorum decimatores dispositores sive compositores acervorum frugum et Bladorum in eo loco habere debeat, et teneatur hoc specialiter declarato, quod si quisquam hospitum populorumque et Inhabitatorum prescriptarum possessionum Nagy Zewleus et Kyrtha fruges, et Blada decimandas non haberet, ex tunc talis Capeciam Christianitatis vocatam, prout in Comitatu illo. in quo dicte possessiones Nagy Zewlews et Kirtha locate existerent Capecie Christianitatis soluuntur, prefatis Capelle sancte Trinitatis ac Magistro Michaeli Rectori eiusdem suisque successoribus effective solvere teneatur hoc maxime non pretermisso, quod prefata Capella sancte Trinitatis et per consequens Magister Michael Rector eiusdem ipsiusque successores de dictis frugibus et Bladis decimalibus duntaxat Ecclesijs parochialibus Sancti Georgij Martijris in Nagy Zewlews ac beate Elyzabeth in Kirtha possessionibus prefatis constructis in campo sive agro integram quartam hoc est quartam partem earundem dare et solvere teneatur, superaddito eciam illo, quod decimatores prescriptarum Capelle sancte Trinitatis et per consequens Magistri Michaelis Rectoris eiusdem suorumque successorum cum ipsorum hominibus tempore decimacionis huiusmodi frugum et Bladorum descensum sive hospicium habeant erga et apud Judices sive villicos dictarum possessionum Nagy Zewlews et Kirtha protempore existentes Ipsique Judices sive villici dictos decimatores cum suis hominibus per integros tres dies post sese sequentes in victu

Digitized by Google

alimento atque potibus servare tenere, et fouere debeant atque teneantur nullam molestiam eis inferentes, exactis autem ipsis tribus diebus integris ipsi decimatores cum ipsorum bominibus in proprijs ipsorum sumptibus, et expensis, quousque voluerint ibidem stare, et permanere possint atque valeant Annotati autem Judices siue villici dictarum possessionum Nagy Zewlews et Kirtba pro tempore constituti in solucione decimarum frugum et Bladorum ipsorum tamen anni scilicet ipsius sint exempti supportatique, et exonerati, nec ad eas solvendas sint astricti, hoc eciam specificato, quod si temporum in eventu Judices siue villici prescriptarum possessionum Nagy Zewlews et Kirtha tempore decimacionis frugum et Bladorum prescriptarum decimatoribus dicte Capelle Sancte Trinitatis, et per consequens Magistri Michaelis Rectoris eiusdem suorumque successorum, ac eorum bominibus descensum siue hospitium dare, et tenere nollent, aut recusarent, Extunc ipsi scilicet Judices sive Villici pro tempore existentes integras decimas de ipsorum frugibus et Bladijs more et ad instar aliorum hospitum et populorum earundem possessionum Nagy Zewlews et Kirtha ipsis Capelle Sancte Trinitatis ac Magistro Michaeli Roctori eiusdem suisque successoribus soluere, et effective dare teneantur, Preterea memoratus Magister Michael Rector iam dicte Capelle Sancte Trinitatis suique successores temporibus vindemiarum habeat decimatores vinorum in prefata possessione Nagy Zewlews hospicio, et domo in eo, ubi ipsi Magister Michael suique successores, aut ipsorum decimatores voluerint constitutos, populique et hospites, ac universi Inhabitatores dictarum possessionum Nagy Zewlews et Kirtha, sed et homines forenses et extranei in territorio seu promontorio eiusdem possessionis Nagy Zewlews vineas habentes universa vina ipsorum vindemiata siue botros destructos, ao in unum conculcatos in ipsorum doleis seu vasis ad hospicium sive descensum dicti decimatoris sine dolo et fraude deferre, et importare, ubi Idem decimator eadem vina vindemiata sive botros in unum destructos decimare debeat, factaque huiusmodi decimacione ibidem veras, et integras decimas de eisdem prefatis Capelle Sancte Trinitatis et perconsequens Magistro Michaeli Rectori eiusdem

Digitized by Google

suisque successoribus soluere, et dare debeant, et teneantur. Illud non pretermissum, Quod si prefati Magister *Michael sui*que successores aut ipsorum decimatores pro *tempore existen*tes ad quoscunque homines decimandos *tam in eisdem Nagy* Zewlews, et Kirtha quam alijs possessionibus commorantes in territorio eiusdem possessionis Nagy Zewlews uti premissum est vineas habentes in decimacione vinorum modo previo decimatorum in eo videlicet quod ultra hoc ut decimari fecissent, plura vina haberent diffidenciam et hesitacionem exercerent, seu haberent, Extunc tales homines decimandi de huiusmodi diffidencia et hesitacione cum iuramento solius sue persone per eos prestito se expurgare et hesitacionem huiusmodi a se repellere et evitare teneantur. Ad que premissa prefati paulus Castellanus Demetrius Georgius et Michael se, ac universos hospites populosque et Inhabitatores dictarum possessionum Nagy Zewlews et Kirtha sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri maioris munimine roboratas prefatis universis populis et hospitibus, ac Inhabitatoribus earundem possessionum Nagy Zewlews et Kirtha duximus concedendas. Datum feria quinta proxima ante festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, honorabilibus dominis ladislao preposito Kathedrali, Johanne lectore, Luca custode ceterisque dominis canonicis in dicta Ecclesia nostra deo iugiter famulantibus, et devote.

A győri káptalan magán levéltárából.

Digitized by Google

CDXCVIII.

Mátyás király tudósitja Kassa városát, hogy július 27-dik napján Podiebrád György eretnek fiát Victorint Wessele városában seregeinek minden veszélye nélkül elfogta és most fogva tartja. Kelt a wesselei vár alatti táborban július 28-dikán 1469.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti. Inter alia que nobis hijs diebus prospere successerunt, Id nobis divina volente clementia prosperius successum est, quod feria quinta proxima post festum beate Anne Matris Marie proxime preteritum Victorinus filius Goorgij Podebrath hereticj in Civitati Wezele absque ullo periculo gentis nostre captivitati nostre mancipatus nunc erga manus nostras captivus detinetur. Unde tanti nostri ingentis gaudij fidelitatem vestram participem facere volentes, Rogamus eandem, quatenus et vos unacum alijs fidelibus nostris huic nostro ingenti gaudio congaudere velitis, Agentes gratias Deo excelso, qui Inimicum nostrum et Regni nostri ac totius fidei Catholice captivum ad manus nostras dare dignatus est. Datum in descensu nostro exercituali sub fortalitio Wezele feria sexta proxima post dictum festum beate Anne Matris Marie Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo nono Regni nostri Anno duodecimo Coronationis vero sexto.

Digitized by Google

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus et totj Communitatj Civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis dilectis.

Kassa városa levéltárából.

CDXCIX.

Mátyás király Lipló megyei Német-Lipcse városának általa 1459-dik évi aprilis 25-dikén Budán adott kiváltságlevelét, — mellyben annak a régi magyar királyok által adott azon szabadalmát, hogy királyi bérül évenkint karácsony napján 80, és szent György napján ismét 80 arany forintot s ne többet tartozzék fizetni, miután a város szabadalomleveleit Komorovszky Péter a Nagyvárban nem régiben összveégette volt, ugyancsak Komorovszkynak ezen 80 forintról szóló három rendbeli nyugtatványa nyomán ujra kiadta és általában a város régi szabadságait megerősitette, — szóról szóra átirván, ujra megerősíti. Kelt september 13-dikán 1469.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei Gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex. Omnibns Christi fidelibus, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod fideles nostri Circumspecti Andreas Kouczkovycz Judex, ac Petrus

Digitized by Google

Sartor Juratus Ciuis Ciuitatis nostre Lypch Theutonicalis in Comitatu Lyptouiensi habite, nostrum venientes in conspectum, in eorum et Communitatis eiusdem Ciuitatis nostre personis exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras super quibusdam libertatibus per nos ipsis Ciuibus et Communitati predicte concessis, modo et ordine in tenore earundem litterarum clarius denotatis, sub Secreto Sigillo nostro, quo ante Coronacionem vtebamur, in pendenti confectas, tenoris infrascripti, Supplicantes Maiestati nostre, vt preattactas litteras nostras ratas gratas et acceptas habendo, Litterisque nostris priuilegialibus de verbo ad verbum inseri faciendo, approbare, easque et omnia in eis contenta, pro eis et dicta Communitate, eorumque successoribus vniuersis innouando perpetuo valituras confirmare dignaremur, Quarum quidem litterarum tenor sequitur in hec verba. Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Momorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis, Quod fidelis noster Circumspectus Andreas Kouczovycz Ciuis Ciuitatis nostre Libczensis nostram veniendo in presenciam, suo ac aliorum vniucrsorum Ciuium, et Inhabitatorum, necnon tocius Communitatis eiusdem Ciuitatis nomine, exponere curavit hoc modo, Quomodo pretacta Ciuitas nostra, per divos Reges Hungarie nostros scilicet predecessores ab antiquo taliter libertata fuisset, ut Ciues et Inhabitatores ac tota Communitas eiusdem, Regie Maiestati racione Census et Prouentus de medio eorum provenire debencium, singulis Annis in festo beati Georgij Martyris Octuaginta, et in festo Natiuitatis domini similiter Octuaginta florenos auri, et non plus soluere teneantur, et in huiusmodi libertate hactenus vsi fuissent, ac super eadem libertate eotum efficaces habuisse eorundem Regum litteras, sed nouissime cum videlicet Generosus Petrus de Komorov quoddam Fortalicium Castri Magni igne combussisset, eedem littere in eodem Fortalicio, vbi causa tucioris conseruacionis reposite fuerant combuste, et annihilate fuissent, factaque huiusmodi exposicione exhibuit nobis idem Andreas quasdam tres litteras Expeditorias et Quietanciales ipsius Petri de Komorov, qui per eertos Annos census eiusdem Ciuitatis nostre percepisse dicitur, ex quibus vidi-

Digitized by Google

mus manifesto, Qnod ipsi memorato Petro nihil plus, nisi pretactos Octuaginta in dicto festo beati Georgij Martyris, et similiter Octuaginta florenos in festo Natiuitatis *domini pro quibusdam* preteritis Annis soluerunt, Vnde idem *Andreas suo et* aliorum predictorum nominibus supplicauit *Maiestati nostre*, *vt* eosdem, ac pretactam Ciuitatem nostram in pretactis libertatibas eorum tenere et conseruare, litterasque nostras eisdem superinde concedere dignaremur. Nos igitur cum ad huiusmodi supplicacionis sue Instanciam, tum vero consideratis varijs Oppressionibus, dampnis et nocumentis, quas et que pretacta Ciuitas nostra, ac Ciues, Inbabitatores et Communitas eiusdem preteritis temporibus susceperunt, eisdem Ciuibus, ac Inhabitatoribus, nec non toti Communitati pretacte Ciuitatis nostre id concessimus et annuimus, imo concedimus et annuimus presencium per vigorem, vt ipsi a modo in posterum futuris temporibus vniuersis illis libertatibus, quibus temporibus dictorum Regum Hungarie vsi sunt, vtantur et fruantur, ac Octuaginta florenos in festo beati Georgij Martyris, et in festo Natiuitatis domini singulis Annis similiter Octuaginta florenos auri, et non plus nobis aut successoribus nostris Regibus Hungarie soluere teneantur. Quocirca vobis fidelibus nostris Dicatoribus et Exactoribna Censuum et Prouentuum nostrorum de medio Communitatis dicte Ciuitatis nostre prouenire debencium, presentibus et futuris, barum aerie firmiter precipiendo mandamus, quatenua a modo in posterum a pretactis Ciuibus et Inbabitatoribus ac tota Communitate dicte Ciuitatis nostre vltra preseriptos Octuaginta et iterum Octuaginta florenos auri premisso modo soluendos quicquam exigere, vel petere nullo vnquam tempore presumatis, presentesque quas Secreto Sigillo nostro, quo vt Rex Hungarie vtimur inpendenti communiri fecimus, post earum lecturam semper reddatis presentanti. Datum Bude die Dominico proximo post festnm beati Georgij Martyris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono. Nos igitur aupplicacionc annotatorum Judicis et Jurati Ciuis pretacte Ciuitatis nostre Lypob per eos in eorum et Communitatis eiusdem Ciuitatia nostre personis, nostro modo premisso porrecta Maiestati, Regia benignitate exaudita et clementer ad-

Digitized by Google

missa, prescriptas litteras nostras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, presentibusque litteris nostris priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminncione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et Articulos eatenus, quatenus eedem rite et legittime emanate existunt, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, approbamus et ratificamus, easque nibilominus et omnia in eis contenta pro prefatis Ciuibus et tota Communitate dicte Ciuitatis nostre Lypch, ipsorumque Successoribus vniuersis, non obstante decreto pridem in Alba Regali tempore coronacionis nostre edito, in quo declaratur, Quod omnes littere condam Serenissimi Domini Ladislai Regis Hungarie immediati predecessoris nostri, atque nostre ante coronacionem nostram date, infra lapsum vnius anni integre confirmari debuissent, alioquin viribus cariture relinquerentur, ex certa nostra sciencia, et de potestate nostra Regia innouando perpetuo valituras confirmamus, supplendo omnem defectum, si quis propter lapsum dicti vnius Anni vnquam objici posset, quinimo volumus et auctoritate Regia decernimus, vt presens priuilegium in suo vigore permaneat, et perduret ac si ante lapsum dicti vnius Anni ad confirmacionem reportate fuissent, presentis scripti nostri patrocinio mediante. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras pendentis et authentici dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum per manus Reverendissimi in Christo Patris domini Stephani cardinalis Ecclesiarum Colocensis et Bachiensis ArchiEpiscopi Aule nostre Summi et Secretarij Cancellarij, Fidelis nostri dilecti, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono, in Idibus Septembris, Regnorum nostrorum Anno Hungarie duodecimo, coronacionis Sexto, Bohemie vero primo. Venerabiiibus in Christo Patribus dominis Johanne Strigoniensi, eodem Stephano Colocensi ArchiEpiscopis, Johanne Waradiensis, et postulato Agriensis, Transyluaniensi Sede vacante, Osualdo Zagrabiensis, Johanne Quinque Ecclesiensis, Alberto Vesprimiensis, Demetrio Jaurinensis, Vincencio Waciensis, Johanne Chanadiensis, Thoma Nitriensis, Benedicto electo et confirmato Bosnensis, Nicolao de Bathor

Digitized by Google

Electo Syrmiensis, altero Nicolao Tinniniensis, *Segniensi Sede* vacante, et Nicolao Modruaenaia Ecclesiarum *Episcopis Ecclesias* dei feliciter gubernantibus, Item Magnificis *Michaele Orzag* de Gwtb Regni nostri Hungarie *Palatino, Johanne Pongracz* de Dengeleg et Nicolao Chwpor *de Monozlo* Wayuodis Transyluanis, Comite Ladislao de Palocz Judice Curie nostre, Johanne Thuz de Laak regni nostri Sclauonie, Nicolao de Wylak, et Mathyws de Maroth Machouiensi Banis, Honoribus Banatuum Dalmacie et Croacie Regnorum nostrorum predictorum necnon Zewriniensis vacantibus, Johanne de Rozgon Tauernicorum, prefato Johanne Thuz de Laak Janitorum. Bartholomeo de Belthevk Pincernarum, Nicolao de Hedrewara Dapiferorum, Nicolao de Zeech Agazonum nostrorum Regalium Magistris, Nicolao de Alsolyndwa Comite Posoniensi, alijsque conpluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Liptó vármegye levéltárából.

D.

Mátyás király az erdélyi hét és két szász szék panasza következtében, miszerint a kebelökbeli királybirák őket igen terhelik és vagyonaikban sok romlást okoznak, ez iránti kérelmök folytán megengedi az emlitett székek lakosainak, hogy a szebeni királybiró kivételével a többieket hivatalaikból kivethessék és helyökbe másokat választhassanak, az eddigi királybirákat ezen levele vétele után minden törvényhatósági gyakorlattól eltiltván. Kelt Budán september 25-dikén 1469.

Digitized by Google

Commissio propria domini Regis.

Nos Nathias dei gratia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos accepta querela pro parte et in personis fidelium nostrorum vniuersorum Saxonum nostrorum, in Septem et duabus Sedibus Saxonicalibus commorantium nobis in eo porrecta, Quod Judices nostri Regales in medio eorundem Saxonum constituti ipsos plurimum molestarent, ac in bonis eorum multas desolationes facerent, In preiudicium ipsorum et dampnum, Supplicatum itaque extitit Maiestati nostre pro parte eorundem Saxonum nostrorum, vt ipsis superinde remedium adhiberemus opportunum, Ac jd vt ipsi dictos Judices nostros de medio eorum ejicere, et alios loco eorum eligere possent et valerent, generose annuere et concedere dignaremur. Ideo nos eisdem Saxonibus nostris Id annuimus et concessimus, vt ipsi dictos Judices nostros Regales excepto Judice nostro in Ciuitate nostra Czibiniensi constituto, e medio eorum ejicere, ac alios loco ipsorum eligere valeant atque possint, ymo annuimus et concedimus presentium per vigorem. Quocirca vobis prefatis Judicibus nostris in medio dictorum Saxonum nostrorum in predictis Septem et duabus Sedibus commorantium nunc constitutis, harum serie firmiter mandamus, quatenus statim visis presentibus a modo in antea prefatos Saxones nostros in nullo impedire aut aliquam Jurisdictionem in eos exercere non presumatis, nec sitis ausi modo aliqualj, Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exbibentj restitutis, Datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Micbaelis Archangeli, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Nono, Regni nostrj Anno duodecimo, Coronationis vero sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

DI.

Ország Mihály nádor, lelkének üdvét tekintve, a csejthei sz. László egyháza népészének Györgynek kérelmére megengedi, hogy ő s utódai azon malmokban, mellyeket nekiek adott, tehetségök szerint több követ állíthassanak; fát és karót, menynyire szükségök van, bármelly erdeiben vághassanak; ha a malomhelyek árviz által vagy másként alkalmatlanokká válnának, a malmokat tetszésök szerint más helyre áttehessék, s az illy malom kárára ő vagy örökösei új malmot ne épithessenek; átengedi továbbá a csejthei egyháznak a városbeli fürdőt kirekesztő joggal; felmenti a népészt a vár részére fizetni tartozott évenkénti dijtól, a molnárokat és fürdősöket a várhoz teendő szolgálatoktól; a csejthei várnagyokat és tiszteket az egyház malmaiban őrléstől eltiltja; intézkedik az iránt, hogy a csejthei egyház leánygyülekezete Vagyonecz mindig az maradjon és soha attól el ne legyen szakitható; végre mind ennek megtartását csejthei várnagyainak és tisztjeinek komolyan megparancsolja, örököseinek pedig és utódjainak szivökre köti. Kelt Léván september 26-dikán 1469.

Nos Michael Orzagh de Guth Regni Hnngarie Palatinus et Judex Cumanorum Harum serie memorie commendantes notificamns quibus expedit universis. Quod cupientes anime nostre providere saluti considerantesque quod ea, que viventes per bona opera seminavimus in terris, post mortem remunerari habebimus in celis, Hinc est quod ad Instantiam et humillimam petitionem discreti domini Georgij Plebani Parocbialis Ecclesie Beati Ladislai Regis in Cheythe fundate plures rotas addidimus et auximus molendina Ecclesie Beati Ladislai in predicta

Digitized by Google

Cheythe, imo vigore presentium nostro et heredum nostrorum nomine addimus et augemus ita, quod predictus dominus Georgius et sui successores futuris perpetuis temporibus in dictis molendinis plures rotas erigere et edificare possint, et valeant, iuxta suam facultatem omni prorsus impedimento procul moto. Item palorum seu lignorum quorumcunque indigerint et ubicunque tam in nostris sylvis et montibus prope vel remote abscindendi et accipiendi omnimodam babeant libertatem. Item quod si successu temporis fundus seu situatio molendinorum per aquarum inundationem vel alias in littoribus suis vel aque ductibus annibilarentur vel alia impedimenta paterentur, extunc prefatus dominus Georgius Plebanus et sui successores Plebani babeant potestatem ipsa molendina iterum tot rotis, quibus fuerit eorum voluntas translocandi in eodem flumine ad alium aptiorem et commodiorem locum, ubi ipsis et Ecclesie melius videbitur expedire, neque aliud aliquod Molendinum in derogamen et preiudicium illius per nos aut successores nostros fundari poterit in futurum. Item Balneum in Oppido Cheythe prefato appropriavimus et incorporavimus perpetue eidem Ecclesie Sancti Ladislai et presencium vigore appropriamus et incorporamus ita, ut nullus alius habeat erigere et locare Balneum in predicto Oppido nostro Cheythe nisi antedictus Plebanus et sui successores. Item relaxavimus et presentibus relaxamus sepedicto plebano et eius successoribus censum et minuta, que plebanus olim tenebatur ad Castrum nostrum Cheythe vocatum solvere de media parte molendini in Hruso situati, Volumus etiam ut Jobbagiones Plebani molendinatores et Balneatores nullum censum nulla servitia aut labores ad Castrum nostrum Cheythe solvere teneantur, sed eosdem supportatos ab omni censu et laboribus ac quietos volumus, sed Plebano et suis successoribus censum solvant et labores iuxta suam deliberationem prestent. Item volumus ut nullus Castellanus etiam nullus Officialis in Castro existens in molendinis Plebani molere audeant neque presumant modo aliquali, sed in nostris molendinis. Volumus etiam et perpetue statuimus iuxta antiquam consvetudinem et iura litteralia super hoc alias confecta, quod Ecclesia Filialis de Vagyouecz semper subiaceat et

Digitized by Google

subdita sit Ecclesie parochialis Beati Ladislai Regis in Cheythe nec ab eadem alienari possit, sed aemper ut ab antiquo fuit eidem Filialis subsistat. Hec omnia et singula suprascripta ob anime uostre et nostrorum Predecessorum et *Fidelium* salutare animarum Juvamen censemus, volumus et committimus inviolabiliter perpetuo duratura, mandantes et precipientes seriose Castellanis et Officialibus sepedicti Castri nostri Cheythe pro nunc constitutis et in posterum constituendis, Heredes autem et successores nostros rogantes ut antedictum plebanum et successores in prenotatis libertatibus et gratijs nostris nullatenus impediant, quin potius defendant et protegant prout vestre et vestrarum salutem in futuro seculo diligitis animarum. Datum in Castro Lewa feria tertia proxima ante Festum Beati Michaelis Archangeli Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

A csejthei visszahelyheztető perből.

DII.

Mátyás király tudósítván Kassa városát, hogy Vámosi Vajdafi Pál magtalan halála után annak a koronára szállott várai és jószágai átvételére titoknokát László budai prépostot küldötte, szorosan meghagyja a városnak hogy, ha ezen várak átadásának a várnagyok ellenszegülnének, akkor László prépost vagy Parlagi György diós-győri várkapitány megkeresésére ezen várak és jószágok erőkatalommali elfoglalására min-

Digitized by Google

den népével és hadszereivel segitségül legyen. Kelt Esztergomban september 30-dikán 1469.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis et ceteris Civibus ac Communitati Civitatis nostre Cassoviensis Salutem et gratiam. Cum decedente Paulo filio Wayvode Wamosij ab hoc seculo sine heredibus, universa Castra et bona eiusdem ad nos et sacram Coronam dictj Regni nostri devolnta sint, Igitur ad eorundem occupationem fidelem nostrum Venerabilem Virum Ladislaum prepositum Budensem Secretarium nostrum misimus, Mandantes fidelitatj vestre strictissime quatenus, si Castellani rebelles extiterint in restitutione Castrorum, extunc vos, dum per eundem Ladislaum Prepositum vel Egregium Georgium de Parlag Capitaneum Castri Dyosgijewr requisiti fueritis, Juxta informationem eorundem, ad oppugnationem huiusmodi Castrorum et bonorum cum omnibus Ingenijs et gentibus vestris Ire et proficisci debeatis. Secus non facturj, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Strigonij Sabbato proximo post festum beatj Michaelis Archangelj. Anno Domini millesimo quadringentesimo Sexagesimo nono Regnj nostrj Anno duodecimo Coronationis vero sexto.

Kassa városa levéltárából.

Digitized by Google

DIII.

Mátyás király Jenei Péternek előbb a magyar korona, később az ő részére tett hű szolgálatai tekintetéből, neki és általa testvérének Lázárnak szabadalmat ad, hogy Külső-Szolnok megyében a Tiszán és Körösön innen fekvő falvaik, Jenő és Istvánháza körül, az említett folyókon réveket állithassanak és azokat minden más azon folyókon létező révek szabadalmaival egyezőleg örökösen birhassák. Kelt Budán november 16-dikán 1469.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, Quod nos consideratis fidelitate et servitijs fidelis nostri Nobilis Petri de Jenew per eum uti didicimus primum Sacrc dicti Regni nostri Hungarie Corone, tandemque Maiestati nostre sub locorum et temporum varietate exhibitis, Eidem et per eum Lazaro fratri suo carnali de mera nostre Regie potestatis plenitudine et gratia speciali annuendum duximus et concedendum, annuimusque et concedimus presentium per vigorem, ut ipsi circa possessiones ipsorum Jenew predictam ac Isthwanhaza vocatas in Comitatu Zolnok Exteriori secus fluvios Ticie et Keres sitas et adiacentes, in et super eisdem fluminibus vada seu transitus navalia instituere, hominesque cuiuscumque status existant, pariter cum omnibus rebus et bonis ipsorum hinc inde transvadere volentes transferri facere, fulcire, ac eadem ipsi et eorum heredes et posteritates universe sub illis libertatibus et prerogativis, proventibusque et emolumentis ac tributis, quibus cetera Vada in eisdem fluminibus existunt, tenentur et gubernantur, perpetuo tenere

Digitized by Google

possidere ac habere valeant atque possint, ex presenti nostra annuentia et concessione nostra speciali, absque tamen preiudicio Vadorum et Jurium aliorum. Quocirca vos universos et singulos homines, cuiuscunque conditionis existant, tam videlicet mercatores, quam alios quosvis vistores assecuramus, quatenus a modo deinceps per prefata Vada in dictis Villis super fluminibus pretactis instituta, semper temporibus successivis hincinde libere et absque impedimento et omni formidine transvadetis, procedatis et transeatis, sub nostra protectione et tutela speciali. Et hec volumus per fora et alia loca publica palam facere proclamari, presentes autem, quas secreto Sigillo nostro, quo ut Rex Hungarie utimur, impendenti communiri fecimus, post earum lecturam reddi mandamus presentanti. Datum Bude feria quinta post festum Beati Martini Episcopi et Confessoris, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono, Regnorum autem nostrorunf Anno Hungarie etc. duodecimo, Coronationis sexto, Bohemie vero primo.

Egy permellékletül szolgált másolatból.

DIV.

Mátyás király Szászváros előjáróinak és községének a legszorosabban megparancsolja, hogy — miután neki a catholica hitért folytatott háborujában szekerekre s emberekre szüksége van, mellyek iránt a többi városokhoz is bocsátott rendeleteket, — jelen levele vételével egy szekeret 4 jó lóval és rajta 5 emberrel, ...ik közől kettő kapával, kettő más árkász szerszámokkal, egy pedig fejszével legyen ellátva, úgy készitsen el,

Digitized by Google

hogy azt mindjárt közelebbi parancsa vételével oda küldhesse, hova egy negyed évi szolgálatra rendelendi. Kelt Budán november 23-dikán 1469.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis Judici Juratis ceterisque Civibus et Communitati opidi nostri Zaazwaros. Salutem et gratiam. Cum ad negotia Belli quod pro fide catbolica in diversis partibus gerimus, hominibus curribusque indigeamus, Mandavimus namque etiam ceteris civibus Civitatum nostrarum, ut et ipsi currus et homines huiusmodi disponant, Ideo vobis strictissime mandamus, quatenus receptis presentibus unum currum cum quatuor bonis equis et cum coopertorio rubro ac catenis ferreis loco cordarum rede, atque ad eundem currum quinque homines quorum duo ligones alij duo fossaria instrumenta, quintus vero securem habeant, disponere, et ita paratos tenere debeatis, ut quamprimum alie litere nostre ad vos pervenerint eundem currum cum equis et homines cum expensis sufficientibus paratos illuc quo iusserimus transmittere possitis servituros nobis per unum quartale Anni. Secus facere non presumatis presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo beati Clementis Pape Anno Domini Milesimo quadringentesimo Sexagesimo Nono Regni nostri Anno duodecimo Coronationis vero sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

DV.

Mátyás király Magyarország minden törvényhatóságának megparancsolja, hogy — miután az ország régi szokása és törvénye szerint minden birtokos nemesnek hatalmában áll jobbágyait és birtoktalan cselédeit minden ügyekben, kivévén a bűntényeket, elitélni, — Poki Ferencz királyi kamarásnak jobbágyait és birtoktalan cselédeit bárki folyamodására a bűntényi ügyek kivételével magok elébe idézni, letartóztatni s elitélni ne merészeljék, szorosan meghagyván egyszersmind azon megyék fő- s alispánjainak és szolgabiráinak, mellyekben e parancsa talán mellőztetnék, hogy az ellenszegülőket e parancs megtartására kényszeritőleg szoritsák. Kelt Győrött december 13-dikán 1469.

Mathias Dei Gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, ipsorumque Officialibus, Item Civitatibus, Oppidis, et Villis, earumque Rectoribus Judicibus, et Villicis, quibus presentes ostenduntur, Salutem et graciam, Cum antiqua et approbata lege et consvetudine Regni nostri requirente, Quivis Nobilis et homo possessionatus, suos Jobagiones et familiares impossessionatos in quibuslibet Possessionibus suis commorantes, in quibusvis Causis, demtis duntaxat furti, homicidij, latrocinij, incendij ac alijs Causis publicis Criminalibus ipsemet iudicandi liberam habeat facultatem, Igitur fidelitatibus vestris firmissime mandamus, quatenus a modo deinceps Jobagiones et Familiares impossessionatos, fidelis nostri Nobilis Francisci de Pok Camerarij nostri in quibusvis possessionibus suis commorantes in nullis Causis et earum articulis, demptis

Digitized by Google

solummodo premissis, ad cuiusvis Instantiam, in personis iudicare, vel vero astare Judicatui compellere, resque et Bona ipsorum quecunque in vestris possessionibus, honoribus et Officiolatibus seu vestri in medio arestare, sen prohiberi facero nusquam et nequaquam presummatis, signanter pro debitis, delictis, seu excessibus aliorum, Si qui enim quantumque actionis vel questionis contra annotatos Jobagiones et familiares impossessionatos dicti Francisci habent, vel habuerint, hi Id in presencia dicti Francisci, domini ipsorum, aut Officialium eiusdem Juridice prosequantur, ex parte quorum Idem Franciscus vel Officiales sui, omnibus contra eos querulantibus meri Juria et Justitie, ac debite satisfactionis complementum exhibebit, et impendet, prout dictabit ordo Juris. Ubi autem Jdem Franciscus de Pok aut Officiales sui in reddenda cuipiam iustitia tepidi fuerint, aut remissi, extunc non ijdem Jobagiones et familiares impossessionati sed annotatus Franciscus de Pok, aut dicti Officiales sui, In nostram aut alterius Judicis Ordinarij eorum presenciam per ipsos querulantes legitime evocentur, ex parte quorum per nos vel eosdem Judices Ordinarios, eisdem querulantibus meri Juris et Justitie ac debite satisfactionis complementum exhibebitur, et impendetur prout dictabit ordo Juris, Et si aliquis ex vobis secus in premissis facere attentaverit, extunc commisimus, et harum serie strictius committimus fidelibus nostris Comitibus, vel ViceComitibus et Judicibus Nobilium illorum Comitatuum, in quibus forsitan huiusmodi Mandata nostra non observarentur, ut ipsi scita prius superinde mera veritate, omnes tales non sine ipsorum damnis et gravaminibus in talibus fieri solitis, ad hoc ipsum effectualiter observandum arctius compellant et adstringant, auctoritate nostra presentibus ipsis in hac parte attributa, et Justitia mediante, Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Jaurini in festo Beate Lucie Virginis, Anno *domini Millesimo* quadringentesimo Sexagesimo nono, Regni nostri Anno duodecimo, Coronationis vero Sexto.

Czech János közléséből.

Digitized by Google

DVI.

Heimburg Gergely Mátyás királyhoz intézett levelében tudatja, hogy urától a cseh királytól minap, midőn Morvaországból visszatért, örömmel értette, miszerint az vele kezet fogva őszinte békét kötött. Azonban legujabban értesülvén, hogy Mátyás több csehországi és schlesieni nagyokat hódolatra szólitott fel, ezt Csehország sérelmének nyilvánitja, miután illy lépés minden joggal, a nemzetekéivel ugy, mint a természetivel és hadival, ellenkezik. Kérve inti azért a királyt, hogy adott hitét tartsa meg, és Csehországot s bekeblezett tartományait hagyja meg a békekötés alkalmávali állapotjokban. Kelet nélkül.

Serenissimo Principi et Regi gloriosissimo, Domino Mathie, divina disponente clementia, Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Ludomerie, Comanie, Bulgarie. Bosneque Regi meritissimo, Domino colendo et plurimum reverendo, Reverentiam, cultum et honorem. Inclytus Princeps et Dominus, Dominus Georgius divina dispositione Bohemie rex, Marchio Moravie, dux Slesie etc. Dominus noster colendissimus nuper ex Moravia rediens, retulit nobis, se cum Serenitate Vestra pacem pepigisse. Cuius dum nobis formulam edi peteremus, respondit, pacem ipsam palmarum percussione inter vos Dominos Reges ultro citroque depactam el firmatam esse, ideoque tanto securiorem esse censendam, quo penitus omni calumnia careret, que machinamentis et concinnatione verborum captari vel impugnari non posset. Nihil enim tam simplex et sincerum conscribi potest, quin dicendo possit depravari, que autem ex bona fide aguntur, nec literarum suffragio cartis demandantur, ab omni dolo sunt immunia, cum nihil sit, cui dolus applicari

Digitized by Google

possit, nulla enim fides sincerius cnstodiri solet, quam ea que simplici voce aut signo vel nutu datur, ut in preliis cottidie videmus, dum victi victoribus in deditionem accedunt. Nos sinceriter omnia pacta rati gavisi sumus, sperantes priscn secula rediisse, qualia ante literarum vel librorum inventionem, que Chaldeis animo levibus auctoribus ascribitur, nostra *in* tempora revertissent, tamque felici principio letati fiduciam assumsimus, inter vos Reges utrobique pacem perpetuam inviolabiliter esse mansuram. Novissime intelleximus Serenitatem Vestram principes, primates, satrapas et proceres regni Bohemio in ducatu Slesie variis castris et locis habitantes evocasse ad prestandam vobis obedientiam, sen ad aliam qualem recognitionem faciendam. Quod utique regno Bohemio, quod nedum Regis nostri velut capitis, sed omnium nostrum et complicum nostrorum velut membrorum esse dinoscitur, maximum pareret preiudicium, quod nobis connivere non licet, qui honorem regni naturali quodam instinctu zelamus, ut tenemur. Neque etiam natura, que fons iuris est, nec ratio, a qua leges gentium et nature derivantur, capere posse videntur, quod durante pace palmarum pactione firmata, unde pactionis nomen traductum esse perhibetur, uter ex vobis regibus alterutrius vasallos vel homines sibi accersire vel quomodolibet valeat usurpare. Est quedam vera lex recta ratio nature congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, cui nec propagari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, nec abrogari aliquid potest, nec aut per regem aut per populum solvi hac lege possumus, nec est querendus explanator aut interpres eius, nec erit alia lex Bude, alia Prage, alia nunc, alia posthac, sed et omnes gentes et omni tempore una lex et sempiterna et immutabilis continebit, unusque erit communis quasi magister et imperator omnium Deus. Ille legis huius inventor, disceptator, sator, cuius divinitas nec visceribus submoveri potest, quominus totum hominem penetrans perspiciat et noverit cordium ille scrutator, ille custos legis, Qui legem suam sequitur, habet Deum testem, ut arbitramur, mentem conscientiamque rectam, qua nihil homini dedit Deus ipse divinius. Est enim ius bellicum, fides etiam cum hoste servanda. Quod enim ita dictum est, ut mens con-

Digitized by Google

eiperet fieri oportere, id profecto servandum est, sicut verbam concipitur in ore nostro, id reipsa non facere fedifragium est. Est enim fides dictorum conventorumque constantia et veritas, quam preclare pater Ennius laudibus effert, O fides alma, acta pinnis, quam in capitolio vicinam Jovis O. M. ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse voluerunt. Que si tantum laudis in gentilitate promeruit, o quantum venerationis, apud Christieolas habere debet, que quum sit generaliter cuiuslibet rei cum assertione perceptio, domino dicente, sit sermo vester: est est, non non, tamen per excellentiam, quam dicimns antonomasiam nsus contraxit, ut scilicet fides dicatur, qua mens rationalis vere et cum assertione percepit verum Dei cultum, et que premia cultorum virtutis sperat. Vestram itaque Serenitatem attente rogantes hortamur, quatenus fidem prestitam sinceriter custodire et firmiter observare velitis, nec de Regno Bohemie et principatibus sibi incorporatia quidquam nsurpare, aed in eo statu, quo tempore pacis inite steterunt, persistere sinatis absque ulla novitate sen alteritate per vos in regno Bohemie facienda. Nam aliter agendo fides ipsa servata esse nullo pacto censeri potest. Hec omnia sincero corde Vestre Sereaitati renunciamus, nam si Vestra Serenitas adversus piissimnm regem nostrum de vacillatione, titubatione vel mutatione fidei sue quoquomodo causari haberet, et id nobis insinuaret, parati essemns occurrere et cavere, no fides Sue Maiestatis nsquam vacillaret. Super quibus omnibus benignum postulamus a Vestra Screnitate responsum. Datum — — — — — — —

Palacky közléséből.

Digitized by Google

DVII.

Mátyás király a hét és két szász széket, részint némelly kíveinek kérésére, részint különös kegyelméből, mind azon hadi szereknek kiállitásától, mellyeket a cseh háborúbani egy negyed évi szolgálatra rájok, valamint más városokra vetett volt, felmenti. Kelt Budán január 29-dikén 1470.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias dei gratia Rex Hnngarie Bohemio etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit nniversis. Quod nos tum ad nonnullornm fidelinm nostrorum humillime supplicationis instantiam per eos pro parte fidelium nostrorum universorum Saxonum nostrorum septem et duarum Sodium Saxonicalinm partium Transsylvanarum Regui nostri nostre propterea porrecte Maiestati. Tum vero ex gratia speciali omnes illos currus cum coopertorijs rubris ac equis et cathenis loco cordarum rede, atque ad singulum currum singnlos quinque *homines*, quorum duo ligones alij duo fossaria *instrumenta*, quintus vero secnrem babeant per unum quartale anni cum expensis sufficientibus ad servitia nostra servituros, quos sicuti ad alias Civitates et oppida nostra, sic et in medium predictorum Saxonum ad negotia Belli, que pro fide Catholica in diversis partibus gerimus imposueramus relaxavimus, immo relaxamus presentium literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum Bude feria secunda proxima ante festum purificationis

Digitized by Google

beate Marie Virginis. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo regnorum nostrornm Anno Hungarie duodecimo Coronationis sexto, Bohemie vero primo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

DVIII.

Mátyás király az erdélyi hét szász széknek megparancsolja hogy, miután, mint értesült, annak következtében, mikép az oláhok a székekből a gabonafélét Havasalföldre kihordják, nálok olly szükség támadott, miszerint már némelly székekben a lakosok árpából, kölesből és zabból kénytelenek kenyeret készíteni, — kebelökben levele vételével rögtön hirdettessék ki, hogy senki gabonát az említett oláhoknak ne adjon el, és az ez ellen tevőket e parancs megtartására minden terheltetéssel szoritsák. Kelt Bruckban február 8-dikán 1470.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Magistro Ciuium, Judicibus et Juratis Consulibus Septem Sedium Saxonicalium partium Transsilvanarum Regni nostri, Salutem et gratiam, Intelleximus quomodo in dictis septem sedibus saxonicalibns, ex eo quod Volahi ad partes Transalpinas triticum, Milium et Avenam ac alias fruges educerent, adeo magna caristia esset, vt iam in

Digitized by Google

quibusdam sedibus de Avena Milio et ordeo panes necessario conficerent, quod vobis et Saxonibus ipsarum sedium maximam causaret turbationem, Volentes igitur huic rei de remedio opportnno providere, fidelitatj vestre firmiter mandamus, quatenus, receptis prosentibus ubique in dictis septem sedibus saxonicalibus proclamari facere debeatis, vt nemo triticum Milium avenam et alias fruges de Transsilvania annotatis Volahis vendere debeat, Contrafacientes vero per eorum gravamina ad jd faciendum compellatis, Auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa et Justitia mediante. Secus non factnrj, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Ciuitate Pruck feria quinta proxima post festum beate Dorothee virginis et martyris, Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo, Regni nostri Anno duodecimo, Coronationis vero sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

DIX.

Mátyás király Besztercze városának panasza következtében, — miszerint a kebelökbeli királyi adószedők azokat is, kik az említett városban és tartozandóságaiban lerombolt házaikat ujra épitik, jóllehet ezek egy előbbi királyi parancs szerint nyolcz évig minden díjfizetéstől mentesittettek, fizetésre szoriljak,—az említett adószedőknek megparancsolja, hogy ezektől az említett idő alatt díjt szedni, őket annak nem fizetéseért személyeikben vagy javaikban háborgatni és kárositni többé ne merjék. Kelt Bécsben február 21-dikén 1470.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Dicatoribus et Exactoribus Censuum seu Taxarum in medio Civium hospitum et Communitatis Civitatis nostre Bistriciensis ac pertinentiarum einsdem nnnc constitutis et in futurum constituendis Salutem et gratiam. Ex qnerelis fidelium nostrorum dictorum civium hospitum et communitatis dicte civitatis nostre Bistriciensis ac eius pertinentijs commorantinm intelleximus. Quod licet nos mediantibus alijs litteris nostris, illis hominibus qui in ipsa Civitate nostra ac pertinentijs eiusdem, desertas domos edificarent, infra octo annorum spatia, libertates ab omni solutione Taxarum concesserimus, Tamen nunc vos non curatis libertatibus eorum prefatorum, ipsos ad solutionem huiusmodi taxarum arctaretis et compelleretis, in eorum libertatis preiudicium et damnum. Vnde supplicarunt per nos ipsis superinde opportune provideri, Et quia nos volumus ut huiusmodi libertates per nos ipsis facte, inviolabiliter observentur, ideo Fidelitati vestre mandamus, quatenus visis presentibus dictos homines sive Jobagiones, qui ut prefertur desertas domus in dicta civitate nostra Bistriciensi et eius pertinentijs edificassent, infra prefixum tempus ad solutionem dicte Taxe arctare et compeliere, aut ipsos ratione non solutionis earum in personis, rebus et bonis eorum quibusvis, contra premissam nostram annuentiam impedire, turbare et dampnificare nequaquam presumatis, neque sitis ausi modo aliquali. Presentibus perlectis exhibentibus restitutis, Datum Vienne in profesto catbedre Beati Petri Apostoli Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo Regni nostri Anno Duodecimo Coronationis vero sexto.

Beszterczebánya városa levéltárából.

Digitized by Google

DX.

Mátyás király Besztercze városa panaszos kérelme következtében az erdélyi vajdáknak és alvajdáknak megparancsolja, hogy az említett város szabadalmainak ellenére, annak kebelében általok tartott és ott sok kárt s elnyomást okozott ispánjaikat és más tisztjeiket távolitsák el és jövőre illy tiszteket ott ne tartsanak. Kelt Bécsben február 21-dikén 1470.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibua nostris Magnificis Waywodis vel Vicewaywodis partium nostrarum Transylvanarum Salutem et gratiam. Exponunt nobis fideles nostri Circumspecti, Judex et Jurati Cives Ciaitatis nostre Bistriciensis, in ipsorum ac totius Communitatis dicte Civitatis nostre, nec non pertinentiarum eiusdem personis ad modum querele.Quomodo vos hactenus,Comites seu officiales vestros, contra libertates eorum in medium ipsorum futuris semper e mporibus constituissetis, qui ipsis diversas Iniurias damna et oppressiones usque ad bec tempora intnlissent, in preindicinm libertatis eorum et damnum non modicum. Supplicantes per nos ipsis superinde opportune provideri, Vnde nos volentes ipsos Cives ac populos et Jobagyones nostros ipsorum libertatibus gaudere, fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus receptis presentibus prefatos Comites sen Officiales vestros de cetero contra premissas eorum libertates in medio eorum constituere et tenere non debeatis. Sed eosdem de medio eorum removeatis. Secus non facturi. Et hoc idem iniun-

Digitized by Google

gimus futuris Waywodis vel Wycewaywodis, earundem partium Transylvanarum firmiter observari, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne in profesto Cathedre beati Petri Apostoli. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo. Regni nostri Anno duodecimo, Coronationis vero Sexto.

Beszterczebánya városa levéltárából.

DXI.

Mátyás király Korpona városa gyarapodása tekintetéből, mind azon polgárokat és jobbágyokat, kik Korponára költöznek és ott új házakat épitenek, e levél keltétől számitandó 10 egész esztendőre a kamaranyereség és minden más díj fizetésétől felmenti s e rendeletének megtartását az illető adószedőknek kötelességül teszi. Kelt Budán april 14-dikén 1470.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nos volentes Oppidum nostrum Corpona vocatum, Cinium et Jobbagionum multitudine decorare, vniuersis et singulis Ciuibus et Jobbagionibus, qui ad dictum oppidum Corpona moraturi venirent, et in ipso Oppido noua domorum edificia facerent, decem annorum integrorum, a solucione lucri Camere, ac aliarum qualiumcunque taxarum libertates, a dato pre-

Digitized by Google

sencium computando dandas duximus et concedendas, Ymmo damus et concedimus, harum nostrarum vigore et testimonio mediante literarum. Et hec volumus per fora et alia loca publica palam facere proclamari. Quocirca vobis fidelibus nostris Dicatoribus et Exactoribus lucri Camere, ac aliarum quarumcunque taxarum, firmiter mandamus, quatenus prefatos Cines et Jobbagiones, qui vt prefertur, ad dictum Oppidum moraturi venerint, et noua domorum edificia fecerint, contra formam presencium literarum nostrarum, nullo modo impedire presumatis, nec sitis ausi modo aliquali, Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria proxima ante Dominicam Ramispalmarum Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo, Regni nostri anno tredecimo, Coronationis vero sexto.

Korpona városa levéltárából.

DXII.

Mátyás király az erdélyi hét és két szász széknek komolyan megparancsolja, hogy az általa teljes utasitással Erdélybe küldött Dengelegi Pongrácz János vajdájok megkeresésére oda hova az rendelendi összegyüljenek, és mit tenniök parancsol, megtegyék. Kelt Budán april 16-dikán 1470.

Commissio domini Regis.

Mathias dei gratia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Vniuersis et singulis Septem et duarum Sedium Saxoni-

Digitized by Google

calium Saxonibus partium Transsiluanarum Salutem et gratiam. Misimus fidelem nostrum Magnificum Johannem Pangraz de Dengeleg Waywodam vestrum in illas partes Transsiluanas in rebus nostris cum plena informatione. Quamobrem fidelitati vestre strictissime mandamus, quatenus statim visis presentibus, dum per eum requisiti fueritis illuc quo iusserit convenire et que facienda dixerit, facere debeatis. Secus non facturi. Datum Bude feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Regni nostri Anno tredecimo Coronationis vero sexto.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

DXIII.

Mátyás király tudósitván Kassa városát, miszerint a cseh eretnekek ellen személyesen folytatott háború bevégezhetésére Csupor Miklós erdélyi vajdának meghagyta, hogy utána számos hadi népet küldjön, mire bizonyos pénzösszeg kivántatik, melly a város segélye nélkül ki nem állitható, — meghagyja neki, hogy e levele vétele után legfeljebb 15 nap alatt küldjön 2000 arany forintot az emlitett vajdának, és ez ügyben hozzá ne folyamodjék, mert ez siker nélkül lenne. Tudatja továbbá vele hogy, ha hanyagsága miatt a sereg elkésnék, ezt neki fogja vétkül beszámitani, s hogy e kedveskedésért közelebb járandó királyi bérét elengedni és szerencsés visszatértével mind ezért, mind más jó szolgálataiért vele királyi kegyét éreztetni kész leend; ellenkező esetben pedig az emlitett vajdát felhatal-

Digitized by Google

masta, hogy a várost minden terhelteléssel szorithassa. Kelt Magyar-Bródon május 2-dikán 1470.

Mathias dei gracia Rex *Hungarie Bohemie* etc. *Fidelibus* nostris Prudentibus et Circumspectis Judici Juratisque et communitatj Ciuitatis nostre Cassouiensis, Salutem et graciam Quantos labores, et impensas, contra Bohemos hereticos non parcendo proprie persone nostre, hactenus habuerimus, nedum vobis verumeciam alijs fere nacionibus, eque notum esse credimus. Nunc autem ceptum opus ad finem prosequi intendentes, personaliter aduersum hereticos, predictos, cum omnibus copijs et gentibus nostris campum tenemus. Pro cuius rei expedicione cum adhuc ampliorj facultate egeamus, Mandauimus fideli nostro Magnifico Nicolao Chwpwr Waywode Transsilvano, Vt ipse post maiestatem nostram quam plures gentes transmittat, quod nequaquam absque certa summa pecunie, et speciali vestro adiutorio hacuice fieri potest. Quamobrem fidelitatj vestre firmiter mandamus, quatenus receptis presentibus, infra quintumdecimum diem diei exhibicionis presencium duo milia florenorum aurj, prefato Nicolao Chwpwr, waywode, celeriter mittere debeatis Vt ipse dictas gentes post nos tempestiue mittere possit, Et pro hac re ad nos non mittatis quoniam eos vacuos remittemus. Scitote insuper, quod si ex negligencia vestra, quod absit, huiusmodj gencium transmissio, retardabitur, vobis non sine periculo, et dampno vestro, imputabimus. Taxam vero ordinariam, e medio vestri in proximo prouenire debentem vobis pro hac complacencia relaxabimus. Dum autem, altissimo concedente, reuertemur, tam de hys quam preteritis complacencijs vobis fauorem nostrum regium ostendemus Alioquin commisimus et presentibus striccius committimus Annotato Nicolao Chwpwr Vaywode vt ipse vos ad premissa facienda per omnia grauamina vestra astringat, *Authoritate* nostra sibi per nos commissa mediante. Presentes autem, quas reddi iubemus presentantj, absente secreto sigillo nostro, Anulari sigillo consignari fecimus. Datum in Broda hungaricali feria quarta proxima ante festum Inuencionis sancte crucis

Digitized by Google

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo Regni nostri Anno tredecimo Coronacionis vero septimo.

Mathijas Rex etc.
propria manu

Kassa város levéltárából. *)

DXIV.

Mátyás király Körmöcz-, Beszterczebánya-, Selmecz-, Ujbánya-, Baka-, Libeth- és Fejérbánya (ma tót neve Biela után Béla-Bánya) királyi bányavárosok és tartozandóságaik bíráinak, esküttjeiknek és községeiknek kérelmére, az említett bányavárosokat bizonyos kelyes okoknál fogva a királyi kincstári adótól és minden más adózások és díjak fizetésétől örökre felmenti, és e parancsának megtartását minden királyi adószedőnek szorosan kötelességül teszi. Kelt Budán május 3-dikán 1470.

Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie, Bohemio etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quoniam Civitates eo magis fovende sint, quo in eis decor et simul utilitas Regni posita videatur. Expedit igitur illis, quorum ex officio Regiminis interest, earum habero curam, ut dum turbationes aberunt ab earum incolis, non so-

*) Ezen levelet a király aláírása tekintetéből hasonmásban is adjuk.

Digitized by Google

Mathias dei gratia Rex Hungarie Bohemiae fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici Juratisque et communitati Civitatis
nostre Cassoviensis Salutem et gratiam Quantos labores et impensas contra Bohemos hereticos non parcendo proprie personae
nostrae hactenus habuerimus nedum vobis verumetiam aliis fere nationibus eque notum esse credimus Nunc autem reptum
opus ad finem prosequi intendentes personaliter adversum hereticos predictos cum omnibus copiis et gentibus nostris
campum tenemus pro tuus rei expeditione cum adhuc amplioris facultate egeamus Mandavimus fideli nostro
Magnifico Nicolao Chiopior Waywode Transsilvano ut ipse post maiestatem nostram quamplures gentes transmittat
quod nequaquam absque certa summa pecunie et spenali vestro adiutorio hac vice fieri spotest Quamobrem fidelitati
vestre firmiter mandamus quatenus receptis presentibus infra quintumdecimum diem diei exhibitionis presentium duo
milia flor. auri Prefato Nicolao Chiopior Waywode celeriter mittere debeatis ut ipse dictas gentes post
nos tempestate mittere possit Et pro hac re ad nos non mittatis quoniam eos vacuos remittemus
Scitote insuper quod si ex negligentia vestra quod absit hinc modi gratiam transmissio retardabitur vobis
non sine periculo et dampno vestro imputabimus Taxam vero ordinariam e medio vestri in
proximo provenire debentem vobis pro hac complacentia relaxabimus Dum autem altissimo gredente
revertemur tam de hiis quam preteritis complacentiis vobis favorem nostrum regium ostendemus Alioquin
commisimus et presentibus strictius quantumvis annotato Nicolao Chiopior Waywode ut ipse vos ad
premissa facienda per omnia gravamina vestra astringat Auctoritate nostra sibi per nos
concessa mediante presentes autem quas reddi iubemus presentanti absente secreto sigillo nostro Antelari
sigillo consignari fecimus Datum in Broda Hungaricali feria quarta proxima ante festum Inventionis
sancte crucis Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo Regni nostri Anno tridecimo Coronationis
vero septimo

Mathias Rex
propria manu

Digitized by Google

lum in gloriam propriam, sed et utilitatem Regni et Incolarum eius commodum opibus crescere contendant. Ita nos accepta supplicatione fidelium nostrorum Prundentum et Circnmspectornm Judicum. Juratorum Civium et Commnnitatis Montanarum Civitatum nostrarum Cremniczіensis, Bistriczіensis, Schemniczіensis, Ujbanya, Bakabanya, Libetha et Feirbanya ac pertinentiarum earundem, nostre propterea porrecta Maiestati, eosdem Judices, Juratos, et Communitatem prenotatarum Civitatum nostrarum et pertinentiarum earundem, matura deliberatione prehabita, certis et rationabilibus de causis a solutione Tributi Fisci Regalis, ac Contributionum sive taxarum quarumcunque in medium Regnicolarum nostrorum per eosdem pro tempore solvere debendarum, in perpetuum duximus eximendos et supportandos, imo eximimus et supportamus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Dicatoribus et Exactoribus Tributi nostri Fisci Regalis, ac Contributionum sive Taxarum quarumcunque ut prefertur in medium Regnicolarum nostrorum provenire debendarum, presentibus et futuris presentium notitiam habituris, barum serie firmiter mandamus, quatenus a modo antea annotatos Judices, Juratos Cives et Communitatem prenotatarum Civitatum nostrarum ac pertinentiarum earundem contra formam presentium literarum nostrarum nullo modo impedire debeatis, nec secus facere presumatis. Presentes vero, quas secreto sigillo nostro, quo ut Rex Hungariae utimur in pendenti communiri fecimus, post earum lecturam semper reddi iubemus presentanti. Datum Bude in festo Inventionis Sancte Crucis Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo, Regnorum nostrorum Anno, Hungarie tredecimo, Coronationis septimo, Bohemie vero secundo.

A Turócz vármegye és Körmöcz városa között Felső- és Alsó-Turcsek helységek iránt fenforgó törvényhatósági villongást tárgyazó irományok közől.

Digitized by Google

DXV.

Majthényi Tamás, a szent-jogi sz. István király monostorának igazgatója, s ugyane monostor conventje bizonyságot tesznek arról, hogy Bilkei Ivaskó János előttök személyesen megjelenvén, Bereg megyei Bilke, Dobroka, Miszticze és Lukova helységeibeni részjószágait nejének, néhai Mátyfalvai Zodrdi Pál özvegyének, Katalinnak 200 magyar arany forintért, mellyek annak az emlitett jószágrészekből menyasszonyi ajándék és hozomány gyanánt járandók voltak, adta, adományozta s akként irta át, hogy azokból az ő halála után özvegyét csak az emlitett összeg lefizetésével lehessen kivetni. Kelt július 18-dikán 1470.

Nos Thomas de Maijthen Administrator et Conuentus Monasterij Sancti Regis Stephani de Zenthjog Memorie commendamus per presentes Quod Johannes Iwasko de Bijlke coram nobis personaliter constitutus est confessus sponte In hunc modum Quomodo ipse Totales porciones suas possessionarias in possessionibus Bijlke predicta ac dobroka Mysthczow et Lwkwa vocatis omnino in Comitatu de Bereg existentibus habitas simulcum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Terris vtputa Arabilibus Cultis et Incultis Silvis Nemoribus, Pratis fenilibus Aquis fluuijs Molendinis et alijs cunctis ipsarum vtilitatum Integritatibus Ad easdem de Jure spectantibus et pertinere debentibus Nobili domine Katherine Alias Relicte condam pauli Zowardffij de Maaghfalwa nunc vero consorti sue pro ducentis florenis Anri puri Hungaricalibns dote scilicet et Rebus paraffernalibus eiusdem domine sibi de Bonis et Juribns possessionarijs predicti Jobannia Iwasko

Digitized by Google

Juxta Regni consuetudinem pertinere debentibus dedisset donasset et asscripsisset nostrique dedit donauit et Asscripsit in presencia perpetuo Jure tenendas et possidendas *Talimodo* Quod si qui qualiscunque condicionis homines preter mortem et decessum ipsins Johannis Iwasko ipsam dominam consortem suam de predictis porcionibus possessionarijs eicere et excludere niterentur Extunc hij non aliter nisi prius persolutis predictis dncentis florenis Auri puri eidem domine Katherine dote scilicet et Rebus paraffernalibus eiusdem ipsam de eisdem eicere et excludere valeant atque possint harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quarta proxima ante festum beate Margarethe Virginis et Martyris Anno domini Millesimo qnadringentesimo septuagesimo.

Az emlitett convent 1479-diki átiratából.

DXVI.

Mátyás király előre bocsátja, hogy Dolhai Ambrús ügyvédje Szirmai Mátyás a sz. Mihály napi törvényszakon személyes törvényszéke előtt megjelenvén, elémutatta a leleszi conventnek 1470-diki martius 17-dikén kelt levelét, — mellyben bizonyságot tesz arról, hogy a királynak Dolkai Ambrús részére kelt itéletlevele és végrehajtási parancsa értelmében hites bizonyságát Gyapolyi György királyi emberrel Mojzsinra Alsó-Visói Miklós, másik Alsó-Visói Pap Miklós, Felső-Visói Simon és Szelestyei Juga Isaakó elleni végrehajtás megtételére kiküldötte, kihez azonban az emlitettek és Alsó-Visói Bilkei Pap fia András, Felső-Visói Juga s Alsó-Visói Mandrakosztha

Digitized by Google

fegyveres néppel megrohanva gátoltak és visszavertek, — és ennek következtében kérte, hogy miután az említett erőszakos visszaverők e tettök okadására a mondott sz. Mihály napi törvényszakon a király személye elébe idéztetve meg nem jelentek, a törvényes ítéletlevél ellenökben adattassék ki; minek következtében a vele törvényszéket ülő zászlósokkal, ítélőmesterekkel, nemesekkel és hites ülnökökkel együtt az említett erőszakos visszaverőket egy-egy márka aranyban 72 forintjával számítva, két harmadában a bíróság, egy harmadában a peres fél részére elmarasztalta, e mellett pedig az előbbi ítéletet végrehajtatni rendelte. Meghagyja azért a váradi káptalannak, hogy ezen ujabb ítéletét minden pontjában hajtsa végre s arról a jövő vizkereszti törvényszakra neki jelentést tegyen. Kelt Budán november 9-dikén 1470.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bobemie etc. Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Waradiensis Salutem et graciam. Noueritis Quod Mathias de Zijrma pro Ambrosio de dolha cum procuratorijs literis Conuentus ecclesie de lelez, Juxta continencias literarum nostrarum prorogatoriarum ac dicti Conuentus ecclesie de lelez Relatoriarum modum et formam — — — — — — — quarundam literarum nostrarum AdJudicatoriarum Sentencionalium in se exprimencium, in octauis festi beati Michaelis Archangeli, In figura Judicij nostre personalis presencie comparens Contra Nicolaum de Alsowijso, ac alterum Nicolaum pap de eadem Simonem de felsewijso Iwaskonem Jwga de Zelesthije Andream filium pap Bylkeij de Alsowijso, Glijga de felsewyso et Mandragoztha de dicta Alsowijso, easdem literas dicti Conuentus ecclesie de lelez, super execucione dictarum literarum nostrarum AdJudicatoriarum Sentencionalium, Relatorias, patenter emanatas eidem nostre personali presencie presentauit, babentes hunc tenorem. Serenissimo principi, domino Mathie dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regi domino eorum naturali et generoso. Blasius prepositus et Conuentus ecclesie Sancte Crucis de lelez Oraciones in domino debitas,

Digitized by Google

ac denotas perpetua cum fidelitate Vestra nouerit Serenitas Quod cum Nos summo cum honore receptis literis AdJudicatorijs Sentencionalibus, modum et formam *quarundam* possessionarie, Restatucionis, Reambulacionis Estimacionis occupacionis et Statucionis rerumque et bonorum ablacionis in se denotantibus, pro parte Egregij Ambrosij de Dolba Contra *Nico*laum de Alsowijso alterum Nicolaum pap, de eadem Simonem de Felsewijso et Iwaskonem de Jwga, emanatis et confectis, nobisque preceptorie loquentibus et directis Juxta quarum continencias vnacum Georgio de Gijapol, homine ipsius vestre maiestatis de Curiaque vestra Regia ad Id specialiter transmisso, In dictisque literis vestris Sentencionalibus inter alios homines vestros Regios nominatim conscripto, vnum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbiterum ecclesie nostre antedicte, Superiorem, Ad ea, que, in dictis literis vestris Sentencionalibus continentur peragenda, nostro pro testimonio duximus destinandum, Qui tandem exinde ad nos reuersi, nobis voce consona retulerunt Quod ipsi feria tercia proxima ante festum beati Gregorij pape proxime preteritum, Ad facies possessionis Maijsa, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legittime conuocatis, et presentibus accedendo eandem simulcum cunctis eiusdem vtilitatibus Jure sibi incumbenti perpetuo possidendam, Statuere et committere, et tandem, vniuersa alia Jura possessionaria, simulcum rebus et bonis eorundem conuictorum, In duabus videlicet vestris Judiciarijs, in tercia vero partibus antefati Ambrosij Actoris partis scilicet aduerse manibus, occupare auferre et statuere voluissent, Tunc prenominati Nicolaus de Alsowijso, alter Nicolaus pap, de eadem, Sijmon de Felsewijso, Iwasko Jwga, de Zelesthije, Andreas filius pap, Bylkeij de Alsowijso, Glijga de Felsewijso, Mandrakoztha in dicta Alsowijso, cum multitudine gencium armatorum in ipsos irruentes, eosdem a talismodi Statucione et occupacione tam dictarum rerum et bonorum quam possessionum et Jurium possessionariorum ipsorum conuictorum, potencialiter repulissent, dictamque Sentenciam, vestre maiestatis, contra dictos in causam attractos emanatam debite execucioni demandari et exequi non permisissent. Quarum

Digitized by Google

series ad octauas festi beati Georgij martiris nune venturi legittime perdurandas eidem vestre personali presencie, duximus rescribendas. Datum duodecimo die diei Repulsionis predicte, Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo. Quibus presentatis, prefati Nicolaus de Alsowijso alter Nicolaus pap de eadem, Symon de Felsewijso Iwasko Jwga de Zelesthije Andreas filius pap Bylkeij de Alsowijso, Giijga de Felsewyso et Mandragoztha de dicta Alsowijso, per antefatum procuratorem dicti Actoris in persona eiusdem congruis diebus dictarum octauarum festi beati Michaelis Arcbangeli, premissa prorogacione sequenti, coram ipsa nostra personali presencia expectati, in eandem nostram personalem presenciam, ad reddendam racionem premisse potenciarie repulsionis, non venerunt neque miserunt Sed se mediantibus alijs literis nostris Judicialibus exinde confectis oneribus Judiciorum conuinci et aggrauari permittendo Supplicans antefatus procurator dicti Actoris in persona eiusdem eidem per nos in premissis discussionem et deliberacionem elargiri, verumquia prout ex serie dictarum literarum annotati Conuentus ecclesie de lelez, Rescripcionalium continetur, annotati Nicolaus de Alsowijso alter Nicolaus pap de eadem, Simon de felsewyso Iwasko Jwga de Zelesthije Andreas filius pap Bylkeij de Alsowijso, Glyga de Felsewijso et Mandrakoztba de dicta Alsowijso, prescriptas possessionariam Restatucionem Reambulacionem Estimacionem occupacionem et statucionem, ac rerum et bonorum ablacionem faciendas, Juxta nostram iudiciariam commissionem antedictam, predicto nostro Regio et dicti Conuentus de lelez hominibus exequi ac debite execucioni demandari minime permisisse, reperiebantur, Et ob hoc ydem Nicolaus de Alsowyso alter Nicolaus pap de eadem Symon de felsewyso Iwasko Jwga de Zelesthije Andreas filius pap, Bylkeij de Alsowijso, Glijga de Felsewyso et Mandrakoztha de dicta Alsowijso propter huiusmodi violentam repulsionem dictorum nostri et dicti Couentus de lelez hominum, atque perturbacionem execucionis dicte nostre Sentencie, in singulis Marcis auri puri grauis ponderis quamlibet marcam Septuaginta duobus florenis auri conputando, Judici et parti aduerse persoluendis, conuinci et aggrauari,

Digitized by Google

prescripta quoque execucio predictarum possessionarie Restatucionis Reambulacionis Estimacionis occupacionis Statucionis ac rerum et bonorum ablacionis, Juxta prescriptam primariam nostram Judiciariam commissionem, viceiterato exequi perficique et effectui mancipari debere, nostre maiestati ac Baronibus et Magistris nostris prothonotarijs, Regnique nostri Nobilibus ac Juratis nostris assessoribus nobiscum pro tribunali sedentibus, agnoscebatur, Pro eo eosdem Nicolaum de Alsowijso alterum Nicolaum pap de eadem, Simonem de Felsewyso Iwaskonem Jwga de Zelesthije Andream filium pap Bylkeii de Alsowijso Glijga de felsewijso, et Mandrakoztha de dicta Alsowijso in prescriptis singulis Marcis auri grauis ponderis, quamlibet marcam Septuaginta duobus florenis auri computando conuictos et aggrauatos extitisse, Nichilominus quoque prescriptas possessionarias Restatucionem, Reambulacionem estimacionem, occupacionem et statucionem, ac rerum et bonorum ablacionem iuxta antelatam nostram Judiciariam commissionem inter predictas partes effectui mancipandam fore decernentes et committentes fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem protestimonio fidedignum, quo presente Magister Nicolaus de Thorda vel Barnabas aut Malhias de Bohth necnon Paulus de Somos Alijs absentibus homo noster de Curia nostra Regia per nos ad id specialiter transmissus primo et principaliter omnia ea et singula que in dictis literis nostris Sentencionalibus continentur, Juxta earundem continencias inter partes prenotatas exequi efficique et peragrari debeat et teneatur Tandemque ad facies Jurium possessionariorum Annotatorum Nicolai de Alsowijso, alterius Nicolai Pap de eadem Simonis de felsewijso Iwaskonis Jwga de Zelesthije Andree filij pap Bylkeij de Alsowyso Glijga de Felsewijso et Mandrakostha de dicta Alsowijso, vbilibet habitorum, vicinis et commetaneis eorundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, habita prius eorundem Jurium possessionariorum legittima reambulacione et condigna estimacione, Exclusis eciam prius porcionibus aliorum quorumlibet de eisdem, et primo de rebus et bonis, ac tandem si necesse fuerit, de Juribus possessionarijs eorundem

Digitized by Google

conuictorum tot et tantum quot videlicet et quantum se ad valorem prescriptarum singularum marcarum auri extendere videbuntur, separatiue excidendo, occupet occupatasqne in duabns Judiciarijs in tercia vero partibus annotati Ambrosij de Dolha Actoris partis scilicet aduerse manibus, tamdiu per nos et eandem partem aduersam, donec eadem a nobis et ipsa parte aduersa, per bos quorum redempcio in eadem magis competit in condigna eorum estimacione redimantur, titulo pignoris statuat et committat possidenda, contradiccione prefatorum conuictorum et aliorum quorumlibet preuia racione non obstante. Et post hec huiusmodi iterate possessionarie Restatucionis Reambulacionis Estimacionis occupacionis, Statucionis ac rerum et bonorum ablacionis necnon Marcarum Auri solucionis seriem ut fuerit expediens Ad octauas festi Epiphaniarum dominj nunc venturi legittime perdurandas dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Quinquagesimo secundo die octauarum festi beati Michaelis Archangeli predictarum, Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo.

Kivülről: Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Varadiensis Pro Egregio Ambrosio de dolha, Contra Nicolaum de Alsowyso alterum Nicolaum pap de eadem Simonem de felsewijso, Iwaskonem Jwga de Zelesthye, Andream filium pap Bylkeij de Alsowyso Glijga de felsewyso, et Mandrakoztha de dicta Alsowyso Super quadam viceiterata possessionaria Restatucione Reambulaciono Estimacione Occupacione et Statucione ac rerum et bonorum ablacione, et Marcarum Aurj Solucione Quarnm series Ad octauas festi Epiphaniarum domini legittime perdurandas, est reportanda

Ad Judicem

Proclamata in Sede et Extradata per Thorda.

Thorda.

Az eredetiből.

Digitized by Google

DXVII.

Mátyás király Blagai János, István, Miklós és Mihály grófoknak és anyjoknak Katalinnak kérelmére, — kik a törököktől féltökben a káptalanokhoz és conventekhez ügyvédvalló levelekért menni gyakran nem mervén s e miatt ügyeik hátramaradásától tartván, orvoslás végett hozzá folyamodtak, — megengedi, hogy saját pecsétök alatt mind magok mind örököseik az ország minden egyházi és világi bírósága előtt és minden kereső vagy szenvedő ügyeikben érvényes ügyvédvalló levelet adhassanak ki. Kelt Budán december 16-dikán 1470.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis. Quod in personis fidelium nostrorum Magnificorum Johannis, Stephani, Nicolai, et Michaelis Comitum de Blagaij, necnon Domine Catherine Matris eorundem nostre Maiestati declaratum extitit in hunc modum. Quomodo ipsi ad Capitula aut Connentus seu alia loca, pro conficiendis literis procuratorijs propter metnm et formidinem Turcarum sepius adire non auderent, et timerent, ne sine literis procuratorijs aliquando cause eorum turbarentur, Vnde supplicatum fuit nobis in personis eorundem exponentium, ut eis circa premissa remedium adhibere dignaremur opportunum, Qua de re nos de plenitudine nostre Regie potestatis, et gratia *speciali eisdem* Johanni, Stephano, Nicolao et Michaeli de Blagaij, necnon Domine Catherine Matri eorum, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis sic duximus annuendum, et concedendum, ut ipsi sub Sigillis ipsorum, quibus uti dinoscuntur, veros et legitimos procuratores constituendi, et ordinandi, ipsique pro-

Digitized by Google

prio ipsarum vigore huiusmodi literarum procuratoriarum coram quouis Judice et Justitiario Regni nostri Ecclesiastico videlicet et seculari, per quos etiam id pro rato teneri volumus, in omnibus Causis ipsorum, et earundem articulis tam per ipsos contra alios, quam per alios quospiam contra ipsos motis vel movendis agendi et respondendi habeant potestatis facultatem, Imo annuimus et concedimus harum nostrarum, quibus Secretum Sigillum nostrum, quo ut Rex Hungarie utimur est appensum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude die Dominico proximo ante festum Beati Thome Apostoli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo, Regni nostri Anno tredecimo, Coronationis vero Septimo.

A Blagai grófok irományai közől.

DXVIII.

Mátyás király Madácsi László és Jánosi Gáspárnak, mind régebben a magyar szent korona, mind közelebb az ő részére tett hű szolgálataikért, különösen pedig azért, hogy a cseh háborúban vele harczolva Podiebrád György fiát Victorint foglyúl hozzá vitték, Berény és Szomolya helységét Nógrád-, s Bánhalma helységét Heves vármegyében, valamint a Kapolcsi Mihály hűtlenségével annak a koronára szállott piricsei és kapolcs-apáti részjószágait Szabolcs vármegyében, ugyanannak bármelly más megyékben birt jószágaival együtt, adományul adja. Kelt Pozsonyban 1470-ben.

Digitized by Google

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibns expedit universis, Quod nos consideratis fidelitate et servitijs fidelium nostrorum Nobilium Ladislai de Madach et Caspari de Janosy, per eos primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, tandemque Maiestati nostre, sub locorum et temporum varietate, presertim vero in Bohemia et Moravia nobiscum contra Bohemos bereticos exercituando, exhibitis, qui et Victorinum filium Georgij de Podiebrad captum nobis adsignarunt, possessiones Bereny et Zomolya in Newgradiensi ac Banhalma in Hewesiensi, necnon portiones possessionarias in possessionibus Piriche et Kopolch Apatij vocatis, in de Zabolch, alias etiam vniuersas possessiones, portionesque et iura possessionaria Michaalis de Kopolch, in quibuscumque Comitatibus dicti Regni nostri Hungarie existentes et habitas, que alias eiusdem Michaelis de dicta Kopolch prefuissent, sed per notam infidelitatis eiusdem, quam ipse ex eo, quod his diebus preteritis domum et Curiam Nobilis Gregorij de Zepes Soceri sui combussisset, ac quosdam duos familiares proprios, nece miserabili interemisset, incurrisse dicitur, iuxta antiquam et approbatam Regni nostri constitutionem ad collationem nostram rite et legitime deuolute esse perhibentur, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, siluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, et vinearum promontorijs, aquis, flunijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Ladislao de Madach et Casparo de Janosy, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas, Salvo Jure alieno, Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri priuilegij redigi faciemus, dum nobis in

Digitized by Google

specie fuerint reportate. Datum Posonij, Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo, Regni nostri Auno tredecimo, Coronationis vero septimo.

Székely Sámuel gyüjteményéből.

DXIX.

Rozgonyi Rajnáld tárnokmester előre bocsátván, hogy nem csak az ő rövid hivataloskodása, hanem elődjei idejében is a tárnokszékek sok ok miatt elhanyagoltattak, mellőztettek, és a király az e miatt kárt szenvedők panaszaira neki ezen baj orvoslását meghagyta, — megparancsolja Kassa városának, hogy a több tárnoki királyi városok közt ő is küldjön kebeléből néhány tapasztalt és érett korú férfiút az általa közelebbi vizkereszti törvényszakon tartandó tárnokszékre. Kelt Budán január 2-dikán 1471.

Nos Raijnoldus de Rozgon Tawarnicorum Serenissimi Principis et Domini nostri Domini Mathie Dei gratia Hungarie, Bohemie etc. Regis, Magister. Circumspectis et Prudentibus Viris Judici, Juratisque Civibus Civitatis Cassoviensis Salntem cum dilectione. Cum non tantum nostris, qui in presenti Officio sumus Novelli, sed etiam antecessorum et Predecessorum nostrorum huiusmodi Officium Magistri Tawernicatus tenentium et gubernantium temporibus Judicia, que in Sede Magistratus Tawernicorum Regalinm Lege ab antiquo instituta cum assistentia Assessorum vestrorum et aliarum Civitatum

Digitized by Google

Liberarum fieri debuissent usque in presentiarum plurimas ob causas et neglecta et pretermissa sint plurimorumque Juribus ut perpendimus buiusmodi negligentia et pretermissio *Judicio*-rum non mediocri dampno et nocumento fuerint, pro quibus etiam certi et notabiles persone crebris vicibus prefatum Dominum nostrum Regem diversis querimonijs impulsarunt, qui quidem Dominus noster Rex nobis manifeste commisit, ut antelibatis impedimentis suam Serenitatem deberemus totis conatibus fieri supportatam. Et quia nos ex suscepti Officio Magistri Tawernicatus mandata Regalia adimplere obligamur, prout tenemur, ideo dilectionibus vestris ex commissione prelibati Domini nostri Regis committimus mandantes, quatenus inter alias Civitates Liberas etiam vos certos ex vobis ex more sufficienter seniores et de legibus ac consvetudinibus dictarum Civitatum Liberarum expertos ad Octavas Festi Epiphaniarum Domini nunc affuturas cum plena facultate ad Sedem et Consistorium nostrum mittere debeatis. Et aliud aub pena solita facere non presumatis. Datum Bude secundo die Circumcisionis Domini Anno eiusdem Millesimo qnadringentesimo Septuagesimo primo.

Kassa városa levéltárából.

Digitized by Google

DXX.

Mályás király Korpona városának, melly a hül- és belföldi rablók folytonos foszlogatásai, számtalan gyujtogatásai és rablásai következtében tönkre jutott és lakosaiban igen megfogyatkozott, rendes királyi béréből 32 arany forintot örökre elenged, úgy hogy ezentúl évenként csak 100 arany forintot fizessen. Kelt Budán február 14-dikén 1471.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memoria commendamns tenore presencinm significantes qnibus expedit vniuersis. Quod cum nos cernamns Oppidum nostrum Corpona vocatum, ex continnis spolijs et depredacionibus Latronum sine externorum, sine eciam de hoc Regno nostro in illis partibus per multos annos preteritos manencium, in illnm statum deuenisse, vt nihil preter nomen antiqnnm habere videatur. Si quidem combusta et depredata vicibus innumerabilibus pauculos inhabitatores teneat. Nos igitnr cupientes Idem in pristinum statum reducere, prout eciam inhabitatores eiusdem offerunt se, accepta aliqua alleuiacione ad meliorandam condicionem eiusdem diligenciam facere, Eidem oppido nostro, et per consequens Ciuibus, populis, et Communitati eiusdem, de censibus eorum ordinarijs, triginta duos florenos auri in perpetuum duximus relaxandos. Et sic iam deinceps pro annuo censu eorum ordinario, solum centum florenos auri habebunt stb.—— Datum Bude in festo beati Valentini Martyris Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, Regni nostri anno tredecimo Coronacionis vero septimo.

Korpona városa levéltárából.

Digitized by Google

DXXI.

Mátyás király Dolhai Ambrús személyes kérelmére azon új adománylevelét, mellyet annak és általa fiainak Bereg megyei Kereczke és Kusnicza helységei iránt 1463. február 26-dikán adott volt (Oklevéltár CCCXL. sz.) és a lelesszi conventnek az ezen helységekben megtörtént beigtatásról 1463. martius 27-dikén kelt bizonyságlevelét (Oklevéltár CCCXLI. sz.) szóról szóra átirja, és a székes-fejérvári koronázási végzemény, melly szerint a László király és az ő általa koronázása előtt kiadott oklevelek egy év alatt megerősitendők lettek volna, ellent nem állván ujra megerősiti. Kelt február 28-dikán 1471.

Commissio propria dominj Regis.

Matthias dei gracia Hungarie Bohemio Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex Omnibus cristifidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam harum serie volnmus peruenire. Quod fidelis noster Nobilis ambrosius de dolha nostrum veniens in conspectum in sua ac demetrij Georgij ladislai Johannis Nicolai et petri filiorum suorum personis, Exhibuit nobis quasdam duas literas vnas nostras priori secreto Sigillo nostro quo ante Coronacionem nostram vtebamur impressius consignatas, quibus mediantibus nos possessiones kwesnicza et kereczke vocatas in Comitatu de Bereg existentes simulcum omni Jure nostro regio si quod in eisdem qualitercunque habuissemus ac pariter cum earum suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Nomo nostre donacionis titulo prefato Ambrosio et per eum annotatis deme-

Digitized by Google

trio Georgio ladislao Johanni Nicolao et petro filijs ipsorumque heredibus vniuersis in perpetunm dedisse et contulisse dinoscimur, alias vero Connentns ecclesie sancte crucis de lelez, snper legittima statucione dictarnm possessionum kwsnijcza et kereczke ac Juris nostri regij in eisdem habiti prefatis ambrosio demetrio Georgio ladislao Johanni Nicolao et petro nullo contradictore apparente facta, sub pendenti Sigillo emanatas, Tenorum infrascriptorum Supplicans idem Ambrosius suo et dictorum filiorum suorum nominibus Maiestati nostre humiliter vt easdem literas ratas gratas et acceptas habentes literisqne nostris priuilegialibus de verbo ad verbum inseri facientes approbare easque et omnia in eis contenta pro ipso et dictis filijs suis ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis innouando perpetuo valituras confirmare dignaremur Quarum quidem literarum prime videlicet nostre tenor is est. Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie (*stb. Lásd: Oklevéltár CCCXL. sz. alatt*). Alterius vero dicti Conventus tenor seqnitur in hec verba, Omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris (*stb. Lásd: Oklevéltár CCCXLI. sz. alatt*) Nos igitur humilibus supplicacionibus annotati Ambrosij de dolha per eum nostre modoquosupra porrectis Maiestati regia benignitate exauditis et clementer admissis prescriptas literas non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas presentibusque literis nostris priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas quoad omnes earum continencias clausulas et articulos eatenus quatenus eedem rite et legittime emanate existunt viribusque earum veritas suffragatur acceptamus approbamus et ratificamus, Easque nichilominus et omnia in eis contenta pro prefato ambrosio ac dictis filijs suis eorundemque heredibus et posteritatibus vniuersis non obstante decreto pridem tempore felicis Coronacionis nostre Albaregali edito, In quo declaratur, Quod omnes litere condam Serenissimi princıpis domini ladislai Regis hungarie immediati predecessoris nostri atque nostre ante Coronacionem nostram dato infra lapsum vnius anni integri confirmari debuissent alioquin viribus cariture relinquerentur, Ex certa nostra sciencia et de potestate nostra regia, Innouantes perpetuo valituras confir-

Digitized by Google

mamus, Supplendo omnem defectum si quis propter lapsum dicti vnius anni vnquam obici posset, QuinImmo volumus et auctoritate regia decernimus vt presens priuilegium simulcum donacione et statucione desuper facta in suo vigore permaneat et perduret, perinde ac si ante lapsum dicti vnius anni ad confirmacionem reportate fuissent presentis scripti nostri patrocinio mediante, Saluis Juribus alienis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetnam presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autentici dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, Datum per manus Reuerendissimi in christo patris domini Johannis archiepiscopi ecclesie Strigoniensis, Apostolice Sedis legati nati Aule nostre Sumpmi et Secretarij cancellarij, fidelis nostri dilecti Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo primo, pridie Kalendas Marcij Regnorum nostrorum Anno hungarie etc. quartodecimo Coronacionis septimo, Bohemie vero secundo, Venerabilibus in christo patribus dominis, Eodem Johanne Strigoniensis, Colocensi sede wacante, Johanne agriensis, Transsiluanensi et Waradiensi Sedibus vacantibus, Osualdo zagrabiensis, Johanne Quinqueecclesiensis alberto Wesprimiensis demetrio Jaurinensis Thoma Nitriensis, vincencio vaciensis Johanne Chanadiensis, Nicolao electo Sirimiensis Benedicto electo et confirmato Tinniniensis paulo Seginensis et Nicolao Modrussiensis ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Item Magnificis Michaele Orzag de Gwth pretacti Regni nostri hungarie palatino, Johanne pangracz de dengeleg et Nicolao Chwpor de Monozlo wayuodis Transsiluanis, Comite Johanne de rozgon Judice curie nostre, Nicolao de Wijlak et Mathius de Maroth Machouiensibus, Blasio Magyar Regnorum nostrorum Dalmacie Croacie predictorum, Necnon Bozne et Sclauonie Banis honore Banatus Zewriniensis wacante, Raijnoldo de prefata Rozgon, Thauernicorum Bartholomeo de Belthek pincernarum, Nicolao de hedrehwara dapiferorum altero Nicolao de Zeech agazonum nostrorum regalium Magistris, Nicolao de alsolijndwa Comite posoniensi alijsque compluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Az eredetiből.

Digitized by Google

DXXII.

Mátyás király Brassó városának és a Bárczaságnak azon tántorithatatlan hűségeért, mellyel az előbb elődei a magyar királyok, később atyja a kormányzó s az ő személye iránt különböző szorongattatások, kárvallások és veszélyek közt is viseltetett, különösen pedig a közelebbi erdélyi zendülés alkalmával tanusitott őszinte ragaszkodása s ekkor tett tetemes költségeinek megtéritése tekintetéből, Vidacs Péter brassai polgár kérelmére a város és a Bárczaság minden polgárát felmenti a Torda városában személyök és minden javaiktól fizetendő vámtól; e parancsa megtartását az ottani királyi vámszedőknek szorosan meghagyván és ellenkező esetben az erdélyi vajdákat, alvajdákat és a Torda megyei főispánokat e parancsnak az illy esetekben szokott terheltetésekkeli végrehajtására utasitván. Kelt Budán martius 10-dikén 1471.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Ad perpetuam rei memoriam. Merito robur et decus regnorum in amplitudine Civitatnm consistere dicuntur, prout in locacione Civitatis nostre Brassoviensis et situ terre Barcza perpendimus, que et pro decore et pro muro sive porta regni nostri ex illa parte habentur, ita magnifice quidem, ac talibus edificijs et municionibus, ut omnium laudes sine invidia cuiusque digne merentur, que sicuti municionibus huiusmodi, ita eciam fide et virtutibus clare habentur, si quidem ipse et communitas ipsarum primum predecessoribus nostris Regibus, et tandem quondam Illustri domino Johanni de hwnyad dicti Regni nostri

Digitized by Google

Hungarie Gubernatori genitori nostro carissimo ac *Maiestati* nostre in rebus diversis, multarum adversitatum *tempore adeo* constanter exhibuerunt, ut quamvis sepius a *pravis regios* honores ac statum persequentibus viris impugnaciones gravissimas, dampna rerum, pericula personarum, ac alias diversas tribulaciones et multas temporum iniurias novissime presertim dum Transsilvanenses nostri a vera fide et obediencia nostra deficientes contra nos indurato animo insurrexerant susceperint et pertulerint, nunquam tamen a vere fidei semita visi sunt deviasse, sed eo clarior ipsorum fides evasit, quo incommoda susceperint graviora. Nichilominus quoque sumptuosas expensas in servanda huiusmodi vera fidelitate liberaliter et copiose fecerunt et habuerunt, pro quibus omnibus ac eciam in recompensam et satisfaccionem omnium premissarum expensarum Accedente eciam ad hec humillima supplicacione fidelis nostri Prudentis et Circumspecti Petri Wydoch Civis dicte Civitatis nostre Brassoviensis, omnes et singulos Cives et Communitatem dictarum Civitatis nostre Brassoviensis et terre Barcza a solucione tributi in oppido nostro Thordensi exigi soliti de ipsorum personis ac quibuscumque mercibus, animalibus et rebus ac bonis eorum venalibus alijsque quibuscumque et cuiuscumque scilicet generis et speciei existant facienda in perpetuum graciose exemimus, supportavimus et libertavimus, immo eximimus, supportamus et libertamus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Tributarijs et vicetributarijs in dicto Oppido nostro Thordensi nunc constitutis et in futurum constituendis harum serie firmissime mandamus, quatenus a modo imposterum cives et inhabitatores predicte Civitatis nostre Brassoviensis, et terre Barcza in dicto loco tributi vestri ad solvendum de quibuscumque rebus ipsorum cuiuscumque generis et speciei existant, tributum aliquod contra formam predicte nostre gracie artare et compellere, aut racione non solucionis alicuius tributi in personis vel rebus eorum impedire aut dampnificare nusquam et nequaquam presumatis nec sitis ausi modo aliquali. Alioquin commisimus Waywodis partium regni nostri Transsilvanarum et eorum Vicewayvodis Comitibusque vestris parochialibus, ut ipsi dum per predictos

Digitized by Google

cives vel eorum alterum superinde requisiti fuerint, vos ad observanda huiusmodi mandata nostra per omnia gravamina vestra in talibus fieri solita Auctoritate nostra presentibus ipsis in hac parte attributa et iusticia mediante compellant et astringant. Secus ergo et gracie nostre sub obtentu facere non presumatis. Presentes autem, quas secreto Sigillo nostro, quo ut Rex Hungarie utimur impendenti communiri fecimus, post earum lecturam semper reddi mandamus presentanti. Datum Rude in dominica Reminiscere anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Regni nostri anno quarto decimo, Coronacionis vero septimo.

Brassó városa levéltárából.

DXXIII.

Mátyás király a váradi káptalannak megparancsolja, hogy Dolhai Ambrust és fiait Demetert, Györgyöt, Lászlót, Jánost, Miklóst és Pétert Petrovai Mihály és fia János valamint Leardai Mihály és fia János dolhai s rozallyai részjószágaiba, mellyek őket bizonyos jogczim alatt illetik, szokott módon igtassa be. Kelt Budán martius 12-dikén 1471.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Waradiensis, Salutem et graciam, Di-

Digitized by Google

citur nobis in personis fidelium nostrorum Nobilium Ambrosij de dolha, ac Demetrij, Georgij, Ladislaj, Johannis, *Nicolaij et* petrj filiorum eiusdem Ambrosij. Quod ipsi in dominium totalium porcionum possessionariarum, Michaelis de Petherwa, ac Johannis filij eiusdem, necnon alterius Michaelis de Learda, et Johannis filij eiusdem, in possessionibus dolha predicta et Rozallija vocatis in Comitatu Maromarosiensi existentibus habitarum, ipsos certo Juris titulo concernencium legittime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Stepbanus de lijpse, vel Johannes aut Michael filij eiusdem, seu Johannes Gorzo de Bijlke, siue Andreas de Krijsfalwa, Alijs absentibus homo noster, ad facies prefatarum possessionum dolha et Rozallija vocatarum, consequenterque dictarum porcionum possessionariarum in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis, et presentibus accedendo Introducat prefatos Ambrosium de dolha, ac demetrium, Georgium Ladislaum, Johannem Nicolaum et petrum filios eiusdem, in dominium earundem, Statuatque easdem eisdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premisso Jure ipsis incumbentj perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Euocet ipsos contra prefatum Ambrosium et alios prenominatos, nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, Racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem, cum contradictorum et Euocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse Statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, vt fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude, in festo beati Gregorij pape Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo primo, Regnj nostri Anno quartodecimo, Coronacionis vero septimo.

Digitized by Google

Kívülről: Fidelibus nostris Capitulo ecclesie waradiensis, pro Nobili Ambrosio de dolha, et alijs intrascriptis

Introductoria et

Statutoria.

Az eredetiből.

DXXIV.

Mátyás király Szeben városa és a hét szász szék kérelmére megengedi, hogy lakosaik régi szabadalmaik szerint Hunyad vára tartozandóságaiban és akárhol Erdélyben aranyat moshassanak, salétromot készíthessenek, és az így nyert aranyat az erdélyi királyi kamarák árfolyama szerint magok beválthassák; e parancsa megtartását hunyadi várnagyainak és minden másoknak meghagyván. Kelt Budán martius 19-dikén 1471.

Commissio Domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Qualiter nos tum ad humillime supplicacionis instanciam, fidelium nostrorum vniuersorum Ciuium Ciuitatis nostre Cibiuiensis, ac Saxonum septem Sedium Saxonicalium, nostre per eosdem porrecte Maiestati, tum vero pensantes commodum et vtilitatem eoruudem, id eisdem duximus annu-

Digitized by Google

endum et concedendum, vt ipsi et eorum quilibet, iuxta antiquam eorum libertatem, in pertinencijs castri nostri Hwnyad, ac alijs in partibus nostris Transsiluanis *vbi* maluerint, aurum lauare, et Salnitrium laborare, ac iuxta cursum Camerarum nostrarum Transsiluanarum, et antiquam consuetudinem eorum, huiusmodi aurum pro se cambire valeant, atque possint, immo annuimus et concedimus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Castellanis castri nostri Hwnyad, nunc constitutis et in futurum constituendis, cunctis eciam alijs cuiusuis status et condicionis hominibus presentes visuris, harum serie stricte mandamus, quatenus receptis presentibus a modo deinceps, prefatos ciues et Saxones nostros, aut alternm eorum, preuia racione, in personis rebusque et bonis eorum impedire, molestare, aut quouis modo damnificare nullatenus presumatis, sed eisdem huiusmodi concambia anri et alia premissa, iuxta eorum antiquas libertates libere exercere permittatis, et permitti faciatis, presentibus perlectis exbibenti restitutis. Datum Bude feria tercia proxima post Dominicam Oculi. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo primo, Regni nostri Anno quartodecimo Coronacionis vero septimo.

Besztercze városa levéltárából.

Digitized by Google

DXXV.

Mátyás király Szeben városa s a két és két szász szék panasza következtében meghagyja Erdély minden nemesének és minden más állású birtokosának, hogy jobbágyaikat, kik a törvényes földdíj és más tartozásaik lefizetése után, az említett szász székekbe akarnak költözni, minden vagyonaikkal együtt szabadon bocsássák; ellenkező esetben e parancsa szigorú végrehajtását az erdélyi vajdáknak és alvajdáknak kötelességökké tevén. Kelt Budán martius 19-dikén 1471.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis, Nobilibus et alterius cuiusuis Status possessionatis hominibus in Transyluania, vbilibet existentibus, presentes visuris salutem et graciam. Relatum est nobis in personis fidelium nostrorum Prudentum et Circumspectorum Virorum, vniuersorum Ciuium Ciuitatis nostre Cibiniensis ac Saxonum nostrorum Septem et duarum Sedium Saxonicalium, per modum querele. Quod licet antiqua eorum libertate dudum eis concessa requirente, quilibet Jobagio et Jobagionalis condicionis homo, iustis terragijs et alijs suis debitis persolutis, de bonis et possessionibus vestris in medium eorundem exponencium, simul cum omnibus rebus et bonis suis liberam veniendi habuerit facultatem, Tamen nonnulli ex vobis, non curata eorum libertate eosdem Jobagiones, qui videlicet iustis terragijs et alijs debitis suis persolutis, in medium prefatorum exponencium morandi causa recedere vellent, libere abire non permitterent, in preiudicium libertatis Ipsorum exponencium

Digitized by Google

atque damnum. Vnde supplicatum est nobis in personis eorundem, vt ipsis contra premissa remedium adhiberemus opportunum, Et quia nos prefatos exponentes in eorum libertatibus contra quoslibet tenere volumus et conseruare. Ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus, receptis presentibus, omnes tales vestros Jobagiones, qui ut prefertur iustis terragijs, et alijs debitis eorum persolutis, in medium prefatorum exponencium morandi causa recedere voluerint, difficultate et contradiccione sine omni, simul cum omnibus rebus et bonis eorum libere recedere et abire permittatis et permitti faciatis. Alioquin committimus et presentibus facultatem damus fidelibus nostris Magnificis Wayuodis Transijluanis, eorumque Vicewayuodis, nunc constitutis, et in futurum constituendis, vt ipsi scita prius superinde mera veritate Vos et quemlibet vestrum, ad premissa facienda sen obseruanda eciam per grauamina vestra in talibus fieri solita, arcius compellant et astringaut, auctoritate nostra ipsis in hac parte attributa et iusticia mediante. Secus ergo non facturi, presentibus perlectis et exhibenti restitutis. Datum Bude feria tercia proxima post Dominicam Oculi. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo primo Regni nostri Anno quartodecimo Coronacionis vero septimo.

A szász nemzet szebeni levéltárában lévő régi másolat után.

Digitized by Google

DXXVI.

Mátyás király Kassa városát felszólítja s egyszersmind annak szorosan megparancsolja, hogy a végvároknak a törökök elleni fölszerelésére jelen levele vételével rögtön, minden halogatás nélkül, küldjön 1200 forintot a levél elmutatója által Ernest János sólyomi főispán kezeihez, melly szolgálatáért a várost rövid időn olly vagyonszerzési szabadalommal igéri jutalmazni, melly mellett ezen összeget kétszeresen kinyerendi, eltiltván egyszersmind azt minden ez ügyben hozzá teendő folyamodástól, mivel követeit vissza fogja utasítani. Kelt Brünben april 16-dikán 1471.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis viris Judici Juratis Ceterisque Ciuibus et toti Communitati Ciuitatis nostre Cassa. Salutem et graciam. Facta nostra iam dudum contra hereticos incboata in quibus deo nobis propicio bonum et optatnm finem consequi posse speramns maturius et celerins quam vnqnam alias dirigi debent, sic non minori ymo maiori prouisione qnam alias, Castra nostra finitima versus Tburcos babita nobis adpresens hic contra dictos bereticos occupatis egent, ad que omnia cum magni momenti sint, nos pecunijs et expensis pluribus necessarij sumus, quas tam cito sicut debet, non aliunde nisi a vobis et ab alijs fidelibus nostris, In quibus tempore necessitatis rerum nostrarum confidimus, nos habere oportet. Rogamus ergo fidelitatem vestram, eidemque nichilominus firmissime mandamus, quatenus statim et incontinanti visis pre-

Digitized by Google

sentibus omni mora et allegacione semotis, nobis ad presentem necessitatem nostram de medio vestri milla et ducentos florenos diaponere et per hunc hominem nostrum presencium scilicet ostensorem celerius ad manns fidelis nostri Magnifici Johannis Ernnsth Comitis Zoliensis transmittere debeatis, Vt idem cnm huiusmodi pecnnijs ad dicta Castra nostra debito tempore prenisionem facere possit, no eadem nobis hic existentibus pericula suscipiant. Sciatis antem quod nos vobis et in aquisicionibus rerum vestrarum talem libertatem concedimus vt infra breues dies maius lucrum in duplo habebitis quam hoc summa faceret, Pro hijs autem ad nos non veniatis, neque mittatis, quoniam si quos miseritis illos vacuos sine omni relacione remittemus. Aliud iterum committimns vobis facere nullomodo presumatis, ne vt premisimus dicta Castra nostra pericula paciantur de quibus tandem merito vobis grauiter imputare possemus. Datum in Brunna feria tercia proxima post festum Pasce Domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Septuagesimo primo, Regni nostri Anno quartodecimo coronacionis vero ootauo.

Kassa városa levéltárából.

DXXVII.

Mátyás király Besztercze városa és tartozandósága polgárainak és lakosainak kérelmére megengedi azoknak, hogy régi szabadalmaik szerint a város és tartozandóságai határaiban létező, vagy ásandó természetes sós vizeket és kútakat,

Digitized by Google

mellyektől az utolsó időkben el voltak tiltva, szabadon használhassák. Kelt Kolozsvárt május 12-dikén 1471.

De Commissione Domini Regis.

Nos Mathias Doi Gracia Rex Hnngarie Bohemie etc. Memorie commendamns per presentes. Quod nos accepta snpplicacione humillima fidelinm nostrorum circumspectorum cinium et hospitum in Ciuitate nostra Bistriciensi et suis pertinencijs commorancium, eisdem id duximus annuendum et concedendum, vt cum iuxta eorundem antiquam libertatem et consuetudinem, omnibus illis aquis et puteis naturaliter saisis, que in tenutis dicte ciuitatis nostre Bistriciensis haberentur, seu effoderentur, ab vsu quarum inhibiti fuissent, libere et secure, secundum eorum antiquam consuetudinem vti valeant atque possint. Immo annuimus et concedimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Koloswar die Dominico proximo post festum apparicionis Sancti Michaelis Archangeli, Anno Domini Miilesimo Quadringentesimo Septuagesimo primo Regni nostri Anno quartodecimo Coronacionis vero octano.

Ad Relacionem Johannis Ernesth.

Besztercze városa levéltárából.

Digitized by Google

DXXVIII.

Mátyás király Dengelegi Pongrácz János és Monoszlai Csupor Miklós erdélyi vajdáknak, ezek alvajdáinak, a fő- és alispánoknak és általában a törökök elleni hadsereg minden felkelőinek megparancsolja, hogy a Brassó városi és a bárczasági szászokat, — miután azok általa felszólítva közelebb az eretnekek elleni háborúra nagy összeg pénzt ajánlottak, mellynek egy részét most kifizették, a másikat bizonyos határidőre fizetni kötelesek, és miután ő azokat részint ez iránti tekintetből, részint azért is, mivel az említett szászoknak az ország más lakosaival együtt Erdély védelmére folytonosan őrködniök kell, a jelen táborozástól fölmentette, — jelen levele vétele után Erdélyen kivül táborba szállani ne kényszeritsék, sőt ha közölök már némellyeket kivittek volna, azokat is bocsássák haza. Kelt Budán június 26-dikán 1471.

de commissione domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bobemie etc. Fidelibus nostris Magnificis Johanni Pangracz de dengeleg et Nicolao Chwpor de Monozlo Waywodis Transsiluanis ac eorum Vice-Waywodis, nec non Comitibus et ViceComitibus, generaliterque cunctis lenatoribus ac solicitatoribns presentis exercitus contra Thurcos instaurati. Salntem et graciam. Quia fideles nostri prudentes et circumspecti Saxones de Brassouia et de Barcza nobis nouissime ad singnlarem nostram requisicionem certam et grandem aumpmam florenorum auri pro expediendis rebus nostris aduersus emulos hereticos iam inceptis obtulerunt, de qua quidem florenorum auri sumpma ipsi nunc aliquam

Digitized by Google

partem exsoluerunt, et reliquam partem infra certum tempus ipsis deputatum nobis soluere tenebuntur, ob hoc nos, tnm hac racione, tum eciam eo respectu, Quod ipsi Saxones continua vigilancia circa defensionem ipsius Regni nostri Transsiluani, vna cum alijs fidelibus Regnicolis nostris facere babent, nihilominusque ilia consideracione, quod ipsi in solucione huiusmodi sumpme florenorum auri non paruam, immo maximam curam et solicitacionem habere debent, eosdem Saxones de Brassouia et de Bareza vniuersaliter ab ingressu ipsius exercitus nostri in hoc Regnum nostrum fiendo hac vice eximimus et supportamus, Immo exemtos et expeditos committimus presencium per vigorem. Quocirca fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, omnino ita habere volentes, quatenns, habita presencium noticia prefatos Saxones scilicet eorum quemlibet ad dictum exercitum, extra dictum regnum Transsiluanum compellere et cogere non debeatis et nec ipsos racione non iugressionis in personis rebusque et bonis eorum impedire, molestare aut dampnificare contra formam premisse nostre exempcionis presumatis gracie nostre sub obtentu. Volumus eciam et eidem fidelitati vestre firmissime committimus, Quod si et in casu quo iam vos dictos Saxones ad dictum exercitum leuassetis, mox habitis presentibus eosdem absque omni impedimento ad propria remittatis. Ne preattacta solucio sumpme florenorum auri ex hac causa quomodocumque per eos negligatur. Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Ladislai Regis anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, Regni nostri anno quartodecimo, Coronacionis vero octano.

Ad requisicionem Johannis Ernnst.

Brassó városa levéltárából.

Digitized by Google

DXXIX.

A budai káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Mátyás királynak Budán 1471. évi június 10-dikén kelt beigtató parancsa következtében, — melly szerint a budavári prépostot és kanonokokat az azoknak Szilágyi Erzsébet által adományozott Béhes megyei Szenttornya helységbe törvényesen beigtatni rendelte, — Halásztelki Fodor János fia Osvát királyi ember, az általa kiküldött hiteles bizonyság jelenlétében, a beigtatást minden ellentmondás nélkül végbe vitte. Kelt július 5-dikén 1471.

Capitulum ecclesie Budensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habitaris Salutem in Salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod nos litteras Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie, Bohemie etc. domini nostri graciosissimi Introductorias et Statutorias nobis directas reuerencia qua decuit recepimus in hec verba. Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris Capitulo ecclesie Budensis Salutem et graciam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum honorabilium Prepositi et Canonicorum noue ecclesie beate Marie virginis in Castro Budensi fundate, quomodo ipsi in dominium eiusdam possessionis Zenthethornya appellate in Comitatu do Bakes habite ipsos ex collacione Illustris Domine Elisabeth genitricis nostre carissime omni iuris titulo concernentis legittime vellent introire, super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes Fodor de Halaztheleke, vel Osualdus filius eiusdem, aut

Digitized by Google

Emericus Zabo, neue Martinus de eadem Halaztheleke, ant Michael de Orozhaza, siue Blasius de eadem, alijs absentibus homo noster ad facies prescripte possessionis Zenthethornya, vicinis et cometaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos prepositum et Canonicos prefate noue ecclesie beate Marie Virginia in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet pramisso iure ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem contra ipsos prepositum et Canonicos nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hoc huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum Contradictorum et euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et Cometaneorum, qui premisse Statucioni intererunt nominibus, terminoqne assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude feria secunda proxima post festum Sancte Trinitatis, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, Regni nostri anno quartodecimo, Coronacionis vero Octauo. Nos itaque mandatis prefati domini nostri in omnibus obedientes vti tenemur, vna cum prenominato Osnaldo filio Johannis Fodor de Halazthelek homine suo regio nostrum hominem videlicet honorabilem magistrum Benedictum de Wyfalw socium et Concanonicum nostrum ad premissam Introduccionem et Statucionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis conformiter retulerunt. Quod ipsi feria quinta proxima ante festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritum ad facies prescripte possessionis Zenthethornya accedendo, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis presertim vero Blasio de komlos in sua et Michaelis fratris sui carnalis personis Georgio Elekes Judice de Chorwas in personis Sebastiani et Johannis filiorum Abran de Gerla, Luca Banya in possessione Zenas commorante in persona Magnifici Mathijws de Maroth, Ambrosio Cher Jndice in possessione kijralsag vocata commorante, in persona Jilustris domine Eli-

Digitized by Google

zabeth Genitricis prefati Domini nostri Regis Emerico Zabo et Demetrio Thalaa Nobilibns de Halazthelek presentibns, memoratoa prepositum et Concanonicos prefate noue Ecclesie beate Marie Virginis, in dominium eiusdam possessionis Zenthethornya introduxissent, eandemque eisdem simul cum cunctis suis vtiiitatibus et pertinencijs quibuslibet premisso iure ipsis incumbente perpetuo possidendam nullo contradictore apparente statuissent diebus legitimis et horis in facie eiusdem permanendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendenti Sigillo nostro consignatas alphabetoque intercisas ad fassionem dictorum domini nostri Regis et nostri hominum duximus concedendas. Datum per manus Venerabilis viri domini Matbei Lectoris et Canonici Ecclesie nostre prefate sexto decimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotate Anno Domini supradicto, presentibns ibidem honorabilibus dominis Thoma Cantore, Ladislao Custode, Magistris Paulo, altero Paulo, Nicolao Tboma, Benedicto, Matheo, Laurencio, Michaele, ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei ecclesia predicts Regi iugiter famulantibus sempiterno.

Az anspachi levelek közől.

DXXX.

Mátyás király értesitvén Kassa városát, miszerint a lengyel király a csehországi catholicusoknak hadat izent és ezen országhozi állitólagos jogát fegyverrel akarja kivívni, meginti a mondott várost, hogy eddigi hűségében megmaradva, magát

Digitized by Google

a lengyel király valamelly kegye vagy bujtogatása által megtántorittatni ne engedje, szükség esetében a várost az említett király ellen kötelessége szerint segíteni s védelmezni igérvén. Kelt Budán augustus 3-dikán 1471.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Prudentes et Circumspecti Fideles nobis dilecti. Non dubitamus quin fidelitati vestre satis iam manifestnm sit, qualiter Rex polonie postposito Dei timore ac contra omnem iusticiam, in oppressionem fidelium Katholicorum sub corona Regni Bohemie existencium, eisdem beilum indixit, iusque suum quod forte ad idem Regnum se habere dicit, non Jure sed armis requirere statuit. Verum cum diuersa noua hinc inde perferuntur, que eciam fidelitates vestras minime latere arbitramur. Quamobrem requirimus fidelitates vestras et nichilominus vigore fidelitatis et prestiti iuramenti monemus, quatenus, si umquam ex parte prefati regis Polonie ad vos seu communitatem vestram, quitquam delatum fuerit, extunc aliquo pacto fauore aut suggestione vos seducere non permittatis, sed sitis firmi et constantes prout hactenus semper fidelissimi Ciues nostri facere consueuistis. Postremo si necessitas incumbebit et forte ipse Rex Polonie minis aut viafacti vos inquietare conaretur, extunc intimate nobis, nos vero ex debito nostro vos gentibus et subsidio non deseremus. Datum Bude Sabbato proximo post festum aduincula beati Petri Apostoli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo primo Regni nostri Anno Quartodecimo Coronacionis vero octauo.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis Ciuibus et Communitati Ciuitatis nostre Cassouiensis fidelibus nostris dilectis.

Kassa városa levéltárából.

Digitized by Google

DXXXI.

Magyar Balázs és Lithrai Horváth Demjén, egyebek közt Tótország bánjai, János, István és Miklós Blagai grófok panaszára, — miszerint Szencsei Lajos Polyána nevű helységökben emberei által több izben erőszakos rablásokat követtetett el, közelebbről pedig házi emberöktől Draskovics Jánostól átiratás végett a császmai káptalanhoz küldött, birtokaikat illető több rendbeli leveleket, többfele drágaságokat és pénzeket útja közben elraboltatott,—meghagyják a zágrábi káptalannak, hogy az e végett megnevezett bani emberek valamellyikével ez ügyekben vizsgálatot és erről nekiek jelentést tegyenek. Kelt Szelna Szent-Miklóson september 12-dikén 1471.

Amicis suis Reuerendis Capitulo Ecclesie Zagrabiensis Blasius Magijar et Damianus Horwath de Lythwa inter cetera Sclauonie Bani amiciciam paratam cum honore, Dicitur nobis in personis Magnificorum Johannis, Stephani. et Nicolai Comitum de Blagay. Quomodo circa festum Pasche Domini in anno eiusdem cuius iam secunda preteriit reuolucio. Egregius Lachus de Zenche missis et destinatis Pohythko et Rhadou de Cbrebyn familiaribus suis cum alijs eorum consocijs ad possessionem dictorum exponencium hostili more Polyana uocatam, abinde Sexaginta Trucos Apum et alias res et bona Jobagionum dictorum exponencium in eadem *commorancium ad* valorem triginta quinque florenorum auri. *diripi et deportari* fecisset, et quod circa festum Ascensionis Domini in *eodem* Anno preteritum Idem Lachus de Zenche missis et destinatis Georgio Castellano de Chrebyu et alijs hominibus suis ad territorium eiusdem possessionis dictorum exponencium ibi quas-

Digitized by Google

dam piscaturas et clausulas piscium vulgo Worsabel vocatas dirui et distrabi bominesque ipsorum exponencium ibidem repertos verberari, et sauciari, pecunias eciam, et uestes, ac arma eorundem hominum ipsorum, eotunc erga ipsos repertos ad vallorem sexaginta florenorum auri ab eisdem omni ipsorum sine culpa recipi fecisset, et quemdam hominem ipsorum ex eisdem interfici fecisset, Quodque circa festum Sancti Martini in eodem anno preteritum Idem Lachus missis et destinatis prefatis Georgio et Ptbythko de Chrebyn ad predictam possessionem dictorum exponencium Polyana vocatam eandem omnino spoliassent, et abinde octuaginta porcos abduxissent, quatuor homines interfecissent, resque et bona hominum ipsorum exponencium ad valorem Centum florenorum auri abstulissent, Preterea circa festum Beate Marie Virginis similiter in eodem anno preteritum Idem Lachus missis et destinatis Georgio Hornich, et Blasio de Nethachijch cum alijs hominibus suis ad eandem possessionem Pollyana prenominatam, abinde centum et viginti duos porcos abigi et depelli fecisset, ac sexaginta clausulas ferrarum, vulgo Zadzwoij vocatas distrahi et dirui, et in eisdem duos ceruos, et duas ceruas reperiendo recipi fecisset, et iterum circa diem medie Quadragesime proxime preterite septem bonas vineas in Promontorio eiusdem possessionis Polyana ipsorum exponencium sitas ignis voragine comburi fecisset, Item demum quum circa festum Sacratissimi Corporis Christi proxime preteritum ijdem exponentes per Johannem Draskowich familiarem ipsorum certas literas Regales, et literalia Instrumenta scilicet factum Castrorum eorundem Blagaij et Ostrosecz, ac eorundem possessiones tangentes et concernencia ad Capitulum Ecclesie Chasmensis pro transumendis et rescribendis ipsarum paribus destinassent necnon scilicet Scyphos argenteos deauratos, tres Voltheros deauratos, Sexaginta Cochlearia argentea, tres Scutellas argenteas, mediam libram auri puri, et trecentos florenos auri, ac duo millia denariorum ijaspia dictorum pro — — — — — generosam Dominam Anna vocatam, relictam quondam Caspari Schwpor de Monozlo transmisissent, tunc prefatus Lachus de Zenche missis et destinatis Paulo Castellano in Castello suo

Digitized by Google

Zambochel et Augustino Sypech, ac alijs hominibus suis, eundemque Johannem familiarem dictorum exponencium, cum prescriptis literis et literalibus instrumeutis, necnon rebus et bonis ipsorum exponencium in medio Sylue Zaue proficiscentem reperiebat, ab eodem prescriptas vniuersas res et bona ac literalia ipsorum instrumenta, equum eciam et uestes, ac arma, et expensas dicti Johannis ab eodem minus iuste indebite et culpa sua sine omni ui et potencialiter abstulisset, quas et que ad plurimas peticiones dictorum exponencium eisdem reddere recusasset, recusaretque de presenti potencia mediante, in preiudicium et damnum dictorum exponencium ualde magnum. Super quo amiciciam vestram presentibus petimus diligenter, quatenus uestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Sydan filius quondam Johannis Othmych de Clokoch, uel Antonius Jankouych de Synleb aut Nicolaus Radlich de eadem seu alter Nicolaus Zthrezymay de Podkrysija, seu similiter Nicolaus Rezych de Pobresya alijs absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur certitudinis ueritatem, quam tamen nobis more solito rescribatis, Presentes autem Sigillis Egregiorum Johannis de Gepno, et Ladislai Roch de dechi Comitum nostrornm Zagrabiensium fecimus consignari. Datum in Zelnazcnthmyclos feria quinta proxima ante festum exaltacionia Sancte Crucis Anno Domini M⁰CCCC⁰LXX⁰ primo.

A Blagai grófok irományaiból.

Digitized by Google

DXXXII.

Mátyás király Julius Pomponius Laetust értesíti, miszerint betűfestője Blandi által, ki Rómából számára kéziratokkal tért meg, vette mind levelét mind az általa közelebbről kiadott és neki ajándékul küldött Silius Italicust; igen örül rajta, hogy Rómában a tudósok társasága meg-megemlékezik róla. Ő még most is az országlástól fenmaradt idejét örömest szenteli a tudományoknak és az átküldött Siliust már többször átforgatta, bár most különösen terhes gondokkal és háborúkkal van elfoglalva, mellyek mindig a királyok szerencsétlenségei közé tartoznak, ha mindjárt néha diadallal járnak is, mert az illy diadalok mindig vérrel vannak áztatva. Ő örömest kerül minden háborút, de midőn azt ajánlják, nemzete és saját becsülete kockázása nélkül nem vonhatja ki magát. Szerencsések a tudósok, kik a tudományoknak csendesen élhetnek és munkáik által a királyokkal néha legalább az országlás és harcz gondjait elfelejtetik Egyébiránt kéri őt, fogadja azt mit neki küld épen olly szívesen, mint a milly kedves volt előtte ajándéka. Kelt Budán september 13-dikán 1471.

Mathias Dei Gratia Rex Hungarie etc. Julio Pomponi Laeto S. P. D. Reddite sunt nobis litere vestre per Blandium Miniatorem nostrum his diebus Roma cum Codicibus ad nos reversum, que nobis gravissimis Regni nostri rebus intentis, nonnihilque commotis eo fuere magis grate, quod vos, Societatemque vestram nostri memores esse iterum, iterumque experti simus. Res est iam multorum ore trita, musas inter arma silere, Nos tamen ut continuis quasi irretiti bellis, quidqnid superest temporis, literis non sine voluptate et solamine vove-

Digitized by Google

mus, hinc est, quod oblatum a vobis donum gratissimo, hilarique exceperimus non vultu solum, sed et animo, Siliumque Italicum vestris conatibus Rome elegantissime nuperrime inpressum his diebus sepius iam revolverimus, placuit namque et in juventa nostra Silius, et nunc, dum nos quoque bellis occupamur, placet eo magis, quod bella canat et ipse, eo tamen non obstante diffiteri nequimus, miseram esse Regum sortem, quod bella gerere coguntur, ut sepius suos habitura triumphos, semper tamen sangvine hominum madentia. Nos sane bella non cupimus, oblata tamen respuere nequimus, hoc gentis honos, hoc lesa jura nostra, hoc denique malevolorum exposcit intentio. Hec vera sunt obviaque ex quotidiana jam adeo, ut non pax jam stabiliri valeat, nisi bello prius firma pacis erigantur fundamenta. Vestra, vestrorumque proindo laudanda est sors, quibus non sangvini, non Regnis, sed virtutum, literarumque laureis inhiari unice convenit, quod dum et vos facitis rem gratam Regibus tentatis, nam diros armorum strepitus nos oblivisci facitis. Vale. Nostri ut sis memor, volumus cupimusque, et quod presentibus offerimus, eo excipias animo, quo vestra nobis grata fuere officia. Bude Idibus Septembris Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo primo.

A Batthyányi-kéziratból.

Digitized by Google

DXXXIII.

Mátyás király megemlítvén, hogy előbbi levelében a Pozsony megyei nemeseknek és más állásu birtokosoknak meghagyta, miszerint Pozsony városa sánczainak, mellyek megett háborús időkben menedéket találnak, javításához járulni kötelességöknek ismerjék, — meghagyja Alsó-Lendvai Bánfi Miklós pozsonyi grófnak, miként a jelen zavaros időben igen szükséges sánczigazitásra, mihelyt e levele mellett a Pozsony városiak meg fogják keresni, a Pozsony megyei lakosságot kajtassa ki s a várost e részben annyiszor mennyiszer felszólittatik, segítse; ezenkivül, hogy a város és Csallóköz közötti összeköttetés is biztos legyen, szorítsa a megye lakosságát, hogy Szúnyog szigetén keresztül az utakat és hidakat egészen a Pozsony városi kidig készitse el és javítsa meg. Kelt Budán october 8-dikán 1471.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fideli nostro Magnifico Nicolao filio Bani de Alsolindua Comiti Posoniensi Salutem et gratiam. Scripseramus prius literis nostris mediantibus vniuersis et singulis Nobilibus et alterius Status possessionatis hominibus Comitatus Posoniensis, ut ipsi Civitatem nostram Posoniensem ex eo, quod in eadem temporibus guerrarum reservacula habent, fossatis et alijs edificijs necessarijs reformare deberent, Et quia bis modernis disturbiorum temporibus, prefata Civitas nostra huiusmodi reformatione plurimum eget, Ideo Fidelitati tue mandamus, quatenus dum et quando prefati Cives nostri Posonienses pro huiusmodi reformatione et alijs necessarijs ipsius Civitatis nostre, presentibus te requisitum habuerint, extunc incolas dicti Comitatus Poso-

Digitized by Google

niensis ad reformanda et laboranda ipsa fossata et alia necessaria dicte Civitatis nostre, compellere et compelli facere, eisdemque Civibus nostris totiens qnotiens opportnnnm fnerit auxilio et iuvamine tuis adesse et succurrere debeas, preterea ne propter moderna disturbiorum tempora et discrimina viarum prefati Cives nostri et alij ad ipsam Civitatem intrantes aliqua dampna paterentur, volumus et statuimus, ut omnibus libere condicionis hominibus ad ipsam Civitatem tam intrantibus quam redeuntibus per quemdam pontem ipsorum Posoniensium ad insulam Charlokoz tutus et securus pateat iter et accessus. Quapropter modo simili mandamus tibi, quatenus conpellas Communitatem dicti Comitatus Posoniensis, ut ipse vias et pontes per insulam Zunyok usque predictum pontem preparare et reformare debeat. Secus non facturus. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria tertia proxima ante festum beati Dionisij Martiris. Anno Domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo primo. Regni nostri anno quartodecimo Coronationis vero octavo.

Pozsony városa levéltárából.

DXXXIV.

Mátyás király Brassó városának és a tartozandóságaiban lakó népnek megparancsolja, hogy jelen levele vételével Erdélynek a törökök elleni védelmére 100 kézi puskát, egy mássa lőport és 1000 golyót adjon át Albert deák kamaraispánnak, vagy e levelét előmutató megbizottjának. Kelt Budán october 31-dikén 1471.

Digitized by Google

Mathias Dei gracia Rex Hnngarie Bohemie etc. Fidelibua nostris Prudentibus et Circumspectis Magistro Civium, Judici, Juratisque Consulibns Civitatis nostre Brassoviensis. Item cunctis populis in pertinencijs dicte Civitatis nostre commorantibus et constitutis Salutem et graciam. Indigemus ad presens pro defensione illarum parcium contra Turcos certis pixidibus nec non pulveribus et globulis eisdem necessarijs. Committimns itaqne fidelitati vestre firmiter, quatenns receptis presentibus centum pixides manuales, unum centenarium pulveris et mille globulos ad manus fidclis nostri Alberti Literati Comitis Camerarum nostrarum, aut hominum suorum presencium scilicet ostensorum dare et assignare debeatis, accepturi pro his et alijs servicijs vestris suo tempore haud dubie graciam nostram et favorem. Aliud non facturi. Datum Bude in vigilia festivitatis omnium Sanctorum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo primo. Regni nostri anno quartodecimo, Coronacionis vero octavo.

Ad Requisicionem Johannis Ernst
Thesaurarij.

Brassó városa levéltárából.

Digitized by Google

DXXXV.

IV. Sixtus pápa utasitása a szent Márk bibornoka részére, kit mint a szent-szék követét Német-, Magyar- és Lengyelországba küldött a Csehország iránt támadott versengések békés elintézése végett. Kelet ideje nélkül, de a körülmények szerint 1471-dik év végéről.

Instructiones pro N. Cardinali Sancti Marci In Germaniam, Hungariam ot Poloniam Legato deatinato.

In primis accedet Maiestatem Imperialem, cui post Salutem et Apostolicam benedictionem communicabit et exprimet desiderium Sanctissimi Domini Nostri Sumi Pontificis tam circa factum Turcarum, quam Bohemorum. Videlicet ut expeditio in Turcas locum habeat, ad quod totis uiribus intendit Sua Sanctitas, et quod factum Bohemorum non impediat rem istam. Declarabit insuper quantum et quem apparatum faciat Sua Beatitudo per mare contra hostes fidei et in quo concurrent tam Serenissimus Dominus Ferdinandus Rex, quam Illustrissimum Dominium Venetorum, et quod sit bene sperandum. Ideo hortetur Maiestatem Suam, ut det summo studio operam quod conclusiones facte diligentia et uigilantia Maiestatis Sue in Dieta Ratisbonensi habeant effectum optatum, et propter honorem Maiestatis Sae et totius Nationis Germanice, ne uideatur uerbis duntaxat adsistere, et propter necessitatem incumbentem. Quod si Maiestas sua forte opponat, Dietam quam petijt a Sanctissimo Domino Nostro, respondebit, ut sibi notum est, dietam Italicam nullius esse utilitatis, et illud quod per Dietam Italicam

Digitized by Google

fieri potuisset, iam factum fuisse, Armatam scilicet Classem, que iam paratur. Ideo non esse necessariam, neque utilem, iam talem Dietam habere, nisi cum tempore aliqua universalis Dieta in aliquo loco communi Principum consensu, in qua pro negotio fidei omnes conuenirent, et quod propter nimiam hostis potentiam hec etiam non sufficiunt, nec commode potest terrestris exercitus instrui, nisi Serenissimus Rex Hungarie sit in pace cum Serenissimo Domino Rege Polonie, et ob eam causam mittit precipue Suam Paternitatem Sanctissimus Dominus Noster. Hortabitur ergo inprimis Suam Maiestatem, ut uelit esse in hoc bonus adiutor, sicut est Sancte Sedis Apostolice constitutus aduocatus, et circa hanc rem dignetur dare aliqua auuisamenta, quia hec negotia multo tempore per so et suos tractauit, et practicauit, et quia uicinus est, singula nonit ad que non solum debet trahi sed quibus potest modis ultro intendere et studere, cum ut uidet nisi in facto Turcarum aliquod adhibeatur remedium, nullus Princeps, nullum Dominium in maiori constituatur periculo, quam Sua Maiestas. Ita tamen petet Sue Maiestatis consilia, ut non sit obligatus ad sequenda ea, nisi quatenus uideret bona esse, nec offerrentur meliora. In facto autem Bohemorum meminisse debet Sua Serenitas alias scripsisse Sancte memorie Paulo Pape IJ predecessori nostro, cum Victorinus Austriam ingredi contenderet, immo ingressus fuerat, ut Sua Sanctitas scriberet omnibus Regibus, ac Principibus ac signanter Regi Hungarie, ac requireret, ut illi Victorino occurreret, alias autem dicebat actum esse de Dominijs suis. Hortata fuit Apostolica Sedes eundem Hungarie Regem ad preces Sue Celsitudinis, quod occurreret illi Victorino, prestaretque omnia que posset auxilia Sue Maiestati. Fecit ut requisiuit Sua Sublimitas eidem Hungarie Rex. Hunc ergo etiam quando fortuna non omnino arridet, sibi consulendum est aliquo bono medio, et per quem tam Ecclesie Romane, quam Maiestati Sue et utrique Regi Hungarie et Polonie sit bene prouisum, et tandem rebus inter eos compositis, illorum niribns unitis intendatur contra communem hostem. Quod si Maiestas Sua petet quid facturum Sue Sublimitati, Respondebit primo temporum creandornm Cardinalium Sanctissimum Dominum No-

Digitized by Google

strum habiturum rationem Maiestatis Sue et honoris nationis Germanice.

Auditia anuisamentis Maiestatis Imperialis si concordent cum infradicendis bene erit, seruet tunc instructiones sequentes. Videlicet quod consistat in aliqno loco utrique Regi ad conueniendum per se aut Oratores apto, et Idoneo, uel utrumque personaliter uisitet, prout melius Judicauerit expedire, et si utilius iudicauerit eos accedere, cnrabit mox caute uocare Fratrem Gabrielem de Verona ad Curiam Imperialem, proponet ei causas, et rationes, propter quas uidetur magis conducere rebus Serenissimi Domini Regis Hungarie ut primo conferat se ad Dominum Regem Polonie, sciscitabitur mentem Regis Hungarie, et si fieri poterit cum scitu illius et sine displicentia ibit prius ad Regem Polonie, si autem hoc displiceret Regi Hungarie, ibit primum ad eum breuem moram cum eo facturus, declarabit Sue Serenitati amorem et dilectionem, quibus eum Sedes Apostolica, et Summus Pontifex et Reuerendissimi Domini Cardinales amplectuntur, dolereque omnes de his aduersitatibus suis, causamque sue missionis exponet eam esse ut bene consulatur Sue Serenitati et rebus Bohemicis. Aget preterea illi gratias de benegestis per eum, audietque quid dicet. Qui ut uerisimiliter creditur, grauiter conqueretur de Sede Apostolica, de Domino Imperatore et Rege Polonie, de primis duobus quia fuerunt causa, ut ipse hoc bellum Bohemorum aggrederetur, et nunc deserunt, de alio quod Christianus Princeps sine causa imo contra ius et honestatem pro hereticis contra Cattolicos mouet sibi bellum. Ad que omnia respondendum est, eum non deseri, nam is pro quo Legatus mittitur non uidetur derelinqui, nec esse querendum de Sede Apostolica, Aut Summis Pontificibus, quia felicis memorie Dominus Paulus quoad potuit usque ad extremum uite sue diem iuuit eum, fouit ac pro uiribus subuenit. Modernus quoque Pontifex *usque in* hanc diem pro Sua Serenitate semper fecit, nam cum multa sint a Sua Beatitudine petita contra eum nihil hactenus uoluit concedere, esseque prudentis et sapientis Principis omnia metiri secundum tempora, et secundum illa distinguere et non sequi uoluntatem. Considerandum in primis in facto Bohemorum au-

Digitized by Google

ctoritatem et desperationem hereticorum, ut eum in Dominum nisi ui non recipiant, eorum potentiam auctam, precipue ex nssistentia Regis Polonie, debilitatem Catholicorum, inconstantiam multorum ex eis de quibus habetur coniectura, ut partem auam deserant et ad eius aduersarium deciinent, discordiam intestinam in Regno suo, ingens periculum Turcarum, toti Christianitati, sed sibi et Regno suo precipue imminens, nec esse tutum hoc periculoso tempore bellis inuolui, sed amplecti pacem. Hoc suadet Apostolica Sedes, hoc consulit Summus Pontifex. Nec existimet esse confidendum in Treugis, aut pace cum Turca quesitis, uel ultro oblatis, quia nulii unquam seruauit fidem, minusque sibi seruaret, si faceret, quem capitalem habet hostem propter uictorias contra eum per se uel per suos progenitores habitas, propter iniurias illi sepenumero illatas. Per ista et similia uerba demulcendus est Regis animus, curandum tamen, ut hec ita dicantur, ne uideatur Sedes Apostolica idcirco pacem suadere, quod nolit eum contra Bohemos iuuare, sed ita agendum, ut uel Rex id sponte sua petere incipiat, uel Paternitas Sua per modum consilij, et quasi querendo quid magis expediat introducere uideatur huiusmodi sermonem, et si tandem inducetur ad pacem poterunt media aperiri, uidelicet que inferius sequuntur. Item conabitur totis uiribus pacare Dominum Regem Hungarie cum suis Prelatis et Baronibus, ac omnes dissensiones eorum, et intestina odia, ac aimultates e medio tollere, cum in hac re consistat maxima uis propositi, hinc enim precipue dependet uel pax uel uictoria Domini Regis Hungarie, et quia in hac re plurimum ualet auctoritas Archiepiscopi Strigoniensis, et in quamcumque partem iste inclinauit, maximum affert momentum, Ideo animus eius in primis demulcendus est, et siue conqueratur de dignitate et honore suo, siue Dominus Rex speret hoc medio allicere eum ad se, et peteretur a Paternitate Sua dignitas Cardinalatus pro eo, respondebitur ut supra Serenissimo Domino Imperatori, hac tamen conditione addita, ut remaneat fidelis et obsequens Domino Regi Suo, ad hec omnia etiam auuisamenta et consilia Reuerendissimi Patris Domini Episcopi Ferrariensis multum conferri peterunt Reverendissime Paternitati Sue.

Digitized by Google

Deinde uisitabit Serenissimum Dominum Regem Polonie, illique declarabit statum rerum Christianitatis, et quantum sit periculosum hoe bellum, quod gerit cum Rege Hungarie, quantum doleat Sanctissimus Dominus Noster, quod Sua Maiestas quando ad Regnnm Bohemie fuit uocatus per Catholicos, rogatus per Sedem Apostolicam noluit attendere, nunc autem instantibus hereticis aasumpserit arma contra Regem Hungarie, esseque dubium euentum belli, propterea sapientis esse Principis cum pace et concordia hanc differentiam componi quam armis dimicare. Quod si poterit suadere nt cum concordia res terminetur, aperiantur media pacis inferius recitanda, ac illis deficientibus, et a partibus non acceptatis, offeratur aliud medium iustitie ministrande per Sanctissimum Dominum Nostrum, aut per uiam arbitrij, ut infra in ultimo medio.

Media autem, que tempori et necessitati conuenire uidentur, hec sunt Videlicet primo quod fiant Treuge ad aliquod bonum et longum tempus inter eos, cessent offensiones omnes interea, retineant omnia que hactenus ceperunt, a modo vero durantibus Treugis etiam uolentes se ultro tradere ex obedientibns et parentibus neuter acceptet.

Aliud medium, quod per uiam alicuius matrimonij fieret pax et unio inter eos, et quod Dominus Rex Hungarie duceret filiam Annam in coniugem Domini Regis Polonie, cum retentione etiam tituli Regni ad uitam, si fieri possit, aasigneretnrque id quod Idem Rex Hungarie obtinet in Morauia et Silesia, pro dote, et eo moriente data certa quantitate pecunie eidem congiugi uel filijs eius, prout posset conueniri, eadem Dominia debeant integrari cum Regno Bohemie.

Si ex his duobus neutrum poterit locum habere, qneratur aliud uel per aduisamentum Domini Regis et Domini Episcopi Ferrariensis, qui de his omnibus est informatissimus, et quem consulet in omnibus dum ibi erit, aut per industriam eiusdem Domini Legati, dummodo de uoluntate ipsorum duorum Regum fiat. Et si ad hanc concordiam conficiendam pro liqua recompensa facienda alteri ex eis essent necessaria bona temporalia, que fuerunt Ecclesiarum in Regno Bohemie, placet Domino Nostro, ut idem Legatus possit de illis aliquam

Digitized by Google

partem, aut cum censu et recognitione annua aut etiam sine aliquo censu donare, et quando aliter fieri non posset habeat facultatem disponendi de omnibus huiusmodi rebus, que olim fuerant Ecclesiarum, nunc uero per Laicos detentis.

Ceterum qnia multum instet Dominus Rex Polonie pro conseruatione concordie inite inter eundem et Magistratum, et Conuentum Religionis Sancte Marie Thentonicorum, in qua sunt multi Articuli ualde preiudiciales eidem Religioni, et per eonsequens Sedi Apostolice, sub cuius protectione est Religio ipsa, et de cuius proprietate est totum ipsius Patrimonium, nichilominus pro pace consequenda, et ut melius contra Turcam expeditio fiat, in euentu pacis, et non alias contentatur Sanctissimus Dominus Noster, nt dictam pacem inter Regem, et Magistratum ac Religionem antedictam, quoad temporalia duntaxat confirmet, et auctoritate Sedis Apostolice approbet, hoc tamen nec faciat nisi ultimo et post exclusionem omnium aliorum mediorum, hoc est cum forte uideatur pacem pretactam aliter concludi non posse, et cum hac iustificatione, ut Dominus Rex Polonie prestet fauores suos contra Turcas.

Ultimo si omnia media deficiant, quod Deus auuertat, tractet Dominus Legatus, quod hec omnis contentio, ponatur in manu et facultate Sanctissimi Domini Nostri Jure terminanda uel concordia, quod si fieri non posset, adminus deputentur arbitri communi uoluntate partium dictarum duo, in quos simul partes conneniant, aut si conueniri non poterunt, una partium eligat unum, et alia reliquum, et quod ipsi duo statuent id firmum maneat, quod si ambo non poterunt concordare Summus Pontifex det tertium, cum quo si duo aut unus ex duobus conuenerint et sententiauerint, rathum habeatur.

Et tandem omnibus predictis deficientibus declaret Dominus Legatus Domino Regi Polonie Sanctissimum Dominum Nostrum et Apostolicam Sedem non debere nec posse pati, ut duo Reges tam potentes ac Infidelibus tam uicini, et tempore tam periculoso sese mutuo offendant et impetant, ex quorum bellis posset maximum damnum Christianitatis prouenire, Interesseque Sedis Apostolice Summum Pontificem eos bellis prohibere etiam inuitos, et per censuras et alia Juris remedia prouidere.

Digitized by Google

Erit finaliter necessarium, nt his et similibus remedijs utatur contra eum, per quem stabit, quo minus pax locum habeat, modis et forma, quibus eidem Domino Legato commissum fuit. Et quoad fieri poterit adsistat Justitie, et meritis Domino Regi Hungarie. Interim ut dum pax inter Reges Christianos queritur opera Summi Pontificis, etiam salus Christianorum a Sancta Matre Ecclesia aberrantium non emittatur, studebit pro uiribus suis idem Dominus Legatus, quando aliqua pax uel concordia cum Domino Rege Hungarie etiam de Regno Bohemie debeat fieri, ut et Dominus Rex Polonie, et filius eius, qui se pro Rege Bohemie gerit, obliget se ut dictos hereticos omnibus modis tam predicationibus quam exhortationibus et alijs quibus poterit, ad ueram fidem et ritum Romane Ecclesie reducat, Catholicis autem fauebit, nec prestabit Juramentum aut promissionem aliquam, ut dictos hereticos uellet in suis ritibus defendere.

Et cum his promissionibus poterit Dominus Legatus eam acceptare, et remittere ad Sedem Apostolicam, ubi et hec et alia cum eo per Reuerendissimam Paternitatem Suam tractata, utputa de Ecclesijs Cathedralibus erigendis, et dotibus earum restituendis, et Prelatis preficiendis, et alijs similibus denuo solemniter promittat, et recipiatur in Regem.

Cseles római jegyzeteiből VII. köt. 93—98. l.

Digitized by Google

DXXXVI.

Mátyás király a szent-jogi conventnek megparancsolja, hogy Dolhai Ambrúzst és fiait Demetert, Györgyöt, Jánost és Pétert Dolha és Rozallya mármarosi helységek fele részébe, melly őket teljes jogczimmel illeti, annak rendje szerint igtassa be. Kelt Budán január 19-dikén 1472.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris, Conuentui ecclesie de Zenth Jogh, Salutem et graciam, Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum, Nobilium Ambrosij de dolha Demetrij Georgij Johannis et petrj filiorum eiusdem Ambrosij, quomodo ipsi in dominium — — — medietatum porcionum possessionariarum In possessionibus dolha predicta ac Rozalija In districtu Maromarosiensi existentibus habitarum, ipsos omnis Juris titulo concernencium legittime vellent introire, Superquo fidelitatj vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus, vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Sthephanus, aut Johannes, uel Michael de lijpse, alijs absentibus homo noster, ad facies prescriptarum medietatum porcionum possessionariarum In dictis possessionibus dolha et rosalija, habitarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis, in ibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introducat memoratum Ambrosium de dicta Dolha, et alios prescriptos in dominium earundem, Statuatque easdem eisdem, Simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet premisso Jure, ipsis incumbentj perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero,

Digitized by Google

si qui fuerint. Euocet ipsos, contra annotatos exponentes, nostram personalem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis, seriem, cum contradictorum et Euocatorum, si qai fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucionj intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude feria secunda proxima post festum Beatj Pauli (primi ere)mite Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Secundo, Regni nostrj, Anno quartodecimo Coronacionis uero octauo.

Kivülről: Fidelibus nostris Conuentui ecclesie de Zenth Jog pro Nobili Ambrosio de dolha et Alijs intrascriptis

Introductoria et
Statutoria

Lecta.

Az eredetiből.

DXXXVII.

Mátyás király minden megyei adószedőnek megparancsolja hogy, miután ő a Dolhai Ambrúzs jószágaiból járó jelenlegi adót annak saját használatára engedte, azt ennek jószágaiból bekajtani s jobbágyait nem fizetés miatt káborgatni ne

Digitized by Google

merjék, hanem hagyják ezen adó beszedését annak megbizottjaira. Kelt Budán martius 3-dikán 1472.

Commissio domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fideiibus nostris vniuersis dicatoribus et exactoribus presentis contribucionis vbilibet et In quibuscumque Comitatibns Regnj nostri constitutis et existentibus presentes visuris, Salutem et graciam, Quia nos contribucionem ipsam que de bonis et possessionibus fidelis nostri Ambrosij de dolha nobis prouenire deberet eidem pro suis seruicijs duximus remittendam et relaxandam, remittimusque et relaxamus per presentes Fidelitati igitur vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus, receptis presentibus, dictam contribucionem in bonis et possessionibus prefatj Ambrosij de dolha exigere, populosque et Jobagiones in eisdem bonis suis commorantes, racione non solucionis eiusdem nuliatenus impedire presumpmatis, Sed eandem sibi aut bominibus suis per eum ad hoc deputatis exigendam relinquatis, Secus non facturi, presentes pro vestra reseruetis expedicione, Datum Bude In dominica letare Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo, Regnj nostri Anno quintodecimo, Coronacionis vero Octauo.

Az eredetiből.

Digitized by Google

DXXXVIII.

Miklós bosnyák király előre bocsátván, hogy őt Erzsébet, Mátyás király anyja, fiává fogadta, minden örökösével és birtokaival Mátyás királynak és anyjának ajánlja s kötelezi magát, hogy Erzsébetnek mindenkor szabadságot fog adni váraiban, városaiban és birtokaiban szabadon időzni s azokat pártfogolni, úgy azonban, hogy azokat tőle, fiától Lőrincztől s mind két ágon lévő örököseitől valami szín alatt el ne idegenítse; Erzsébetnek és fiának Mátyás királynak mind haláláig hűségét és barátságos szolgálatát igéri, mire Magyarországon, a hóditott részekben és Boszniában lévő minden várnagyai is kötelezzenek; azon esetre pedig ha Mátyás előbb találna meghalni Erzsébetnél, ezt minden kül és bel ellenségei ellen egész erejéből védelmezni kötelezi magát. Kelt Budán május 7-dikén 1472.

Commissio propria Domini Regia Bozne.

Nos Nicolaus Dei Gratia Rex Bozne notum faoimus tenore presentium significantes, quibus expedit universis. Quod qnia Illustris Domina Elizabeth Serenissimi Principia Domini Mathie Dei gratia Regis Hungarie Bohemie etc. Genitrix Nos in filium suum recepit adoptivum et spiritnalem ideoqne aicnti hactenns, ita et in posterius futuris temporibus vita nobis comite ipsi Domino Elizabeth, et per consequens prefato Domino Regi Mathie filio suo carissimo Sacroque Diademati eiusdem fideles esse teneamur, Nos vero attendentes, et in armario cordis nostri premeditantes nobis et successoribus nostris ex-

Digitized by Google

inde bonnm et utile eveuire commoduun, Nos ipsos cum omnibus Heredibus et Successoribus, nec non Castris, Civitatibus, Oppidis, Possessionibus ac Juribus possessionarijs nostris quibusvis, ipsis Domino Matbie Regi et Genitrici eiusdem commendavimus, quin ymo commendamus, spondemusque, ut dum et quandocumque a modo in antea ipsa Domina nostra Elizabeth ad dicta Castra nostra, Civitates, Oppida et possessiones nostras quaslibet, vol earum alterum sive aliam totiens, quotiens intrare voluerit, liberam intrandi, in eisdemque iuxta suam voluntatem pausandi, commorandi, eademque et easdem protegendi habeat plenam potestatis facultatem, ita tamen quod a nobis et filio nostro Laurentio, ac Heredibus nostris utriusque Sexus eadem, et easdem ipsa Sua Serenitas aliquo quesito sub colore non alienabit, Volumus insuper et promittimus ut quousque altissimus Deus cunctorumque creator ipsam Dominam nostram Elizabeth una cum prelibato Domino Mathia Rege in hac vita conservaverit mundiali, eisdem fideles erimus, famulatusque et amicitiam exhibebimus, Castellani vero Castrorum nostrorum ubivis in dicto Regno Hungarie et eius partibus sibi subiectis, et in Bozna existentium, adiacentium et habitorum, secundum voluntatem eorundem Domini Mathie Regis, et Genitricis eiusdem modo simili fideles esse, et famulatus constanter exhibere debeant, et teneantur, casu autem quo, si prefatum Dominum Mathiam Regem, quod Deus avertat, prius, quam annotatam Dominam Genitricem Sue Maiestatis ex hac vita migrare contingere videretnr, ijmmo ipse altissimus Deus eundem uberius regimini sue Sacre Corone et Regnorum suornm iuxta suam voluntatem per tempora longeva feliciter conservare dignetur, extunc sicuti in vita, sic in morte post decessum dicti Domini Mathie Regis contra omnes Hostes et Inimicos tam intestinos quam extraneos ipsius Domine nostre Elizabeth undecumque hoc Regnum Hungarie subintrare pretendentes et machinantes, Nos omnibus, totisque viribus et gentibus nostris penes memoratam Dominam nostram Elizabeth iuxta posse nostrum et secundum voluntatem suam congregatis et habitis tam intestinis, quam extraneis hostibus obviabimus, et obviare ac defendere teneamur. Que omnia et

Digitized by Google

singula suprascripta in omnibus punctis et Clausulis sub fide nostra Christiana, quam omnipotenti Deo debemus, ac in verbo et honore nostris Regijs, Nos realiter et cum effectu observabimus, perpetuoque ac inviolabiliter observaturos spondemus, promittimusque et tenore presentium obligamus. In quorum Testimonium presentes literas nostras Sigillo nostro quo ut Rex Bozne utimur consignatas, dicte Domine nostre Elisabeth duximus dandas et concedendas. Datum Bude in festo Ascensionis Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Secundo.

Az országos levéltárból.

DXXXIX.

Mátyás király Morgondai Mihálynak, János fiának, maga s atyja nevében előadott panaszára, — miszerint bár ő nekiek azon hütlenségökért, hogy János bazini gróf egykori erdélyi vajda mellett Erdély több nemesével ellene felkeltek, már három izben teljes bocsánatot adott, és Morgonda, Voldorf, Rukor és Kövesd erdélyi Fejér megyei helységekbeli részjószágaikat, mellyeket a királytól Thóbiási György maga részére megnyert volt, nekik visszaadatni rendelte, mind e mellett Thóbiási György és fia László, ezen parancsokat tekintetbe nem véve, azokat mind eddig vissza nem adta, — főként János egri püspök közbevetése következtében az ország egyházi és világi nagyainak és nemeseinek érett tanácsa után, különös kegyelemből és királyi teljes hatalmából a panaszkodó Morgondaiaknak ujra teljes bocsánatot ad, azon feltétel alatt, hogy többé illy hűségtelenségbe esni óvakodjanak; mire nézve az erdélyi vajdáknak és helyetteseiknek a legszorosabban megparancsolja,

Digitized by Google

hogy jelen rendelete vételével, a Thóbiási Györgynek adott bármilly adomány- és más levelei ellent nem állván, az említett jószágokat Thóbiási Györgytől és fiaitól vegyék el, adják át Morgondai Jánosnak és Mihálynak s ezeket azok birtokában minden megtámadó ellen oltalmazzák. Kelt Budán május 12-dikén 1472.

Commissio Domini Regis Domino Joanne episcopo Agriensi referente.

Nos Matthias Dei Gratia Rex hungariae, Bohemiae etc. Memoriae Commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis et singulis, quod nobis una cum nonnullis Dominis Praelatis Baronibus, Regnique nostri Proceribus nobilibus, in hac Conventione nostra Generali, pro regni nostri negotiis disponendis hic Budae constitutis. fidelis noster Egregius Michael, filius Joannis de Morgonda, nostrae Majestatis veniens in praesentiam, in sua, ac antefati Joannis Patris sui personis nostrae humillime exponere, et declarare curavit Majestati: Quod quamvis nostra Majestas, quae cunctis suis subditis plus solet misereri, quam ulcisci, deleta, et oblita omni animi sui gravedine, quam eadem ex eo, quod pridem iidem Joannes et Michael una cum aliis Transijlvaniae partis Nobilibus cuidam Joanni Groff de Bazin, tunc Vajvodae nostro adhaerentes, contra nostram Majestatem insurrexerint, ex eoqua notam perpetuae infidelitatis incurrissent, contra eosdem gessisset, et habuisset, eidem Joanni Michaeli, nec non universis ipsorum haereditatibus, portionibusque ac Juribus possessionariis in possessionibus Morgonda praedicta, nec non Voldorf et Rwkor ac Kövesd vocatis in Comitatu Albensi Transylvaniae adjacentibus habitis, et existentibus, ad nonnullorum fidelium nostrorum suplicationem Majestati nostrae superindefactam, post se se tribus jam iteratis vicibus gratiam, et misericordiam fecerit speciales, cunctaque Jura ipsorum possessionaria, haereditatesque, et Bona per Georgium Tabyasij, qui tunc easdem pro se, ac suis haeredibus impetrasse a nostra Majestate dici-

Digitized by Google

tur, Literis nostris mediantibus eisdem Joanni et Michaeli in perpetuum remittere, et resignare mandaverit, et commiserit, Tamen antefatus Georgius Tablijasij, ac Ladislaus filius eiusdem, hujusmodi Litteris nostris gratiosis, ac mandatis superinde transmissis, minime curatis, prescriptas haereditates, portionesque, ac Jura possessionaria, et Bona antefatorum Joannis et Michaelis usque modo eisdem remittere, ac relaxare nullatenus curavissent, et neque curarent etiam in praesenti, easdem, et eadem contra formam praemissae relaxationis gratiosae nostrae erga se conservando in ipsorum Juris praejudicium ac nostri mandati contemtum manifestum. Quare idem Michael in sua ut dictum est, ac antefati Joannis Patris sui personis nostrae Maiestati instantissime ex novo suplicare curavit, ut nos semota, et abjecta omni gravedine nostri cordis ab eisdem, oblitaque nota predicta, quam ipsi modo praemisso contra nostram Majestatem incurrissent, capitibus ipsorum, nec non praemissis haereditatibus, ac Juribus possessionariis, et bonis ipsorum universis, ex novo, ac de novo gratiam, et misericordiam facere, easdemque haereditates et bona ipsorum eisdem in perpetuum relaxare, remittique, nec non eosdem per Vajvodas nostros in dominio eorundem de caetero pacifice conservari, et protegi facere dignaremur gratiose. Unde nos qui cunctorum subditorum nostrorum humillimas et condignas suplicationes exaudire solemus, et admittere, exaudita itaque antefata suplicatione prefati Michaelis nostrae Majestati modo praemisso porrecta, tam ex eo, potissime vero ad humillimam, et singularem intercessionem fidelis nostri dilecti Reverendi in Christo Patris Domini Joannis Episcopi Ecclesiae Agriensis propterea nobis factam de gratia nostra speciali, animoque deliberato, ac potestatis nostrae plenitudine, praefatorum etiam Dominorum Praelatorum Baronum, et Regni nostri *Nobilium* inducti consilio praematuro, eisdem Joanni, et Michaeli de Morgonda, relegata et abjecta omni cordis nostri gravedine, sicuti, et quemadmodum per prius mediantibus prioribus Litteris nostris gratiosis, ita et nunc ex novo, et de novo super cunctis ipsorum Excessibus, Capitibus, nec non haereditatibus, Juribusque possessionariis, et Bonis ipsorum quibusvis, gratiam

Digitized by Google

et misericordiam fecimus speciales, imo facimus et indulgemus praescntium per vigorem, Ita tamen, quod iidem Joannes, et Michael de Morgonda, se de caetero ab hujusmodi nota infidelitatis penitus praecavere, et abstinere studeant, et teneantur, Alioquin praesens nostra Gratia ipsis in nullo valeat suffragari, Quocirca vobis fidelibus nostris Magnificis Vajvodis nostris Transylvanicis, ipsorumque vices gerentibus, harum serie firmissime committimus, et mandamus, taliter per omnia habere volentes, quatenus receptis praesentibus, non obstantibus quibuscumque Litteris nostris Donationalibus, et etiam aliis quibusvis in hujus contrarium antefato Georgio Thobyasij suisque haeredibus superinde datis, et concessis, cunctas haereditates, et Jura possessionaria ac Bona praelibatorum Joannis et Michaelis in jam dictis possessionibus Morgonda, Voldorf, Rukor et Kövesd vocatis existentia et habita a manibus praefati Georgii Thobyasij, et filiorum ejusdem occupare recipere, et auferre, easdemque, et eadem simul cum cunctis ntilitatibus, et pertinentiis quibuslibet de Jure, et ab antiquo ad easdem pertinere debentibus, memoratis Joanni, et Michaeli de Morgonda, ipsorumque haeredibus universis in perpetuum restituere, et reddere, eosdemque per amplius temporibus continuis, Contra quoslibet impetitores in Dominio pacifico earundem, et signanter contra praefatum Georgium Thabyasij et haeredes ejusdem praedictos protegere, ac conservare, ac indemniter manutenere debeatis et teneamini omnibus modis, authoritate nostra Regia praesentibus vobis in hac parte attributa, et Justitia mediante. Et secus pro nostra gratia facere non ausuri, praesentibus perlectis semper exhibenti restitutis. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes Litteras nostras Sigillo nostro in pendenti communitas, eisdem Joanni et Michaeli duximus concedendas. Datum Budae feria tertia proxima ante festum ascensionis Domini, Anno ejusdem Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Secundo, Regni nostri Anno quintodecimo, Coronationis vero Nono.

Aa erdélyi királyi táblának martius 5-dikén 1769. kelt átiratából.

Digitized by Google

DXL.

Mátyás király pozsonyi Meindl János mester királyi korlátnoksági jegyzőnek panaszára, — miszerint, jól lehet testvérének Borbálának férje, nékai Recknicz János pozsonyi polgár, azelőtt öt évvel végrendeletében Borbálától maradt gyermekének Farkasnak gyámjává Vindricht György pozsonyi polgárt és ennek nejét Affrát rendelte volt, mind e mellett Pozsony városa ezeket a gyámságba nem eresztvén, az árva javait elegendő biztositék nélkül egy jövevényre Rechnicz Kristófra bizta, ki azokból már is több mint 700 arany forintot pazarolt el, e mellett pedig a gyermeket nem nevelte, sőt arra említett Vindricht Györgynek és nejének kellett költekezniök, kik Kristóf ellen az esztergomi egyházi szék előtt pert is indítottak ugyan, de abban az ellenfél huzavonája miatt mind eddig ítéletet nem nyerhettek, — a legszorosabban megparancsolja Pozsony városának, hogy jelen levele vételével az említett árva minden ingó s ingatlan javait Kristóftól az ő nevében foglalja el, Vindricht György és neje jelenlétében írja össze s adja Burghart Pozsony városi polgár és koronai adószedő kezébe, kire bizta a javak kezelését és oltalmazását mind addig, míg az ezek iránti per végkép eldöntve nem lesz. Kelt Budán július 4-dikén 1472.

de commissione propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hnngarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis Ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis Salutem et gratiam Venit in conspectum nostrum Fidelis noster honorabilis Magister

Digitized by Google

Johannes Meindl de Posonio Notarius Cancellarie nostre et nobis exponere curavit in bunc modum. Quod licet in anno cuius iam quinta instaret revolutio, post obitum condam honeste Domine Barbare sororis ipsius et consortis condam Johannis Rechnijcz alias concivis vestri sororijque videlicet eiusdem exponentis, eodem condam Johanne mortuo qui ultima eius voluntate quendam puerum filium suum et dicte condam domine Barbare Wolfgangum vocatum, adhuc in tenera etate existentem, simul cum omnibus bonis suis hereditarijs mobilibusque et immobilibus ad conservationem et tutelam dicti pueri Wolfgangi ac bonorum eorundem Circumspecto Georgio Vindricht concivi vestro et honeste Domine Affre consorti sua sororio et sorori dicti exponentis testimentaliter legaverit. Tamen vos favore cuiusdam Cristofori similiter Rechnijcz adveni allecti, non ipsos Georgium Vindricht et consortem eius sed eundem Cristoforum advenam super dictis bonis et rebus ipsius pueri nulla sufficienti cautione ab ipso recepta ad educationem et conservationem huiusmodi rerum et bonorum intromittere permisissetis, qui et nunc minus iuste ac potentia mediante conservationem iurium huiusmodi rerum et bonorum teneret et possideret et iam ultra quam septingentos florenos auri bona dicti pueri dilapidasset, et in dies bona hereditaria dicti pueri Wolfgangi vendere et dilapidare niteretur. Immo quod plus est interim quo dictus Cristoforus predicta bona eiusdem pueri possedisset, nec eidem puero in minimo subvenisset, sed prefati Georgius Vindricht et consors eiusdem enndem puerum hucusque proprijs eorum gravibus in expensis nutrivissent. Et licet snperinde lis et controversia inter ipsum Cristoforum ab una et prefatam Dominam Affram consortem dicti Georgij Vindrecht partibus ab altera tam cum eorundem maximis expensis et dicti Johannis exponentis, quam etiam de bonis dicti pueri ex parte prefati Cristofori factis in Sede Strigoniensi hincinde mota et ventillata iam a certis Annis fuerit, tamen propter diversos prorogationum modos et cautelas ex parte dicti Cristofori de termino ad terminum adinventos dicta Domina Affra nullam exinde finalem iustitiam hactenus consequi potuisset nec adhuc posset in preiudicium dictorum Johannis exponentis

Digitized by Google

ac Georgij et Domine Affre consortis sue, dampnumque tam eorundem quam et dicti pueri Wolfgangi non parvum. Uude supplicatum est nobis ipsis et dicto puero superinde opportune providere. Et cum nos compatientes eidem puero tamquam parentibus orbato ne dicta bona eiusdem pueri aut ratione previa aut propter longum litis progressum inutiliter dilapidentur, ab eodem Cristoforo huiusmodi bona dicti pueri sequestrare et eadem bona in nostra tutela tamquam in manibus fidelibus conservare intendamus. Igitur fidelitati vestre strictissime precipientes mandamus aliud omnino habere nolentes, nec alio mandato nostro superinde expectato, quatenus statim visis presentibus huiusmodi res et bona dicti pueri Wolfgangi tam hereditaria quam mobilia et immobilia a prefato Cristoforo advena, non obstante quacumque occasione adinventa pro nostra Maiestate occupare, eademque bona coram dictis Georgio Vindricht et consorte eius per omnia ad Regestrum signari facere et ab eodem Cristoforo super huiusmodi bonis perceptis pro prestanda cautione rationem recipere, occupataque et signata ac recta ratione ab eodem recepta absque mora protracta bona dicti pueri modo ut dicitur eidem testamentaliter legata manibus fidelis nostri Prudentis et Circumspecti Purkardi concivis vestri et exactoris vectigalis Sacre Corone Regni nostri predicti in ipsa Civitate nostra Posoniensi exigi consveti in specie et sine difficultate dare et assignare debeatis. Commisimus autem et serie presentium strictius committimus ac plenam facultatem damus eidem Purkardo ut ipse huiusmodi bona dicti Wolfgangi pueri cum omni provisione usuumque et fructuum eorundem perceptione tamquam in manus fideles occupare et tamdiu tenere ac eundem puerum Wolfgangum cum auxilio et iuvamine vestris in huiusmodi bonis contra quoslibet illegitimos impetitores et signanter contra dictum Cristoforum Rechnycz indempniter defensare ac manu conservare debeat, donec et quousque causa premissa inter partes predictas previa ratione ut premittitur mota et ventillata finaliter terminabitur nostre Maiestatis in persona et auctoritate nostra Regia presentibus vobis et dicto Purkardo in hac parte attributa mediantibus. Secus non facturi gratie nostre sub obtentu.

Digitized by Google

Presentibns perlectis exbibenti restitutis. Datum Bude feria sexta proxima post festum Visitationis beate Marie Virginia gloriose Anno Domini millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo. Regnorum nostrorum Anno Hungarie quintodecimo Bohemie vero qnarto.

Pozsony városa levéltárából.

DXLI.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja, hogy a kebeléből neki járó ujéri ajándékot, mellyet egy más levelében Awer, más néven Fretter Jánosnak ajándékozott, de most tőle bizonyos helyes okok miatt elvett, ezentúl, emlitett levele ellent nem állván, ne annak, hanem Alsó-Lendvai Bánfi Miklósnak, vagy jelen levelét előmutató emberének adja. Kelt Budán július 18-dikán 1472.

de commissione propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis Salutem et gratiam. Qualiter quamvis nos alias mediantibus alijs literis nostris munera nostra Strenualia que nobis singulis festivitatibus Circumcisionis Domini e medio vestri provenire debent Johanni Awer alio nomine Fretter dederimus et contulerimus, Tamen nos certis et rationalibus ex causis huiusmodi munera strenu-

Digitized by Google

alia ab eodem Johanne abstulimus et alienavimus, sibique a modo in posterum eadem per vos administrari nolumus. Quare fidelitati vestre firmissime precipientes mandamus quatenus dicta munera strenualia de cetero fideli nostro Magnifico Nicolao filio Bani de Alsolindua Comiti vestro aut homini suo presentium scilicet ostensori dare et assignare debeatis, non obstantibus prioribus literis nostris prefato Johanni superinde datis. Secus non facturi Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria sexta proxima ante festum beate Margarethe virginis et martiris Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. quintodecimo Bohemie vero quarto.

Pozsony városa levéltárából.

DXLII.

Mátyás király Szőllősi mesternek, Horváth János mármarosi főispán helyettesének, és Hinczi András mármarosi polgárnak Huszt, Sziget, Hosszúmező, Visk és Técső mármarosi városok összes polgárai és lakosai nevében tett kérelmére, de tekintetbe vévén azt is, hogy az említett városok a mult időkben az iránta tanusitott hűségért az oláhok és más ellenségek által leégettettek és megkárositlattak, azokat a magyar királyoktól nyert és atyja idejében is élvezett minden szabadalmaikban megerősíti, e rendelete megtartását Horváth János mármarosi főispánnak és utódainak szorosan megparancsolván. Kelt Budán augustus 2-dikán 1472.

Digitized by Google

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bobemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibns expedit universis. Quod nos tum accepta supplicatione fidelinm nostrorum honorabilis et circumspecti Magistri de Zewllews Vicarij Jobannis Horwath Comitis et Andree Hinczy Civium terre Maramarossiensis, per eos pro parte ipsorum ac universorum Civium et Inhabitatorum Oppidornm nostrorum Hwzth, Zigetb, Hozzwmezew ac Wisk et Techew in Comitatu terre Maramarossiensis existentium commorantinm nobis propterea facta, tum vero percepta combustione ac devastatione et desolatione eorundem Oppidorum nostrorum quas superioribus temporibus eadem penes fidelitatem ipsorum nobis observandam per Valachos et alios emulos nostros susceperunt, Eosdem Cives et Inhabitatores Oppidorum eorundem et vnumquemque eorundem sicuti maiorem sic et minorem omnibus illis libertatum prerogatiuis, quibus ijdem temporibus predecessorum nostrorum Regum Hungarie ac etiam quondam Inclyti Genitoris nostri usi fuere et gavisi, etiam nostris temporibus uti, frui, et gaudere volumus, et annuimus decernimusque per presentes. Quocirca vobis Fidelibus nostris Egregio Johanni Horwath moderno Comiti, universisque alijs et singulis futuris Comitibus dicti Comitatus terre nostre Maramarossiensis harum serie firmiter committimus et mandamus, ut a modo deinceps perpetuis semper successivis temporibus universos prefatos Cives et Inhabitatores Oppidorum nostrorum predictorum in cunctis et omnibus libertatibus eorum, quibus scilicet ijdem temporibus dictorum predecessorum nostrorum Regum Hungarie, ac etiam condam Domini Inclyti Genitoris nostri usi fuere et gavisi, tenere et conservare debeatis, Nec eosdem contra huiusmodi eorum libertates in aliquo turbare et impedire presummatis et nec sitis ausi modo aliquali Gratie nostre sub obtentu. Presentes autem quas Sigillo nostro Personali impendenti communiri fecimus post earum lecturam semper reddatis presentanti. Datum Bude die Dominico proximo post festum ad Vincula Beati Petri Apo-

Digitized by Google

stoli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Secundo. Regni nostri quintodecimo, Coronationis vero Nono.

Sziget városa levéltárából.

DXLIII.

Mátyás király Szeben városa s az erdélyi hét szász szék panasza következtében meghagyja az erdélyi sókamarásoknak, kogy a panaszkodóknak régi kiváltságaik szerint járandó porsót, mellyet azoktól több parancsa ellenére több év óta megtagadtak, ezentúl évenként a szokott három határidőben okvetetlen szolgáltassák ki. Kelt augustus 5-dikén 1472.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis Camerarijs, Salium nostrorum partium Regni nostri Transsiluanarum, presentibus et futuris presentinm notitiam habituris Salutem et gratiam. Expositum extitit Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Prudentum et Circumspectorum Magistri Ciuium Judicum et Juratorum ceterorumque Ciuium Ciuitatis nostre Cibiniensis, nec non vniuersorum Saxonum, septem Sedium Saxonicalium ad modum grauis querele, Quod quamuis antiqua eorum libertate ipsis a diuis Regibus Hungarie nostris scilicet predecessoribus concessa requirente, prefatis Ciuibus et Saxonibus nostris Sales miliatj pro vsu ipsorum de dictis cameris dati fuerint et administratj Tamen vti accepimus vos buiusmodi Sales Miliatos prefatis Ciuibus et Saxonibus nostris a pluribus Annis dare et ad-

Digitized by Google

ministrare denegassetis et recusassetis quod eo grauius tulimus quum plurima iam mandata nostra vobis superinde data surda aure pertransire curatis. Et quia nos eosdem Ciues et Saxones nostros qui non paruos labores et impensas pro nobis subierunt in eorum antiquis libertatibus etiam temporibus nostris conseruare volumus Ideo Fidelitati vestre et cuiuslibet vestrum harum serie firmiter precipiendo mandamus omnino ita habere volentes quatenus a modo deinceps prefatis Ciuibus et Saxonibus nostris huiusmodi Sales miliatos eisdem per dictos, predecessores nostros deputatos singulis Annis in ipsis tribus terminis ab antiquo consuetis et deputatis dare et administrare modis omnibus debeatis, Et secus prout grauissimam indignationem nostram incurrere formidatis non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in Festo beate Marie Virginis de niue. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. Quintodecimo Bohemie vero quarto.

Ad Relationem domini Thezaurarij.

Szeben városa levéltárából.

DXLIV.

Mátyás király Oroszi Vér Andrást, anyja Erzsébet házi emberét, a szent koronának és neki tett hű szolgálataiért Békes megyei Tarcsa helységében bizonyos részjószággal, melly Józsa Tamás magva szakadtával a koronára szállott,

Digitized by Google

valamint ugyanazon megyei Szarvas helységében létező királyi jogával adományozza meg. Kelt Budán augustus 12-dikén 1472.

De commissione domini Regis Nicolao Banffij Comite Posoniensi referente.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos attentis et consideratis fidelitate, et seruicijs fidelis nostri Nobilis Andree Wer de Vroz familiaris Illustris domine Elisabeth Genitricis nostre carissime per ipsum nobis et Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone iuxta sue possibilitatis exigenciam, cum omni fidelitatis constancia exhibitis, et impensis, quandam porcionem possessionariam in possessione Tarcha in Comitatu Bekesiensi habitam, que alias condam Thome Josa dicti prefuisset, sed per defectum seminis eiusdem ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie Coronam, consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem rite et legittime deuoluta esse perhibetur, Item totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in eadem porcione possessionaria, et eciam in totali possessione Zarwas vocata in eodem Comitatu de Bekes habita, qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscumque causis, uijs, modis et racionibus concernerent Maiestatem simulcum cunctis suis vtilitatibus, et pertinencijs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus cultis, et incultis agria etc. generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de Jure spectantibus et pertinere debentibus premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus memorato Andree Weer snisque heredibus et posteritatibus vniuersis *dedimus donauimus* et contulimus, Ymmo damus, donamus, *et conferimus Jure* perpetuo et irreuocabiliter tenendas possidendas, pariter *et* habendas, Saluo Jure alieno Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Quas in formam nostri priuilegij

Digitized by Google

redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Assumpcionis Beatissime Marie Virginis Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo, Regni nostri Anno quintodecimo, Coronacionis vero Nono.

Az eredetiből.

DXLV.

Mátyás király Zsigmond Bazini grófot, ki azon perben, mellyet Poki Ferencs, Péter és Antal ellene némelly Győr, Sopron, Veszprém és Esztergom megyei jószágokbani beigtatásuk alkalmával tett ellenmondásának okadására indítottak, — a sz. Jakab napi törvényszakon személyes jelenléte előtt 37 napig nem jelent meg, a szokott büntetésben elmarasztalja, ha magát ez iránt igazolni nem tudandja. Kelt Visegrádon augustus 30-dikán 1472.

Nos Mathias Dei Gracia Rex Hungarie Bohemio etc. Damus pro memoria. Quod Stephanus de Izkaz pro Francisco, Petro et Anthonio de Pok cum procuratorijs litteris Capituli Ecclesie Janriensis contra Magnificum Sigismundum Grof de Bozin ad octauas festi beati Jacobi Apostoli triginta septem diebas continuis legitime stetit in termino coram nostra personali presencia, item iuxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum super facto Contradiccionis, Statuoioni porcionum possessionariarmn in possessionihus Pok predicta, ac

Digitized by Google

Merges, Homorod, Theth, Utal, Rethij et Kos in Jauriensi, Izkaz in Weaprimiensi, Ond, Danielczenkij in Soproniensi Berche et Nijek in Strigoniensi Comitatibus existentibus habitarum, Item similiter porcionnm possessionariarum in possessionibns Agijagos in dicto Soproniensi ac Vanijala, Meusse et Sebes in Jauriensi prenotatis Comitatibns — — — — — totale Jus nostrnm Reginm si qnod in prenotatis porcionibns possessionarijs et possessionibus haberemus, perhemptoriam responsionem eandem personalem in presenciam nostram non venit, neque misit, Vnde ipsum in Judicio consueto commisimns facere conuictum si se racionabiliter non posset excusare. Datum in Vissegrad trigesimo septimo die Termini prenotati Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo secundo.

A szepesi káptalan levéltárából.

DXLVI.

A budai káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Mátyás királynak a folyó évi augustus 12-dikén kelt beigtató parancsa következtében Oroszi Vér Andrást Békes megyei Tarcsa helységbeli bizonyos részjószágba s ugyanazon megyei egész Szarvas helységében létező királyi jogba november 2-dikán Ölyvedi Földes Demeter királyi emberrel minden ellenmondás nélkül beigtatta. Kelt november 17-dikén 1472.

Capitulum Ecclesie Budensis Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris

Digitized by Google

Salutem in Salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum aerie volumus peruenire. Quod nos litteras Serenissimi Principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Bohemie etc. domini nostri graciosissimi Introductorias et Statutorias nobis directas reuerencia qua decuit recepimus in bec uerba. Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fideiibus nostris Capitulo ecclesie Budensis Salutem et graciam. Cum nos attentis et consideratis fidelitate et seruicijs Fidelis nostri Andree Weer de Vroz Familiaris Illustris domine Elisabeth Genitricis nostre carissime, per ipsum nobis et Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone iuxta sue possibilitatis exigenciam, cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis quamdam porcionem possessionariam in possessione Tarcha in Comitatu de Bekes habitam, que alias condam Thome Josa dicti prefuisset, sed per defectum seminis eiusdem ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie Coronam, consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem rite, ac legittime deuoluta esse perhibetur, Item totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in eadam porcione possessionaria, et eciam in totali possessione Zarwas vocata in eodem Comitatu Bekes habita qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscumque causis, vijs modis et racionibus concernerent Maiestatem, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet premissis sic vt prefertur stantibus, et se habentibus, memorato Andree Weer suisque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem per nostrum et vestrum homines in dominium earundem legittime facere introduci, Super quo Fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Hegy, aut Johannes Fodor de Halazthelek, siue Osualdus de eadem, neue Sebastianus de eadem, an Demetrius Feldes de Elued alijs absentibus bomo noster, ad facies dictarum possessionum Tarcha et Zarwas vocatarum, consequenterque porcionis possessionarie in dicta Tarcha habite, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatia et

Digitized by Google

presentibus accedendo, Introducat prefatum Andream Weer in dominium earundem, statuatque eandem possessionem Zarwas nomine Juris nostri Regij, ac dictam porcionem possessionariam simulcum Jure nostro etiam in eadem habito, ac alijs cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet premisso Jure sibi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocet ipsos contra annotatum exponentem ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse Statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato vt fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Assumpcionis Beate Marie Virginis Anno domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo secundo, Regni nostri Anno deciquinto, Coronacionis vero Nono. Nos itaque mandatis prefati domini nostri Regis in omnibus obedientes vti tenemur vnacum prenominato Demetrio Feldes de Elued homine suo Regio nostrum hominem videlicet discretum Michaelem presbiterum Rectorem Altaris Sancte Crucis in eadem Ecclesia nostra fundati ad premissam Introduccionem et Statucionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis conformiter retulerunt, Quod ipsi feria secunda proxima post festum omnium Sanctorum proxime preteritum, ad facies dictarum possessionum Tarcha et Zarwas vocatarum, consequenterque porcionis possessionarie in dicta Tarcha habite accedendo vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presertim Nobilibus de Nadan, Benedicto de Edeles, Thoma de Kiralij, et Gallo filio Georgij de eadem, necnon Johanne, Sebastiano ac Stephano Talas dictis de Halaztelek presentibus, prefatum Andream Weer in dominium earundem introduxissent, eandemque possessionem Zarwas nomine Juris Regij ac dictam porcionem possessionariam simulcum Jure Regio eciam in eadem habito, ac alijs cunctis suis vtilitatibus, et pertinencijs quibuslibet premisso Jure sibi incumbente perpetuo possidendas.

Digitized by Google

nullo contradictore apparente statuissent, diebus legittimis, et horis in faciebus earundem permanendo. In cuina rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendenti Sigillo nostro consignatas, alphabetoque intercisas ad fassionem dictorum domini nostri Regis et nostri hominum duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introduccionis et Satucionis prenotatarum, Anno domini supradicto presentibus ibidem honorabilibus dominis Thoma Cantore, Ladislao Custode, Magistris Paulo, altero Paulo, Nicolao, Thoma, Benedicto, Matheo, Philippo, Michaele, Laurencio ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei ecclesia predicta Regi iugiter famulantibus sempiterno.

Az eredetiből.

DXLVII.

Mátyás király Lénárt szent mária-hegyi, másként borsmonostrai apát kérésére az esedezőnek és monostorának a magyar királyoktól nyert és ezeknek leveleivel bebizonyított azon szabadalmát, miszerint polyári ügyeikben minden más bíróság hatósága alól kivételtvén, egyedül a királyi személyes jelenlét bírósága alá helyeztetett és bárminemű adózásoktól, díjaktól és más fizetésektől fölmentetett, megerősítvén, az illetőknek e szabadalom szoros megtartását kötelességökké teszi. Kelt Sopronyban november 30-dikán 1472.

Digitized by Google

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod fidelis noster Venerabilis et Religiosus Frater Leonardus Abbas Montis Sancte Marie, alias de Borsmonostra, nostrum veniens in conspectum, nostre Maiestati exponere curauit hoc modo. Quomodo ipse et per consequens dicta Ecclesia sua, a dudum ex concessione diuorum Regum Hungarie nostrorum scilicet predecessorum, ab omni Judicio et Judicatu, ac quauis potestate et Jurisdiccione Palatini et JudicisCurie nostre, necnon Comitum, vel ViceComitum et Judicum Nobilium Comitatus Soproniensis, aliorum eciam vniuersorum Judicum et Justiciariorum Secularium Regni nostri prefati eorumque in Judicatu vicesgerencium, dempta duntaxat personali nostra presencia, necnon ab omnibus taxis, contribucionibus et alijs quibuslibet exaccionibus quibuscumque de causis emergentibus perpetue exemptus sit et habeatur, prout id ex literis et priuilegijs dictorum predecessorum nostrorum Regum Hungarie coram nobis in specie productis et per nos confirmatis clarius vidimus contineri, Vnde supplicauit Maiestati nostre Idem Frater Leonardus humiliter et deuote, vt eundem et dictam Eeclesiam suam in huiusmodi annuencia et disposicione conseruare dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacione inclinati, tum vero consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum gratuitis meritis eiusdem Fratris Leonardi, eundem et dictam Ecclesiam suam in omnibus illis libertatibus et exempcionibus, quas a prefatis predecessoribus nostris Regibus Hungarie habet, relinquimus et committimus presencium per vigorem, volumusque conseruare. Quocirca vobis fidelibus nostris Magnificis Palatino et JudiciCurie nostre, vestrisque in Judicatu vicesgerentibus necnon Comitibus ViceComitibus, et Judicibus Nobilium dicti Comitatus Soproniensis, alijsque vniuersis dicti Regni nostri Judicibus et Justiciarijs Secularibus, item vniuersis et singulis Dicatoribus et Exactoribus quarumcumque exaccionum in dicto Comitatu constituendis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo

Digitized by Google

deinceps prefatum Leonardum Abbatem, in quibuscumque causis, et earum Articulis, pro quocumque facto vel negocio motis vel mouendis, ad quorumuis Instanciam iudicare vel vestro astare Judicatuj, aut aliquam Jnrisdiccionem in eundem exercere, sed nec ad soluendam aliquam Taxam, scu Contribucionem, aut quamcumque exaccionem, contra formam antique libertatis sue arctare et compellere, aut eundem propterea impedire, seu molestare presummatis, nec sitis ausi modo aliquali, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Sopronij in festo beati Andree Apostoli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Secundo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. Quintodccimo, Bobemie vero quarto.

Hevenessi kéziratából LIII. köt. 262—265. l.

DXLVIII.

Mátyás király pozsonyi Meyndl János mester királyi korlátnoksági jegyző előterjesztésére, — miszerint őt Pozsony városa Rechnicz Kristóf ügyében a szent Márton napi törvényszak tizennegyed napjára maga elé idézte, de ő hivatalos elfoglaltatása miatt ott akkorra meg nem jelenhetett, — meghagyja az említett városnak, hogy ezen ügyet addig, mig Meyndl János Pozsonyba visszatérhetend, függesszsze fel. Kelt Sopronyban december 6-dikán 1472.

Digitized by Google

de commissione propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Prudentes et Circumspecti fideles nobis sincere dilecti. Referente nobis fideli nostro honorabili Magistro Johanne Meyndl de Posonio etc. Notario Cancellarie nostre intelleximus quod licet vos iam pridem dum Posonij apud vos esset in causa ex parte cuiusdam Cristofori Rechnijcz sibi quartodecimo die festi Sancti Martini proxime preteriti coram vobis comparendi terminum prefixeritis. Tamen idem qui in Cancellaria nostra diversis rebus et arduis negotijs nostris intentus ratione cuius ipse ad eundem terminum accelerare seu venire nequivisset. Ob hoc hortamur vos nichilominus fidelitati vestre firmissime harum serie committentes, quatenus visis presentibus huiusmodi causam ex eo, quod idem Johannes debebit in negotijs nostris premissis ulterius occupari statu in quo nunc existit gravamine et variatione absque omni usque reditum dicti Johannis Meijndl in illam nostram Civitatem Posoniensem differre et prorogare velitis et debeatis. Et secus non facturi. Datum Sopronij in festo beati Nicolai Episcopi et Confessoris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero quarto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis Ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

DXLIX.

Mátyás király a pozsonyi káptalannak levelét, — melyben az bizonyságot tesz arról, hogy előtte Hodosi Kozma fiai Péter és Pál egy részről, másról pedig ugyancsak Hodosi Andor fia Karácson, Hodosi Márk fia Lőrincz és Hodosi Cset fia Péter személyesen megjelenvén előadták, miként rokonuknak, Póka fiának Pálnak, őket közösen illető birtokára nézve, melly iránt hosszas ideig pörlekedtek volt, atyafiságosan akként egyeztek meg, hogy azt kétfelé osztván, annak déli része minden tartozandóságával az emlitett Péteré és Pálé legyen, — szóról szóra megerősiti. Kelt Pozsonyban aprilis 3-dikán 1473.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, Quod Petrus filius Cosme de Hudus suo et Pauli fratris sui nomine ad nostram accedens presentiam, exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales Capituli Ecclesie Posoniensis hunc tenorem continentes. Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, Capitulum Ecclesie Posoniensis Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam barum serie volumus pervenire, Quod Petrus et Paulus filij Cosme, Nobiles de Hudus, personaliter coram nobis constituti exhibuerunt nobis litteras nostras patentes, tenorem infrascriptum continentes, humiliter nobis supplicando, nt nos ipsas litteras sibi tutiorem ad cautelam in formam privilegij easdem duplicando, redigere faceremus, quarum tenor talis est. Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis, significamus quibus expedit, presentium per tenorem, quod Petro et Paulo filijs Cosme Nobilibus de Hudus, ab una parte Karacbino filio Andurnuk, Laurentio et

Digitized by Google

— — filijs Mark, et Petro filio Chet de eadem ab altera, coram nobis personaliter constitutis, snnt confessi, quod licet mota fuisset materia questionis inter ipsos super possessione Pauli, filij Pouka proximi ipsornm, eos communiter contingente, diutiusque inter ipsos faisset ventillata, ad ultimum tamen mediantibus probis viris, et maxime ratione affinitatis in huiusmodi concordie devenissent unionem, quod totam possessionem dicti Pauli ipsum de Jure contingentem in duas partes modo suprascripto divisissent, Pars videlicet inferior a parte meridionali Curie eiusdem Pauli cum Pomario horto, terris arabilibus et non arabilibus, fenetis, pascuis pecorum ad eandem dimidiam Curiam sen Sessionem spectantibus, ac cum ceteris utilitatibus quas habero dignoscitur, aque vero piscature a parte in toto cessisset eisdem Petro et Paulo Jure perpetuo in filios filiorum possidenda, habenda, parte a media — — — — — — — — — — priuilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Posonij Sabatho proximo ante Dominicam Judica. Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo tertio, Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. Sexto decimo, Bohemie vero quarto.

Czech János közléséből.

DL.

Mátyás király Sarrach Burghart Pozsony városi koronaadószedőnek megparancsolja, hogy azon 100 arany forintot, mellyet Pozsony városa fölsegélésére a koronaadóból utalvá-

Digitized by Google

nyozott, jelen levele vételével az ő számadására fizesse ki. Kelt Pozsonyban april 9-dikén 1473.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fideli nostro prudenti et circumspecto Purchardo Sarrach exactori vectigalis Sacre Corone in Civitate nostra Posoniensi constituto Salutem et gratiam. Quia nos fidelibus nostris prudentibus et circumspectis Magistro Civium Judici et Juratis ceterisque Civibus dicte Civitatis nostre Posoniensis pro subsidio eiusdem Civitatis Centum florenos Auri de proventibus vectigalis Corone per te dari depntavimus. Ideo fidelitati tue harum serie firmiter mandamus, quatenus statim visis presentibus, huiusmodi centum florenos Auri de ipsis proventibus Corone prefatis Civibus nostram ad rationem dare debeas, et aliud non facturua, presentes autem pro tua expeditione reserves. Datum Posonij feria sexta proxima ante dominicam Domine ne longe. Anno Domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo tertio. Regnorum nostrorum Sextodecimo, Bohemie vero quarto.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

DLI.

Mátyás király a Bécsben összegyült osztrák rendeknek hozzá intézett felszólitására adott válaszában kinyilatkoztatja, hogy ő a császár által ezelőtt darab idővel engedetlen alattvalói megzabolázására fölkéretvén, azok közől többeket kérdőre vont, mentségeiket és sérelmeiket kihallgatta, s általok e sérelmek orvoslása végett közbenjárásra szólittatván fel, őket mint cseh király és a római birodalom választó fejedelme védelmébe vette. Mire a császár őt megkérte és felhatalmazta, hogy az emlitett alattvalókkal, kiket a császár Enzersdorfba mindszent napra e végből összehivott, értekezvén, velök nevében egyezkedjék, sőt mellette, ha kivántatnék, az egyesség pontjainak megtartása iránt kezességet is vállaljon. A császár kedvéért ezt is megtette, s az elégedetleneket sérelmeik orvoslásáról biztositván és ez iránt kezességet vállalván hűségökre visszavitte. Miután azonban a császár mind e mellett a sérelmeket nem szüntette meg, sőt azok még most is növekednek, ő elvállalt kötelességénél fogva, ha a sérelmek orvoslását a császárnál nem eszközölhetné, azoknak megszüntetését más uton is eszközölni igérkezik. Kelt Brünben június 28-dikán 1473.

Mathias von gots gnadn zw hungern zu Behaim kunig etc.

Erwirdigen andechtign wolgebornn Edeln fursichtign vnd vnnser pesunnder lieben, Als vnns vor ettlicher zeit von dem allerdurchleichtigisten fursten vnnserm lieben Vatter dem Romischn kaiser vngehorsam der lanndtlewt in Osterreich verkundt ist vnd von seiner Maiestät gebeten sein Sy allain mit dem swert vnd kainer taydung gehorsam zu machn darinn ettlich lanndtlewt besanndt zw redt gehaltn Ir entschuldigung vnd beschwerung gehört vnd auf ir begern, das der k. Maie-

Digitized by Google

stät verkundet vnd gepetn haben Ir genediger herr zw sein, in vnd dem lannd solh vnpillich beschwärung abzuladen, Das aber bey der kayserlich Maiestät nicht genemlich aufgenomen ist Sunder solch beswerung darauf gemert vnd vns aber mit vil vngelimphlicher klag vnd hilff, wider Sy gebetn hat, vnd auf das Sy die k. Maiestat mit klag an vns gebetn hat, haben wir Sy vnd all ir mitgewondt, auf ir rechtlichs vnnd genugsams erbietn vnd begern als ein kunig zw Beheim, vnd Obrister kurfurst des heilign Reichs in vnnsern Scherm fur gewalt vnd vnrecht genomen vnd das der k. Maiestat auch ettlichn lanndtlewtn in Osterreich zw geschribn Darauf vnns aber die kaiserlich Maiestat gepetn hat die berurtn lanndtlewt sicherhaithalbn irer person auch vmb ablegung aller vngnadn vnd wenndung der berurttn beswerung wider die so sein kaiserliche Maiestat gen grossen Entzestorff auff allerheilign Tag nagstuerganngn geuordert hat ainig wordn, an seiner stat, in seiner person in sein nam vnd fur in zu uersorgn vnd ir parg vnnd furstannd darinn zu sein, wie das die Gwaltzbrieff vns darumb gegeben ausweisen, das vnns sein Maiestat das halbtn welle Das habn wir demselben vnserm lieben Vatter, zu gualln getan vnd vmb des willn, das mer vnrats so sich daraus begebn möchte niedergelegt wurde vnd vermittn belib. Nun haben vnns die berurtn lanndlewt so sein Maiestät gein Enczestorff eruodert hiet in verainigung des lanndsbeswerung halbn in geschrift gesenndt vnd durch ir namhaft Sanndpotn gepetn bey Der k. Maiestat daran zu sein damit die beswärung abgetan vnd gewenndt wurden, darin wir alln vnsern muglichn fleis getan habn, Wann aber das alles bey der k. Maiestat nicht zu wenndung dienn will Sonnder solh beswerung stetigklich hoher gemert werdn, sein wir als parg vnd furstand vnnser verschreibung die wir der k. Maiestat zw willn auf sein Gwaltbryef darinn geben haben ermont, Nu binttn uns ye solh vnnser verschreibung so hoch Ob wir mit gutigkait solh wenndung bey der k. Maiestät nicht erlanngn mochtn, das wir schuldig sein dartzue zu tun, damit ew vnd dem lannd solh beswerung in massen, wie vns die von Entzestorff zugeschickt ist vnnd von ewch gebetn sein, enntlich vnd bestenndlich ge-

Digitized by Google

wenndt werde, Geben zw Brunn an Montag der heiligen zwelf botn sannd peter vnnd sannd paulstag Anno *Domini etc.* lxxiij.

de Commissione propria domini Regis.

Kivülről : Den Erwirdign andechtigen Wolgebornn Edln vesstn Ersamen fursichtigen und weysen vnnsern besunder liebn in dem lanndtag in Osterreich was der yetz zu Wienn in Samung beyeinannder sein.

A csász. bécsi könyvtárból Mscr. sz. 18. a.

DLII.

A sümegi szent Egyed monostorának conventje tudósitja Gúthi Ország Mihály nádort, hogy 1473-dik évi febr. 13-dik napján kelt igtató parancsa következtében Szentgyörgyi Vincze Péter özvegyét Orsolyát és Berzenczei László özvegyét Agathát bizonyos Somogy megyei Háromfalva, Telek, Ór, Simonfalva, Berzencze, Szaniszló és Csokonya helységekben fekvő s említett Berzenczei László után őket zálogkép illető jobbágytelkek zálogos birtokába június 24-dikén minden ellenmondás nélkül beigtatta. Kelt július 16-dikán 1473.

Magnifico Viro Domino Michaeli Orzagh de Gwth Regni Hungarie Palatino, ot Judici Cumanorum, Domino et Amico eorundem honorando Conventus Monasterij Sancti Egidij de Symigio Amicitiam paratam cum honore. Vestra noverit Magnificentia nos litteras vestras Introductorias et Statutorias nobis directas honore quo decuit, recepisse in hec verba. Amicis suis Reverendis Conventui Ecclesie Symeghiensis Michael Orzagh de Gwth Regni Hungarie Palatinus, et Judex Cumanorum

Digitized by Google

Amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Nobilium Dominarum Vrsule Relicte Petri Vyncze de Zenthgyerg, ac Agathe Relicte Ladislai filij Georgi filij Lorandi de Berzencze Qualiter omnino ipse in dominium quarundam portionum possessionariarum dicti condam Ladislai de Berzencze in possessionibus infra notandis, puta in villa Harumfafalwa Johannis Laszij, et Petri Lewrincze unius Sessionis, Benedicti Molnar medie Sessionis, Johannis Magni medie Sessionis, Egidij Zabo medie Sessionis, Andree Magni medie Sessionis, Luce Soos medie Sessionis, Petri Zabo medie Sessionis, Jacobi, et Georgij Zabo unius Sessionis, Egidij et Blasij unius Sessionis, Item in villa Thelek Pauli Thoth, et Elie vnius Sessionis, Laurentij filij, et Andree Pauli vnius Sessionis, Johannis Bartholomei medie Sessionis, Blasij Bessenye medie Sessionis, Item in villa Ewr Mathie Marijas unius Sessionis deserte Benedicti Ivani unius Sessionis deserte, Anthoni Pauli medie Sessionis deserte, Item in villa Symonfalwa Benedicti Carpentarij medie Sessionis, Item in Berzencze Petri Gyolthij unius Sessionis deserte, Item in villa Zaniszlo Georgij Thoma medie Sessionis, in villa Chowanya Valentini filij Andree pariter medie Sessionis in Comitatu Symeghiensi existentium habitarum, ipsas Dominas exponentes titulo pignoris concernentium legittime veilent introire. Super quo vestram Amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Valentinus de Genczel, aut Stephanus de Korothna, vel Thomas de Haga de Paczad, sive Nicolaus Mathys de Ded, alijs absentibus homo noster ad facies dictarum Possessionum Harumfafalwa, Thelek, Ewr, Symonfalwa, Berzencze, Zanyzlo, et Chovanya vocatarum in dicto Comitatu Symeghiensi existentium, consequenterque prescriptarum portionum possessionariarum dicti quondam Ladislai filij Georgij, filij Lorandi de Berzencze in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis, et presentibus accedendo introducat memoratas Dominas Vrsulam, et Agatham, in Dominium earundem, Statuatque easdem eisdem simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet premisso pignoris titulo ipsis incumbente possidendas, quod si non fuerit contradictum, Contradi-

Digitized by Google

ctores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatas Dominas Vrsulam, et Agatham, exponentes nostram in presentiam ad Terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, Et posthec huiusmodi Introductionis et Statutionis seriem, cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse Statutioni intererunt nominibus, et Termino assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Korothna Sabbatho proximo post festum Beate Scholastice Virginis, Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo tertio. Unde nos petitionibus eiusdem Vestre Magnificentie satisfacere volentes ut tenemur una cum prefato Valentino de Genczel homine vestro nostrum hominem videlicet Religiosum virum fratrem Paulum sacerdotem, unum ex nobis ad premissam Statutionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, Qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quomodo omnino ipsi feria quinta proxima post festum Beate Julianne Virginis proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Harumfafalwa et Tbelek vocatarum, consequenterque prescriptarum portionum possessionariarum predicti quondam Ladislai filij Georgij, filij Lorandi de Berzencze in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accessissent, introduxissentque memoratas Dominas Vrsulam quondam Petri Vincze de Zenthgyergh, et Agatham quondam Ladislai filij Lorandi de Berzencze Relictas in dominium earundem, statuissentque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus, et pertinentijs quibuslibet premisso titulo pignoris ipsis incumbente possidendas, nemine contradictore penitus apparente. Datnm sedecimo die diei Introductionis et Statutionis predictarum Anno Domini supradicto.

Márkus Ignácznak táblai peréből az ellenmondók ellen.

Digitized by Google

DLIII.

Mátyás király Pozsony városának ismételve megparancsolja, hogy azon összeg pénzt, melly újévi ajándékából előbbi rendelete következtében Aver Jánost illeti, ennek minél előbb fizesse ki. Kelt Budán augustus 24-dikén 1473.

de commissione propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Prudentes et Circumspecti viri fideles nobis sincere dilecti. Quemadmodnm prius ita et nnnc vobis mandamus quatenus illam snmmam pecunie, que ratione mnnerum strennalium fideli noatro Johanni Awer e medio vestro provenire debet et qna eidem hactenus obligaremini, eidem modis omnibus persolvere debeatis. Nec aliud faciatis. Datum Bude in festo beati Bartholomei Apostoli Anno Domini millesimo quadringentesimo septuageaimo tertio, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. Sextodecimo, Bohemie vero quinto.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Viris Judici Magistroque Civium necnon Juratis Civibus Civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis dilectis.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

DLIV.

Mátyás király Pozsony városának komoly nehezteléś terhe alatt meghagyja, hogy Windberger Pál pozsonyi polgárt, kit a város bizonyos Dovaranszky követelésére, bár az ezen bajba mint tudva van az ő ügyében eljárva jutott, a nélkül hogy őt ez ügyben mint illih tudósította volna, régóta nehéz fogságban tart és minden javaiból kiszorított, azonnal bocsássa szabadon és helyezze vissza javaiba, fivérét pedig Windberger Györgyöt hüldje Nyitrába, hogy adósságát Dovaranszkynak fizesse le. Kelt Budán augustus 27-dikén 1473.

de commissione propria Domini Regis.

Mathias von Gots gnadn zu Hunger zu Beheim kunig etc. Ersam, fursichtig, weis, liebn, getrewn. Wir sein bericht wie unser getrewer Paul Windperger ewr mitburger im lanngczeith auf des Dowaranszky annlangen durch euch in swerer venkhniss lige, und sunst von allem seinem gut gedrungen wer. Nu nimbt uns frembd von ew das Ir solchs ausserhalb unsers gescheffts habt tuen, tan nach dem und Ir wol wisst das er in die beswernuss des Dowaranszky halben von unser wegen kombt, und Ir uns des tathalben wol pillich ersucht hiett, Wie dem allen empbellen wir ew bei vermeidung unserer swerer Ungnad ernnstlicb, und wellen dasz Ir nach Angesicht des briefs den benanten Paul ausz ewr venkhnuss ledigen gebet, auch sunst in gewer all seines gut zusetzet und darhum kain annders tut, wenn wir bephelhen haben, und damit geschikt seinen Bruder Jorgen Windperger auf den Ansuct gen Neytra dem Dowaranszky sein schuld zebezallen, das ist unser ernnst-

Digitized by Google

liche maynung. Geben zu Ofen am Freitag vor Sannd Augustins tag Anno Domini etc. LXXIIJ Unser Reich des Hungrischen etc. im sechczehenden und des Bohemischen im fünften Jarn.

Kivülről: Den ersamen fursichtigen und weisen unsern lieben getrewn dem Richter, Burgermeister und Rate unser Stat zu Prespurg.

Pozsony városa levéltárából.

DLV.

Mátyás király Altenberger Tamás szebeni polgármester és Ötvös Miklós szebeni esküttnek az említett város és a hét szász szék nevében tett kérelmére megengedi ezeknek, hogy a Verestoronytól Szebenbe vezető utat, melly olly szük, hogy rajta csak egy ló járhat és árvizek alkalmával egészen járhatatlan lesz, saját költségökön szekérrel járható úttá alakíthassák és azon mindennemü kereskedelmi árúkat szállíthassanak, úgy azonban, hogy őrködni tartozzanak, nehogy ezen úton az ellenség beütései kárt okozzanak. Kelt Budán augustus 31-dikén 1473.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Significamus ten re presentium quibus expedit universis Quod inter

Digitized by Google

cunctas diligentie et providentie nostre sollicitudines qnibus versamur, Ut recte in laudem nostri nominis et comodum subditorum hoc a deo nobis commissum imperium gubernetur, hec precipua animo nostro insidet cura, ut rebus in cunctis publicam utilitatem snbditorum nostrorum preferamus, *eosque* industria regamus, Ut et nostra Regia providentia apud eos laudem habere mereatur, et ipsorum animus ad maiora virtutum opera magis attendatur. Accedentes itaque nostre maiestatis in conspectum Fideles nostri Circumspecti Magister Thomas Althenberger Magister Civium et Nicolaus Aurifaber Juratus Civis Civitatis nostre Cibiniensis, nobisque in suis ac universorum Civium et Inhabitatorum eiusdem Civitatis nostre Cibiniensis, nec non Saxonum septem Sedium Saxonicalium personis, exponere curarunt in hunc modum. Quod quadam via prope eandem Civitatem nostram Cibiniensem penes quoddam Castrum Weresthoron existens ad partes transalpinas tendens, per quam res mercimoniales ad ipsam Civitatem et de ipsa Civitate nostra, ad alia loca asportari deberent, adeo stricta esset, nt vix unus equus duntaxat sequi alium posset, sepiusque per inundationes aquarum et nivium in tantum obstrueretur, ut nemo per eandem viam ire neque redire posset, ex cuius vie strictitate Incole eiusdem Civitatis nostre et ipsi Saxones non parum dampnum sumpmerent. Supplicatum itaque exstitit nostre Maiestati per prefatos Magistrum Civium et Nicolaum Juratum Civem ut premittitur, in suis et aliorum universorum et singulorum Civium de eadem Civitate nostra et ipsorum Saxonum personis, Ut ipsis circa premissa provisionem talem, ut per ipsam viam amplior transitus omnibus hominibus per eandem transire vel redire volentibus redderetur facere dignaremur. Nosque qui ex suscepti nostri Regiminis officio ea que commoda subditorum nostrorum concernere videntur admittere et ipsorum commoditatibus perintendere tenemur Supplicationem huiusmodi attendentes fore iustam et consonam rationi. Supplicationibus ipsis inclinati, eisdem Judici Juratis ceterisque Civibus et toti Communitati dicte Civitatis nostre Cibiniensis, Nec non universis et singulis septem Sedium Saxonicalium Saxonibus, id gratiose sed et de plenitudine nostre Regie potestatis an-

Digitized by Google

nuendum duximus et concedendum, Ut ipsi prescriptam viam in tantum dilatare seu ampliare proprijs eorum sumptibus et expensis ut per eundem universas mercantias eorum ac alias quascumque res sub quocumque genere et specie existentes, pro victu et amictu eorum necessarias per currus et animalia ipsos currus trahentia ad ipsam Civitatem nostram Cibiniensem adducere seu adducifacere et de ipsa Civitate nostra, ad alia loca qua maluerint dimittere seu dimitti facere possint et valeant, immo annuimus et concedimus. Ita tamen, ut ipsi Cives omnem diligentiam et debitam custodiam adbibeant, Ne exinde per ampliationem buiusmodi vie regnicolis nostris illarum partium per incursus emulorum nostrorum aliqua dampna inferantur. Harum nostrarum quibus secretum Sigillum nostrum est appensum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude feria tertia proxima post festum Decolationis beati Johannis Baptiste. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. sextodecimo Bohemie vero quinto.

Szeben városa levéltárából.

DLVI.

Mátyás király Pozsony városának komolyan meghagyja, hogy Korlátkő várának és a benne lévő rablóknak megvívására Podmaniczky László utasítása szerint küldjön annak ágyukat, ácsmestereket és más vívó szereket, mellyekre igen nagy szüksége van. Kelt Budán september 10-dikén 1473.

Digitized by Google

De commissione propria Domini Regia.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemio etc. Fidelibus nostris prudentibus et Circnmspectis Magistro Civium Judici et Jnratis Ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis Salutem et gratiam. Cum nos pro expugnatione Castri Korlathkew et latronum in eodem commorantium Bombardis Carpentarijs et alija ingenijs plurimum egeamua, Fidelitati igitur vestre firmiter mandamus quatenus iuxta informationem Egregij Ladislai Podmanijczky Bombardas Carpentarios et alia ingenia necessaria eidem Ladislao mittere debeatis. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria sexta proxima post festum nativitatis beate Marie Virginia Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. sextodecimo, Bohemie vero quinto.

Pozsony városa levéltárából.

DLVII.

Mátyás király János egri püspöknek és fölterjesztett esztergomi érseknek, Miklós váczi püspöknek, Gúthi Ország Mihály nádornak és Báthori István országbirónak a korponai polgárok sérelmes panasza következtében keményen megparancsolja, hogy azoktól régi szabadalmaik ellenére többé vámot vétetni ne merjenek; különben Erneszt János zólyomi főispánt

Digitized by Google

és komáját ezennel felhatalmazza, hogy azon vámjaikat, hol ezen rendelete ellen vétni fognak, az ő részére s nevében foglalja el. Kelt Korponán aprilis 4-dikén 1474.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Reuerendissimo Reuerendoque in Christo Patribns, Dominis Johanni Agriensis et postulato Strigoniensis, ac Nicolao Vaciansis Ecclesiarum Episcopis, Item Magnificia Michaeli Orzagh de Guth, dicti Regni nostri Hungarie Palatino et Comiti Stephano de Bathor Judici Curie nostre, Salutem et graciam. Ex querela fidelium nostrorum Prudencium ac Circumspectorum, Ciuium et hospitum Ciuitatis nostre de Korpona, satis displicenter accepimus, quod quamuis eidem Ciuitati nostre, sicut et ceteris liberis Ciuitatibus nostris, de quarum numero hec una existit, libertates super tributo, quas a diuis Hungarie Regibus, nostris videlicet predecessoribns, et eciam a nobis inter alias eorum libertates haberent vbique in dicto Regno nostro Hungarie, per omnes subditos nostros obseruate fuerint, nuncque obseruarentur, tamen vti intelligimus, solum vos huiusmodi libertatibus eorum contrafaciatis in preiudicium libertatis eorum atque damnum. Vnde suplicarunt Maiestati nostre, vt ipsis circa premissa remedium adbibere dignaremur. Et quia nos, sicuti ceteras liberas Ciuitates nostras, sic et ipsam Ciuitatem de Corpona, in suis iuribus et libertatibus conseruare volumus, Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus a modo deinceps, a prefatis Ciuibus et Hospitibus nostris, eorundemque rebus et mercibus quibuscunque, nullum tributum, nullamue tributariam solucionem contra ipsas libertates eorum petere et exigere, petique et exigi facere presumatis, Alioquin commisimus, et serie presencium strictius committimus Fideli nostro Magnifico Jobanni Ernnst Comiti Zoliensi, compatrique nostro, vt ipse omnia talia tributa vestra, in quibus fortassis tributum a prefatis Ciuibus contra premissas libertates eorum exigeretur, pro nostra Maiestate occupare debeat, authoritate nostra sibi in presentibus in hac parte concessa et iusticia mediante. Secus ergo non fa-

Digitized by Google

cturi. Presentibus perlectis, Sigillo nostro annulari consignatis, exhibenti restitutis. Datum in predicta Korpona, feria secunda post Dominicam Palmarum Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo quarto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. decimo septimo Bohemie vero quinto.

Korpona városa levéltárából.

DLVHI.

Mátyás király Csetneki Jánosnak és általa testvéreinek Lászlónak és Miklósnak megengedi, hogy birtokaikban, nevezetesen Dobsinán Gömör, Mártonyiban Torna, és Szalónán Borsod megyében akármikor is bányákat nyithassanak és míveltethessenek, de olly feltétel alatt, hogy azokból a királyi kincstárt illető részt évenkint pontosan megadják. Kelt Budán június 11-dikén 1474.

de Commissione Domini Regis.

Nos Mathias Dei Gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium, quibus expedit universis, Quod nos tum ad humillime Supplicacionis Instanciam Fidelis nostri et Nobilis Johannis de Chetnek, in sua ac Ladislai et Nicolaj Fratrum eiusdem carnalium de eadem personis nostre propterea porrecte Maiestati, tum eciam consideratis multimodis servicijs eorundem, que ipsi primum Illustri Domine

Digitized by Google

Elizabeth Genitrici nostre carissime, tandemque nostre Maiestati iuxta ipsorum possibilitatis exigenciam exhibuerunt, Id ex gracia speciali, nostreque Regie potestatis plenitudine duximus annuendum et concedendum, ut ipsi ubicunque in pertinencijs et promontorijs Possessionum ipsorum, Dobsina in Gemeriensi, Marthony in de Thorna et Zalona vocitatis in Borsodiensi Comitatibus existentibus habitis, fodinas seu mineras auri, argenti, cupri, aliorumque cuiusuis generis metallorum jndagari seu invenire, reperireque et aperiri poterunt, easdem operari colique et laborari facere, lucrumque exinde proveniens, ipsi heredesque eorum et posteritates universe perpetuis semper successivis temporibus universis percipere valeant atque possint, ex presenti nostra annuencia et concessione speciali, Salvis nostris Juribus et proventibus de huiusmodi Mineris more solito debentibus, que et quas per eosdem semper de anno jn annum nobis, ac Fisco nostro Regio, et ad Cameram nostram Regalem dari volumus et administrari. Ymmo annuimus et concedimus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis, Prelatis, Baronibus, Castellanis, Nobilibus, item Comitibus vel Vice Comitibus et Judicibus Nobilium precipientes mandamus, quatenus dum et quando memorati Johannes, Ladislaus et Nicolaus de dicta Chetnek, Mineras auri, argenti cupri ac alterius cuiusvis metalli, in territorijs et tenutis possessionum ipsorum predictarum reperire invenire et requirere voluerint, ipsas eisdem aperire colereque et laborare, Molendinaque huiusmodi mineris necessaria jn locis, ubi ijdem maluerint erigere et edificare permittatis, et nec ipsos quoquomodo impedire, molestare et prohibere presummatis. Presentibus perlectis Sigillo nostro annulari consignatis exhibenti restitutis. Datum Bude Sabbato proximo post festum Sacratissimi Corporis Christi, Anno eiusdem Millesimo, quadringentesimo Septuagesimo quarto. Regnorum nostrorum Anno hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero Sexto.

Kaprinai kéziratából XLVIII. d. 489. l.

Digitized by Google

DLIX.

Mátyás király megparancsolja Szabolcs megye nemeseinek és szolgabíráinak, hogy az egész megyei nemességet, különösen pedig a Perked helysége körül lakót, törvényszékök elébe hivván, ennek kihallgatásával vizsgálják meg Perkedi László alispánjok meggyilkoltatásának körülményeit, ügyekezzenek megtudni a gyilkosok neveit, és eljárásuk eredményéről tegyenek tudósítást. Kelt Trencsényben július 25-dikén 1474.

De commissione propria Domini Regis.

Mathias Dei gracia, Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus Nostris Nobilibus et Jndicibus Nobilium Comitatns de Zabolch, Salntem et gratiam. Datur nobis intelligere, quomodo bis diebus proximo preteritis, quidam homines diabolico freti consilio, inhnmaniter quondam Nobilem Ladislaum Perkedi Vice Comitem eiusdem Comitatus, nullis culpis, et demeritis suis exigentibus, miserabili nece interemissent. Cum igitur huiusmodi res nobis plurimum displiceat, ex eo et nos patratores horum, ut alijs eciam homicidis et malefactoribus cedat in exemplum, emendare volumus. Vt igitur in hac re, innoxij ipsorum immunitate justificentur, et rei exigentibus eorum demeritis sua recipiant supplicia, Vestra fideli iustificacione indigemus. Fidelitati igitur Vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus habita presencium noticia, in uno certo et brevi termino, universis Nobilibus dicti Comitatus, et signanter vicinis, commetaneis, et comprovincialibus dicte possessionis Perked, quibus decet et licet in locum Sedis vestre Judiciarie insimul convo-

Digitized by Google

catis, ab eisdemque ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque nobis et Sacro nostro Regio diademati observandam, amore, odio, et timore postpositis, habitndinem, modum et ordinem bniusmodi rerum patratarum, sed et de proprijs nominibus homicidarnm illorum plenam, integram, et omnimodam diligenter sciatis et experiamini certitudinis veritatem. Qua rescita et experta tandem Nobis suo modo, fideliter vestris in literis rescribatis. Presentibus annulari nostro Sigillo consignatis, perlectis et exbibenti restitutis, Datum Trencbinij, in festo beati Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quarto. Regnorum nostrorum Anno Hungarie decimo septimo, Bobemie vero Sexto.

Kaprinai kéziratából XLVIII. d. 388. l.

DLX.

Mátyás király Pozsony városának meghagyja, hogy Szapolyai Imre szepesi grófhoz és Báthori István országbiróhoz, — kikre bizta jelenleg az ország némelly fontos ügyeinek elintézését, — küldjön azonnal Budára két előkelő polgárt, és mit ezeknek az emlitett megbizottak az ő nevében parancsolandanak, azt minden nehézség nélkül teljesitse. Kelt Oppelnben augustus 23-dikán 1474.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Circumspectis Judici Juratis Ceterisque Civibus Civitatis nostre Posoniensis Salutem et gratiam. Quia ad presens nonnulla dicti Regni nostri Hungarie occurrere negotia satis ardua, que nos fidelissime dispositioni Spectabilis et Magnificorum fidelium nostrornm Emerici de Zapolya Comitis terre Scepusiensis ac Comitis Stephani de Bathor Judicis Curie nostre submisimus concludenda. Quare fidelitati vestre harum serie firmissime mandamus et committimus quatenus visis presentibus duos ex vobis potiores eligere et deputare atque ad Civitatem nostram Bndensem erga prefatos fideles nostros transmittere et destinare, tandcmque omnia ea que ijdem vestri electi a prefatis fidelibus nostris nostro nomine vobis facienda acceperint et dixerint suo ordine peragere et exeqni debeatis difficultate sine omni. Secus facere non ausuri. Datum Oppavie in vigilia festi beati Bartholomei Apostoli Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo quarto. Regnornm nostrorum anno Hungarie etc. decimoseptimo, Bohemie vero sexto.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

DLXI.

Magyar Balázs erdélyi vajda és székelyek ispánja Törzseki Mihálynak maga és testvérei nevében tett kérelmére, őket Pongrácz János egykori erdélyi vajda előmutatott adománylevelének értelmében Brethelén helységének birtokában és minden régi szabadságaik élvezetében megerősíti olly feltét alatt, hogy évenkint sz. György napján két juhot és 32 fillért tartozzanak Déva várába szolgáltatni, e rendeletének megtartását a dévai várnagyoknak szorosan meghagyván. Kelt Déván augustus 30-dikán 1474.

Nos Blasius Magyar Vajvoda Transilvanus Siculorumque Comes Memorie commendamus etc. Veniens nostram in presentiam Nobilis Michael Thivador dictus de Theorsek in sua et fratrum suorum nominibns exhibuit nobis quasdam Litteras Domini Johannis Pongracz alias Vajvode Transilvani super donatione et annuencia possessionis Brethelen sonantes supplicando nobis ut eundem una cum fratribns suis prefatis in dicta possessione Berethelen conservare (dignaremur). Nos itaque petitionibus dicti Michaelis inclinati ipsum Michaelem et ipsius fratres in omnibus ipsorum antiquis libertatibus uti et permanere permisimus — — — — — — — Sancti Georgij martiris duos oves et triginta duos denarios ad castrnm Dewa dare et persolvere teneantur, imo permittimns presentium per vigorem, Quocirca vobis Castellano — — — — — — — — — — — presentibns et futuris in Castro Dewa constitutis et constituendis harum serie firmiter committimns quatenus prefatum Michaelem et ipsius — — — in libertatibus antiquis predicte ville manutenere et conservare debeatis, Secus non

Digitized by Google

facturi presentibus exhibenti restitutis. Datum in Oppido Dewa feria tertia ante festum beatl Egidij Abbatis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quarto.

A Hunyad megyei Onkos-család nemesedési peréből.

DLXH.

Mátyás király Kinizsi Pált, előbb a magyar szent korona, azután az ő részére majd a törökök majd a cseh eretnekek és az ország más ellenségei ellen, a legkeményebb csatákban, várak és erősségek vívásában, gyenge korától fogva vére bő omlásával tett hű szolgálataiért, Trencsény megyei Lietava várával, az ahhoz tartozó s egyenként megnevezett 26 helységgel és az ujhelyi vám fele részével megadományozza. Kelt Boroszlóban september 19-dikén 1474.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, Quod nos attentis et consideratis fidelium serniciornm preclaris meritis fidelis nostri Egregij Pauli de Kynys per eum primum sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone tandemque maiestati nostre in varijs expedicionum generibus tam contra Thurcos christiane religionis et fidei catholice hostes crudelissimos quam aduersus Bohemos hereticos, aliosque nostros et Regni nostri emulos, in pugnis et conflictibus acerrimis ac Castrorum Castellorumque et fortaliciorum expugnacionibus, prout vel temporis condicio vel locorum varia

Digitized by Google

opportunitas tulit, a teneris annis cum omni fidelitatis constancia non sine copiosa sanguinis sui effusione exhibitis et impensis, Volentes eundem tantarum Virtutum et preclarornm meritorum intuitu Regaii nostra munificencia graciose prosequi, Castrum nostrum Lethawa vocatum In Comitatu Trinchiniensi habitum pariter cum possessionibus similiter Lethawa Swynna Stranya Konska Dywrchyna Frywald Schwgye Jasenyowe Zdynyowe Chzrna parua Babkow Podhoree Brezamo Rayecz Lehothka Strazow Chlwnycz Bany Lwchka Bystrycha parua Wysnyewe Ternowe Zawatbka Dywyn Bytharow et Kraznahorka vocatis omnino in predicto Comitatu habitis, necnon directa media parte Tributi seu Thelony in noua Ciuitate ab antiquo exigi soliti Simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis campis fenilibas Siluis Nemoribus Montibus vallibus vineis et vinearum promonthorijs aquis fluuijs piscinis piscaturis aquarumque Decursibus Molendinis et locis molendinorum Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad idem Castrum Lethawa de Jure et ab antiquo pertinentibns et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiqnis, memorato Paulo de Kynys suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, dedimus donauimus et contulimus imo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendum, possidendum, pariter et habendum. Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante Quas in formam nostri priuilegij redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate Datum in Ciuitate nostra Wratislauiensi feria secunda proxima ante festum beati Mathei Apostoli et Ewangeliste Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo septimo Bohemie vero sexto.

Mátyás királynak 1476-ban kelt megerősitő leveléből.

Digitized by Google

DLXIII.

Mátyás király Pozsony városának megparancsolja hogy, miután ő szolgálatában elhalt Dévényi Farkas özvegyét Margitot annak minden hátrahagyott javaival kegyelmébe és különös védelmébe fogadta, azt senki által se személyében, se vagyonában, joggal vagy jogtalanúl háborgattatni ne engedje mind addig, míg ő az országba vissza nem tér, mikor a követelők részére igazságszolgáltatásról intézkedni fog. Kelt Boroszlóban november 2-dikán 1474.

Mathias von gots gnaden zu Hungern zu Behem konig etc. Ersamen, weisen, getrewn lieben. Als weyland Wolfgang von Teben in unnserm Dienst verschaiden ist, haben wir die erber Margarethen etwann des gemelten Wolfganngs Hawsfrawen mit sambt seinem verlassen gut In unser gnad und sunderu Schirm genomen. Emphelhen wir ew ernstlich gepiettunden, das ir sy und dasselb verlassen gut bey solichem unserm Scharm hanthabt und niemand sy und dasselb verlassen gut, weder mit Recht noch an Recht bekumern lasset. Und wan wir wider zu lannd komenn, vormaijnet ijemandt darzu Recht zu haben wellen wir bestellen das solicher ainen yeden wiederfahren sol. Das ist unser maynung. Datum Wrathislauie feria quarta post festum omnium Sanctorum Anno etc CCCC LXXIV-to Regnorum nostrorum Hungarie XVII-to Bohemie vero Anno sexto.

Ad relationem Domini Georgij de Stern.

Digitized by Google

Kivülről: Den ersamen und weisen Richter und Rat nunser Stat prespurg nnnsru sundr liebn getrewn.

Pozsony városa levéltárából.

DLXIV.

A nyitrai káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Mátyás királynak 1474-dik évi september 29-dikén Boroszlóban kelt igtató parancsa értelmében Kinizsi Pál Trencsény megyei Lisztava várába és a hozzá tartozó helységekbe october 18-dikán minden ellenmondás nélkül beigtatta. Kelt november 26-dikán 1474.

Nos Capitulum ecclesie Nitriensis Memorie commendantes, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod Nos literas Serenissimi principis et Domini Domini Mathie Dei gracia Regis Hungarie Bohemie etc. Introductorias simul et Statutorias suo Sigillo Regio consignatas nobis directas, summo cum honore recepimus in heo verba, Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Capitulo ecclesie Nitriensis, Salutem et graciam, Cum nos attentis et consideratis fidelium seruiciorum preclaris meritis, fidelis nostri egregij Pauli de Kynys, per eum primum sacre dicti Regni nostri Hungarie corone, tandemque Maiestati nostre, in varija expedicionum generibus, tam contra Thurcos christiane religionis et fidei catholice hostes crudelissimos, quam aduersus Bohemos

Digitized by Google

hereticos, aliosque nostros et Regni nostri emulos, in pugnis et conflictibus acerrimis, ac Castrorum Castellorumque et fortalicioram expugnacionibus, pront vel temporis condicio vol locorum varia opportunitas tulit, a teneris annis cum omni fidelitatis constancia, non sine copiosa sanguinis sui effusione exhibitis et impensis, volantes eundem tantarum virtutum et preclarorum meritorum intuitu, Regali nostra munificencia gracioso prosequi, Castram nostrum Lethaua vocatnm In Comitatu Thrincbiniensi habitum, pariter cum possessionibus similiter Lethaua Swynna Stranya Konska Dywychyna Friwald Schwgye Jasenyowe Zdynyowe Chrna parua Bobkow Podbore Bresanow Rayecz Lehotbka Strazow Cblunyes Bany Lwchks Bystrycska parua Wysnyowe Thernowe Bytharow et Krasnahorka vocatis, omnino in predicto Comitatu habitis, simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, memorato Paulo de Kynys snisque heredibus et posteritatibus vniuersis, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum, in perpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium eiusdem et earundem, per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci, Igitur fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Elyas de Zwlow vel Nicolaus Wyzlay sou alter Nicolaus ceu Johannes de Klobucbycs nene Nicolaus de Zamard seu Gaspar de Buthor alijs absentibus homo noster ad faciea dicti Castri Lethawa necnon possessionum predictarum vicinis et cometaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat prefatum Panlum de Kynys ad dominium eiusdem et earumdem stataatque Idem et easdem eidem, premisse nostro donacionis titulo sibi incumbente perpetuo possidendas, ai non fuerit contradictum. Contradictores vero siqui fuerint enocet ipsos contra annotatum Paulam de Kynys ad terminum competentem nostram personalem in presenciam racionem contradiccionis eorum reddituros, Et post hec huiusmodi Introduccionis et Ststucionis seriem, eum contrsdictorum et euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et conmetaneorum, qui premisse Statucioni intererunt nominibus termi-

Digitized by Google

noque assignato, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum in Ciuitate nostra Wratislauiensi feria secunda proxima ante festum beati Mathei Apostoli et ewangeliste, Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo quarto, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo septimo Bohemie vero sexto. Nos itaque mandatis prefati Domini nostri Regis, vti tenemur in omnibus semper obedire cupientes vnacum prefato Nicolao de Wyzolay homine ipsius Regie maiestatis, vnum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum Thomam de Buda, socium puta et concanonicum nostrum, ad huiusmodi perpetuam statucionem faciendam, nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reuersi, nobis vniformiter retulerunt eo modo, Vt ipsi, Regius et noster homines, die festi beati Luce ewangeliste nouissime preteriti et tandem alijs diebus ad id aptis, ad facies dicti Castri Lethawa, necnon possessionum similiter Lethawa Swynna Stranya Konska Dywychyna Frywald Schwgye Jasenyowe Zdynyowe Chrna parua Bobkow Podhore Bresanow Rayecz Lehothka Zthrazow Chlwnycz Bany Luczka Bystryczka parua Wysnowe Thernowe Bytharow et Kraznahorka, vicinis et commetaneis earundem vniuersis videlicet Raphaele de Hathna alias de gyethy, Elia de Zwlow, Sworcz de Thrinchinio Nicolao de Nozderk altero Nicolao de Klobuchycz Georgio Kozmycz de Zawathka Petro de Naghdywyn alysque quampluribus vtriusque sexus hominibus in ibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, introduxissent nominatum Paulum de Kynys, ad dominium eiusdem, et earundem, Statuissentque idem et easdem eidem, premisse Regie donacionis titulo sibi incumbente perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apperente, diebus legittimis a Regno statutis ibidem permanentibus lege et consuetudine eiusdem Regni approbatis et requirentibus In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas memorato Paulo de Kynys communi iusticia suadente

Digitized by Google

duximus concedendas Datum Quadragesimo die diei Introduccionis et Statucionis predictarum, Anno Domini suprascripto.

Mátyás királynak 1476-ban kelt megerősitő leveléből.

DLXV.

Mátyás király Kassa városának panaszára, — miszerint az utolsó országos segedelem fizetésére mint az úri hatalom alatt lévő helységek, régi szabadságai ellenére házanként szorittatik, — értesiti a várost, miszerint komájának Ernesst Jánosnak szorosan megparancsolta, hogy a mondott segedelem behajtásában a város régi szabadalmait megtartatni kötelességének ismerje. Kelt Boroslóban december 12-dikén 1474.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Prudentes et Circumspecti, fideles nobis dilecti. Accepimus querelas vestras quibus proponebatis vos preter antiquam consuetudinem et libertatem vestram nimium gravari, quod in Taxa, que ex institutione et Decreto fidelium nostrorum Prelatorum, Baronumque ad subsidium contra Turcos generaliter ab omnibus exigitur more villanorum dicaremini hostiatim. Sciatis itaque, quod nos libertates vestras antiquas et consuetudines, in quibus hactenus perstitistis in nullo violare intendimus, sed potius manutenere fidelitates vestras in eisdem. Quapropter mandauimus Compatri nostro Magnifico Johanni Ernsth in alijs litteris nostris ut vos de consuetudinibus et libertatibus vestris non excipiat, neque ad inconsuetam Taxe solutionem vos bostiatim com-

Digitized by Google

pelli permittat. Ex Civitate nostra Wratislaviensi Dominico die proximo ante festum Beate Lucie Virginis et Martiris Anno Domini Miliesimo quadringentesimo Septuagesimo quarto. Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno XVII-o Bohemie vero Sexto.

Relatio Magistri Petri.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis ceterisque Ciuibus Ciuitatis nostre Cassouiensis fidelibus nobis dilectis.

Kassa városa levéltárából.

DLXVI.

Mátyás király Pozsony városához intézett levelében előre bocsátja, hogy mint a város is bizonyosan tudhatja, nem rég a lengyel királylyal és annak első szülött fiával békét kötött, mellyben az ezennel megküldött pont szerint a császár is foglaltatik, ha a legközelebbi martius 2-dikának naplementéig ez iránti nyilatkozatát hozzá vagy Pozsony városa tanácsának megküldi; mire nézve ennek megparancsolja hogy, ha a császár ezen

Digitized by Google

nyilatkozatát a mondott határidőre a város házához elküldi, azt fogadja el és szóról szóra lemásoltatván neki azonnal küldje meg, de ellenkező esetben is tegyen tudósitást. Kelt Boroszlóban február 17-dikén 1475.

Egy ezen levélhez mellékelt czédulában meghagyja a király a városnak hogy, ha a császár levele a kitüzött határidő után érkeznék is meg, fogadja el, de tegyen óvást és vegyen bizonyitványt, hogy az már a határidő eltelte után kézbesittetett.

de commissione propria Domini Regis.

Mathias von Gots gnaden zu Hungern und Behaim kunig etc. Ersam, fursichtig, weisz, lieben getrewn. Uns zweivelt nicht ew sey unverporgen des gutlichn frids und Annstandshalben den wir ijecz nicht lanng mit dem kunig von Polan und seinen erstgebornnen Sone anfgenomen haben, darein dann der Romisch Kaiser zuncsogen und begriffen ist nach lawt der Artickl, die wir ew hiemit zu schiken. Ob sein Kaiserliche Majestat solhen frid und Annstanndt mit des benannten kunigs von Polan Sone auch halten, darein tretn, und den in allen puncten und Artickeln erkennen wolde dasz den dieselb sein Majestat, sein brief daruber nach lawt der vorgemelten Artickl fertigen, und die zu unsern Hannden oder aber auf ewr Rathaws des nagstkomenden andern taga des Merczen, das ist dasz pfincztags vor dem Suntag Letare vor undergang der Sone nyderlegen solle, als dieselben Artickel klerlich innhalden. darumb ob nun sein kaiserliche Majestat oder yemannds annder an seiner Majestat stat solch brief auf denselben tag und zu der zeit auf ewr Rathaws anntwurten wolde, dasz Ir dann die aufnemet und mit allem Vlesz von wort zu wort gegen der Abschrifft der Artickl überlesen lasset, und uns alsdann solher brief abschrifft von stundan zuschikhet. Wer aber sach

Digitized by Google

dasz solch brief auf den bestimbten tag und czeit nicht kemen oder geantwurt wurden, dasz Ir uns das auch verkundet, und darin kain annders tut, das ist unser ernstliche maijnnng. Geben zu Bressla am freitag vor dem Sontag Reminiscere Anno Domini etc. CCCCLXXV-to Unser Reich des hungrischen etc. im achtzehenden und des Behemischen im sechsten Jarn.

Ezen levélbe ugyanazon korból egy külön papirosra írt következő sorok vagynak rekesztve:

„Dannob sich begcb dasz man solh brief nach dem bestimbten tag und der Czeit von seiner Majestat wegen brecht und ew die uberantwurten wolden, dasz Ir dann dennoch die ainnemet, doch also dasz Ir von den offenwaren schreiben und dem Kapitl die ainnemet und dabei aufrigtiklich und ehrlich protestiret und czeigniss nembet dasz solh brief auf bestimbten tag und czeit nicht auf ewr Rathaws als begriffen stet nicht geantwurt sein worden."

Kivülről: Den ersamen, fursichtigen und weisen dem Richter Burgermaister und Rate unser Stat zu Presburg unsern lieben getrewn.

Pozsony városa levéltárából.

Digitized by Google

DLXVII.

Csamai János kalocsai kanonok és nékai István bíbornoknak, kalocsai s bácsi érseknek, mint a megnevezendő felek közti perben II. Pál pápa által kinevezett birónak, kinevezett albirája, a Döbrentei Tamás nyitrai püspök, a szekszárdi és széki apátságok kormányzója mint felperes és Hosszutóti Mihály és Ambrus mint alperesek közt folyt rágalmazási perben általa az alperesek ellen hozott és világi karhatalommal végrehajtandó egyházkirekesztési itéletet a királynak, nádornak, országbirónak, az ország minden törvényhatóságának, tisztviselőinek, helységeinek és általában minden sorsu lakosainak kihirdetvén, mind ezeknek az apostoli tekintélynél fogva megparancsolja, hogy bármellyikökhöz érkezzék e levél, annak vétele után hat nap alatt az emlitett elmarasztaltak ellen keljenek föl, őket erővel is de testök sulyos sértése nélkül fogják el, vessék szoros börtönbe, javaikat raboljják el és mind addig tömlöczözzék, míg az emlitett püspöknek minden sérelmei és rágalmazásaiért eleget nem tesznek és az ő parancsainak engedelmeskedve a fölmentés jótéteményeit meg nem érdemlik; az apostoli szék e parancsának netaláni áthágásaért a királyt, kit ez itélettel a királyi méltóság iránti tiszteletből kötelezni nem akar, az örök biró itéletével és az apostoli széktől az itélet végrekajtásaért járandó jutalom elvesztésével fenyegetvén és őt a végrehajtásra az Ur nevében felszólitván, az ország világi nagyait pedig nem engedelmesség esetében egyházi kirekesztési itélet alá vetvén. Kelt Kalocsán aprilis 26-dikán 1475.

Serenissimo et Inclitisssimo principi et domino domino Mathie dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc.

Digitized by Google

Regi Felicis prosperitatis augmentum. Item Magnificis viris Michaeli Orzagh de Gwth prefati Regni hungarie palatino etc. Stepbano de Bathor Judici curie vestre serenitatis. Ceterisque Baronibua et terrarum dominis Militibus Armigeris, Senascalis N. Waijuode Transsiluanensi, n. Thauernicorum Regalium, n. Banis Machouiensibus, necnon Capitaneis Adnotatis, officialibua, Castellanis, Judicibus, magistris Ciuium, proconsulibus, Consulibus, Vniuersitatibus seruientibus, Juratis, prefectis, Comitatibus, Instanciarijs et preconibus quorumcunque locorum, Oppidorum, villarum, terrarum et Castrorum, prouinciarum, ciuitatum ac eorum omnibus Insolidum ac alterius cuiuscunque status et condicionis hominibus, per hoc prefatum Regnum hungarie vbiuis constitutis et existentibns, presencinm noticiam habituris, Johannes de Chama Cauonicus ecclesie colocensis, nec non per Reuerendnm in Christo patrem felicis reminiscencie condam dominum Stephannm Cardinalem et Archiepiscopnm dictarum colocensis et Bachiensis ecclesiarum canonice vnitarum a Sede Apostolica per sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum paulum, diuina prouidencia papam secundum parcium Infrascriptarum Judicem vnicum delegatum Judex Subdelegatus, specialiter depntatus, Salutem in eo qui est omnium fidelium suornm vera Salus. Dndum siquidem ad Instanciam Reuerendi in Christo patris, domini Thome de Debrenthe, Episcopi ecclesie Nitriensis ac Gnbernatoris Abbaciarum Saxardiensis et de Zeek, veluti actoris et principalis, Egregios Michaelem et Ambrosinm de Hoszwthoth, domicellos dijocesis Vesprimiensis In causam attractoa Racione quarundam Infamiarum verecnndiarum eidem domino Thome Episcopo Nitriensi illatarum et irrogatarum primo peremptorie cum Inbibicione et Certificatione, soiennibns, Auctoritate Apostolica Citari feccramus, coram nobis, Quiquidem Michael et Ambrosius de Hozzwthoth In causam attracti, volentes tunc mandatis Apostolicis obedire, in termino tunc eis ad comparendum coram nobis prefixo, legitimum procuratorem ipsorum pro defensione Juris sui, et alios quemcunque Justicia suadet audituri in causa buiusmodi transmiserant, Quiquidem procurator prefatorum Michaelis et Ambrosij

Digitized by Google

attractorum, tunc contra Rescriptum Apostolicum presente procnratore partis principalis et audiente, certam cartam papiream, cuiusdam excepcionis formam in se continentem, tunc pro tribunali sedentibus nobis obtulerat et produxerat, quem Nos, terminis Juridicis et dilacionibus exinde sequentibus et procuratorum altercacionibus et disceptacionibus inde factis et strnctis, de nostrorum coassessorum, nobiscum pro tribunali sedencium tnnc nullam friuolam, inanem et minus ualidam fore et esse iudicialiter pronunciaueramus. Et verum, procurator annotatorum Micbaelis et Ambrosij de Hozzuthoth eorum nominibus, senciens, vt dicebat, partem suam exinde fore grauatam, appellacionis presidio, ad Sedem Apostolicam conuolauerat. Termino Itaque Juris ipsis prefixo ad Iter arripiendum et dictam appellacionem prosequendam, ijdem Ambrosius et Micbael dictam appellacionem eorum prosequi deseruerunt, Tandem post anni expiracionem, dicte appellacionis interposicionis, comparente coram nobis bonorabili Magistro Benedicto custode et Canonico ecclesie colocensis prefate procnratore et eo nomine prefati Reverendi domini Tbome episcopi, de cuius procuratorio mandato nobis aput acta presentis canse legitime constitit et constat, Nobis exponere curauit, quomodo ijdem Michael et Ambrosius, de Hozzutbotb, dictam eorum appellacionem, infra tempus Juris statutum et per Noa prefixum contumaciter prosequi desernissent, et eandem desertam et cassam ac vicio desercionis subiectam dimisissent, Snpplicans exinde nobis, vt sibi superinde auctoritate apostolica de Jnrisremedio prouidere, et Citacionem ad videndam appellacionem prefatam desertari, et in causa supradicta secundum datam sen directam nobis formam, prouidere dignaremur, Nos tunc attentis huiusmodi Supplicacionibus Justicia et Jure fulcitis, eisdem tamquam Juri innixis fauorabiliter inclinati, petita dandum duxeramus et decernendum, ymo dederamus et decreueramus, Tandem huiusmodi Citacione per nos decreta, licet in partibus debite executa, et nobis reportata, ac Judicialiter reproducta, ijdem Michael et Ambrosius nec per se nec per suos procuratores in termino tunc eis prefixo, comparere minime curarunt contumaciter, Snbsequenterque accusata

Digitized by Google

contumacia eorum, Nos eos tribus edictis, In ualuis ecclesie Colocensis predicte, predicta auctoritate Apostolica citari mandauimus, qui in nullo termino terminorum predictorum, coram nobis comparare curauerunt. Et tandem instante dicto domino Benedicto Custode et Canonico prefato, procuratore ex contumacia non comparencium instanter accnsante, Nos tunc eos tamquam rebelles et contumaces, propter non paricionem Juri et Justicie, seruatis seruandis prius excommunicacionis, et tandem successiue crescente eorum contumacia Aggrauacionis et Reaggrauacionis Sentencia Innodaueramus et demandaueramus denunciari et in partibus publice preconizari. Huiusmodi siquidem sentencie excommunicacionis, Aggrauacionis et Reaggrauacionis execucione, sic in partibus pendente, Tandem comparente coram Nobis Magistro Anthonio de Mylethincz procuratore prefatorum Michaelis et Ambrosij, de cuius procuracionis mandato nobis legitime constitit et constat, certas excepciones, facto realiter et in scriptis, nomine et in persona dictorum Michaelis et Ambrosij Inter cetera continentes non posse se et partem suam propter aeris intemperiem et pestilenciam hic coram nobis litigare iudicialiter obtulerat et produxerat, quasquidem excepciones tamquam impertinentes et subterfugia querentes, Iterum de nostrorum Coassessorum requisito consilio prematuro annullaueramus et cassaueramus, prout de Jure debebamus, Et nihilominus senciens popter hoc idem Magister Anthonius procurator nomi(ne et in persona qu)orum supra se et partem suam fore grauatam, Iterum ad sedem Apostolicam prefatam in scriptis duxit appellandum, Verum grauamina, si exstabant aliqua et probabilia, tunc parati fuimus rcuocare, neque epistolas a nobis, sed d(unta)xat a notario quodam autentico sibi dari et emanari procurauerat. Nos vero ob reuerenciam dicte Sancte Sedis Apostolice, eidem Appellacioni reuerenter detuleramus, prosequente itaque debito tempore annotatis Michaele et Ambrosio dictam appela — — — — — — certas literas Apostolicas seu Commissionales super predicta Appellacione Honorabilibus Dominis Dyonisio et Matheo de Laak Decretorum doctoribus Canonicis Ecclesie Quinqueecclesiensis Judicibus a Sede

Digitized by Google

Apostolica delegatis sonantes, impetrantes productum extiterat, necnon ijdem ad legitime peticionis instanciam prefatorum Michaelis et Ambrosij Citacionem necnon Inhibicionem *autoritate qua* fungebantur contra pretitulatum dominum *Thomam Episcopum* Nitriensem decreuerant et dederant. Executa *eadem in partibus* et ipsis Judicibus cum seriebus reportata Tandem ijdem Domini Dyonisius et Matheus Decretorum doctores Judices *Delegati*, uarijs occupati negocijs Justisque et legitimis excusacionibns allegatis Honorabilibus Dominis Nicolao Cantori et Thome de Gozthon Custodi Juris Canonici doctori, Canonicis dicte Ecclesie Quinqueecclesiensis Causam eandem, simul cum totis accessorijs et connexis duxissent subdelegandam. Et deinde ijdem Judices Subdelegati seruatis seruandis in huiusmodi causa et causis, ad nonnullos actus Judiciarios signanter in causa contumacie processissent prout de Jure debuissent, Et intercetera quandam compulsoriam ad decernenda sibi paria actarum et uniuersarum actitarum ad nos priorem Judiccm et alios quorum interesset vel interesse posset, decreuissent et dedissent, committendo prefatis Michaeli et Ambrosio vt predicta Acta actitata et processus in certo termino, tunc eis prefixo realiter producerent, postea vigesima quarta die Mensis Octobris, prefatis Dominis Nicolao Cantore et Thoma de Gozthon Judicibus Subdelegatis ad Jura reddenda et causas audiendas pro Tribunali sedentibus, pro prefato domino Thoma Episcopo, Barnabas de Kijsragolnok, et pro prefatis Michaele et Ambrosio Magister Anthonius de Mylethencz procuratores coram ipsis Judicialiter comparentes Idem Magister Anthonius procurator predicta acta actitata et processus producere minime voluisset, Et idem Barnabas procurator cuius supra protestans allegasset, Quomodo partem suam iam vltra debitum Justicie, fatigijs et expensis grauibus per friuolas Citaciones, ac terminorum nonnullorum obseruaciones,accusata contumacia nichil facientis petisset causam ipsam ad nos Judicem scilicet a quo, remitti debere, prout Canones de hoc suadent, ubi appellans suam appellacionem prosequi non curanit. Et deinde iterum dicti Judices Subdelegati, prius ex superhabundanti, prefato Magistro Anthonio procuratori, secundum diem festi sancte Katharine Virginis tunc affuture iterum ad

Digitized by Google

producenda Acta actitata et processus dedissent et prefixissent. Eodem nempe termino adveniente, Annotatus Barnabas procurator, nomine et in persona cuiussupra coram ipsis Judicibus Subdelegatis comparons proposuisset, quomodo dictus Anthonius procurator iam duos terminos habuisset ad producenda Acta actitata literas et munimenta, et nichil in eisdem terminis facere curauisset, Ideo petisset iterum causam ipsam ad nos Judicem priorem remitti debere, Verum sepefati Domini Judices Subdelegati, Certas literas Citatorias ad Valuas Ecclesie Quinqueecclesiensis ad continuendam causam ipsam vel alias causam eandem ad Judicem a quo remittendum esse, vel dicendam et allegandam causam racionabilem quare hoc fieri non deberet, decreuissent et affigi fecissent, Tandem die Tredecima mensis decembris ipsis dominis Judicibus ad Jura reddenda consedentibus, prefatus Barnabas procurator nomine cuiussupra easdem literas Citatorias Judicialiter reproduxit et ipsorum Michaelis et Ambrosij contumaciam accusasset, contumacesque reputari postulasset, Non constanteque eorum contumacia, Quia exquo dicti Michael et Ambrosius huiusmodi causam seu causas Appellacionis seu Appellacionum prosequi non curassent, Causaque et cause ipse vitra debitum tempus ob negligenciam eorum dilate extitissent ad Judicem a quo remitti ac eosdem in expensis litis condempnandos fore et condempnari debere, ijdem Nicolaus Cantor et Thomas Custos Judices, volentes finem litibus imponere huiusmodi, habito superinde Jurisperitorum et aliorum sapientum consilio maturaque deliberacione prehabita, Quia dicti Ambrosius et Michael, Causam et causas Appellacionis seu Appellacionum huiusmodi prosequi, nec aliquid legitime agere curassent, Ideo dixissent declarassent, pronunciassent causam et causas huiusmodi Appellacionis sen Appellacionum, ad nos utpote Judicem a quo remittendam esse et debere remitti, In expensisque coram ipsis factis eosdem condempnassent Taxacione earum nobis reseruata. Prout hec omnia et singula supradicta in actis presentis cause, ac literarum Remissionalium prefatorum dominorum Judicum Subdelegatorum plenius continentur et habentur, quarum tenores et continencias, presentibus volumus

Digitized by Google

habere pro sufficienter expressas et in actis presentis cause vt profertur deuenta existunt manifeste, Tandem expositum est nobis pro parte prefati domini Thome Episcopi Nitriensis debita cum instancia vt quia prefati Michael et Ambrosius de Hozuthoth Excommunicati Aggrauati et Reaggrauati prefatas Excommunicacionis Aggrauacionis et Reaggrauacionis Sentencias tamdijw sustinuissent animo indurato et rebelli, in duricia et pertinacia suis, tamquam membra Sathane et coheredes dijaboli pertinaciter perseuerantes, non curantes ad gremium Sancte matris Ecclesie et Justicie parere mandatis, sueque in hac parte Saluti prouidere. Quumque ijdem Censuras Ecclesiasticaa minime curarent aduertere Ideo contra eosdem Michaelem et Ambrosium Auxilium Brachij Secularis Auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte decernere dareque et concedere dignaremur, Nos autem considerantes, Quod parum vel nihil prodesset humillibus obedencia. si rebellibus et contumacibus inobediencia non obesset, Attento eciam, quod mucrone non proficiente Ecclesiastico, gladius temporalis non immerito suffragatur, Auxilium Brachij Secularis contra prefatos Michaelem et Ambrosium duximus Inuocandum, vt quos timor Dei a malo non reuocat, saltim temporalis coherceat seueritas discipline. Hinc est Quod Vos Serenissimum principem dominum Mathiam Regem gladij vimbratorem in domino Exhortamur, Nec non Michaelem orzagh palatinum, Stephanum de Bathor Judicem Curie ac Barones Milites, domicellos, vasallos, Nobiles et alios dominos temporales, supradictos, ad quos presentes nostre peruenerint litere quibuscunque nominibus censeantur, tenore presencium Auctoritate Apostolica requirimus ac vobis et vestrum omnibus, In virtute Sancte obediencie, et sub Infrascriptarum Sentenciarum penis districte precipimus, committimus. quatenus Infra sex dierum spacium a die exhibicionis presencium vobis vel altero vestrum Inantea fiende computacionem quarum dierum spacium pro primo secundo tercio ac vltimo et peremptorio termino assignamus, Vos omnes et singuli temporales predicti, quorum omnium super hoc Brachij Secularis Inuocauimus auxilium, quociens pro parte dicti domini Thome Episcpo vigore presencium fueritis requisiti seu alter vostrum fuerit requi-

Digitized by Google

situs, In Iuris subsidium contra prefatos Denunciatos, Aggrauatos et Reaggrauatos, Auctoritate dicte Sedis apostolice insurgatis et eos insurgere faciatis Necnon personas corpora Res et Bona eorum rapiatis arestetis, In carcere ac in custodia firma teneatis, et — — — — — rapiat, Inuadat arestet Incarceret et custodiat libere et licite, super quibus vestrum omnibus licenciam Auctoritatem et potestatem plenariam damus et concedimus per presentes, dictos Denunciatos, et Reaggrauatos ita et taliter comp — — — potenter et manu forti, absque tamen graui lesione corporis eorum, usque ad Integram satisfaccionem omnium et singularum Iniuriarum et Infamiarum prefato domino Thome Episcopo per eosdem illatarum satisfaciant et mandatis nostris pareant realiter et cum effectu. Tamdiw donec absolucionis beneficioium meruerint obtinere,Quod si forte vos Serenissime princeps et domine domine Rex, Executor Justicie, mandatis ipsius sedis Apostolice in hac parte transgressor fueritis, quod tamen vestra Serenitas suspicari non sinit, procul dubio eterni et Justi Judicis Judicium offendetis et premium alias vobis pro execucione huiusmodi Sancte Justicie abmittetis, Et licet vos huiusmodi Sentencijs ligari nolumus, ob reuerenciam Regalis maiestatis merito deferendam, Intuitu tamen Justicie et ob prelibate Sedis Apostolice reuerenciam, vestram Serenitatem ad prefatam execucionem adimplendam in domino exhortamur per presentes. Si vero prefati domini temporales, palatinus, Banus, domicelli, vasalli et alij supradictorum pro execucione dicti Brachij secularis Inuocati predictis nostris ymoverius Sedis Apostolice mandatis non parueritis seu alter vestrum non paruerit cum effectu, Nos omnes et singulos qui delinqueritis in premissis dicta Canonica monicione premissa Excommunicacionis Sentencia Innodamus, Mandamus, copiam fieri premissorum, petencium tamen expensis presentibus perlectis exhibenti restitutis, In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas seu hoc presens publicum instrumentum huiusmodi Brachium Seculare in se continens vnacum Subscripcione Notarij publici extunc fieri, et Sigillo nostro vsuali In pendenti fecimus communiri, datum Colochije die Mercurij

Digitized by Google

vigesima Sexta mensis Aprilis Anno domini *Millesimo* Quadringentesimo Septuagesimo quinto, presentibus *ibidem honorabili* et discretis viris dominis, Jobanne *Archidiacono kathedrali* et Canonico, Nicolao Succustode, *Stephano Chori Ecclesie* colocensis, Andrea de Hozzuthoth et *Nicolao de Halom* presbyteris alijsque quampluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis et rogatis.

Et Ego Ladislaus Natus Michaelis Thanka de Thassnad Clericus Transsiluanensis dijecesis. Imperiali Auctoritate Notarius et in causa supradicta, coram prefato Domino Johanne de Chama Judice Subdelegato Scriba, Quia premissis vniuersis processibus causarum huiusmodi videlicet Citacionis, Monicionis, Excommunicacionis, Aggrauacionis et Reaggrauacionis, ab hisceque Appellacionis interposicionis ac literarum Remissionalium reportacionis, dicti Brachij Secularis decrecionis et dacionis alijsque omnibus et singulis dum sic vt premittitur fierent et agerentur vnacum testibus prenominatis presens interfui, Eaque omnia et singula predicta sic fieri vidi et audiui. Ideoque hoc publicum Instrumentum seu has presentes literas huiusmodi Brachium Seculare in se continentes manu propria scriptum, de manibus eiusdem Domini Judicis exemi confeci, et vnacum appensione Sigilli dicti domini Judicis, ac signo et nomine meis solite consignatum consignaui, In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

A münchoni királyi levéltárból.

Digitized by Google

DLXVIII.

Mátyás király Pozsony városának azon panasza következtében, miszerint eddig a kebelebéli zsidóknak adós idegenek letartóztatása miatt szomszédaitól sok sérelmet és kárt szenvedett, — tekintetbe vévén azt is, hogy a város több ellenséges betörések alkalmával nem csekély bajt és veszélyt állott ki, — különös kegyelemből megengedi, hogy ezentúl az említett zsidóknak adós idegeneket, azoknak bármelly kérelmére ne legyen köteles letartóztatni vagy javaikban háborgatni, a zsidók minden idegenek elleni követeléseiket adósaik illető hatósága előtt tartozván keresni. Kelt Pozsonyban aprilis 28-dikán 1475.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis Magistro civium, Ceterisque civibus et toti Communitati Civitatis nostre Posoniensis Salutem et gratiam. Ex querela pro parte vestri nobis porrecta displicenter multum intelleximus. Quod vos propter detentionem hominum forensium ad requisitionem Judeorum in Civitate nostra prefata Posoniensi commorantium Judeis ipsis obligatorum per vestros vicinos gráves hactenus iniurias et damna non mediocria tolerassetis et nisi de his gratiose provideremus etiam in futurum pati deberetis. Volentes vos ab huiusmodi sufferendis Iniurijs et damnis sublevare et exonerare, attento maxime, quod eciam per varios incursus hostium non parva discrimina et pericula susceperitis vobis hanc gratie nostre specialis prerogativam duximus concedendam imo concedimus per presentes. Quod vos de cetero neminem exterorum hominum ipsis

Digitized by Google

Judeis obligatum ad quantamcunque instantissimam *requisitionem* Judeorum prefatorum detinere captivare aut in *personis*, rebus sive bonis eorundem molestare et damnificare *teneamini*, nec sitis obligati aliquo Jure. Si quid vero *ipsi Judei contra* aliquem agere habuerint, requirant *debitores suos coram* illo cui debitor ipse subiectus est. Datum Posonij feria sexta proxima ante festum beati Petri Martiris Anno Domini 1475° Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo octavo Bohemie vero Sexto.

Pozsony városa levéltárából.

DLXIX.

Mátyás király Beszterecze városa több rendbeli szolgálatai s a város java előmozditásának tekintetéből, az abban fekvő Becse nevű házat vagy udvartelket, mellyet egykor az ő adományából Szentiváni Székely Mihály birt, de hűtlenségbe esvén és azért éltével lakolván ismét elvesztett, s a melly utóbb általa Csupor Miklós erdélyi vajdának adományoztatván ennek magtalan halálával ismét a koronára szállott, minden tartozandóságával és ezek közt a Csiger nevezetű földdel együtt az emlitett városnak adományozza. Kelt Budán május 27-dikén 1475.

Digitized by Google

Commissio propria Domini Regis.

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, Quod nos tum consideratis multimodis fidelitatibus, et fidelium servitiorum, gratuitis meritis fidelium nostrorum Prudentnm et Circumspectorum vniuersorum Civium ot Inhabitatorum Civitatis nostre Bistriciensis per eos primum Sacre huius Regni Corone, et tandem Maiestati nostre, sub locorum et temporum varietate constanter exhibitis, et impensis, tum etiam pro commodo et utilitate eiusdem Civitatis nostre Bistriciensis quandam Domum, seu Fundum Curie quondam Beche in eadem Civitate nostra sitam, quam alias quondam Michael Zekel de Zenthiuan ex donatione nostra tenuisset, et possedisset, sed que expost per notam Infidelitatis eiusdem quam tunc contra nostram Maiestatem incurrisset, pro qua ipse etiam mortis penam luit, ad Collationem nostram devoluta, et tandem quondam Magnifico Nicolao Chupor Waywode Transsiluanie per nos donata extitisset, sed nunc per defectum seminis eiusdem quondam Nicolai Chupor rursum ad Collationem nostram rite et legitime devoluta fore perhibetur, Simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, puta, terra Chyger nuncupata, ac alijs terris arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, Fenetis, et Silvis, ad eandem de Jure, et ab antiquo spectantibus, et pertinere debentibus, premissis sic, vt prefertur, stantibus, et se habentibns, memorate Civitati nostre Bistriciensi, et per consequens Civibus, et Inhabitatoribus in eadem pro tempore commorantibus, de manibus nostris Regijs dedimus, donavimus, et contulimus, quinimmo damus, donamus et conferimus Jure perpetuo, et irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, Salvo Jure alieno, harum nostrarum Secreto Sigillo nostro consignatarum vigore et testimonio litterarum mediante. Quas in formam nostri privilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude Sabbatho proximo post Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi. Anno Domini millesimo quadringentesimo

Digitized by Google

Septuagesimo quinto, Regnorum nostrorum Anno *Hungarie* etc. decimo octavo, Coronationis duodecimo, *Bohemie vero* Septimo.

Beszterczе városa levéltárából.

DLXX.

Mátyás király a beszterczei kerületben eső Dipsa, Lekencze és Nagy-Demeter helységekre a kebelökbeli egyházak pártfogói jogát, azok hűségében s dicséretes belátásában bizván, olly móddal ruházza át, hogy ezentul az egyházaikban megüresülendő lelkészi hivatalra, Beszterczе városa bírájának és esküttjeinek tanácsával, másokat választhassanak és azokat megerősítés végett neki bemutathassák, de az egyházak javaira nézve a pártfogói jogokon túl terjeszkedni ne merészeljenek. Kelt Budán június 15-dikén 1475.

Commissio propria Domini Regis.

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus per presentes, quod nos de fide et laudabilibus Circumspectione et providentia fidelium nostrorum providorum Civium hospitum et Inhabitatornm possessionum nostrarum Dipsa, Lekencze et Nagydemeter vocatarum, in Districtu Bistriciensi habitarnm, ad plenum confisi, Sperantes quod ijdem Cives tales idoneos et sufficientes Presbiteros in plebanos Parochialium Ecclesiarum ipsorum suscipient, quorum do-

Digitized by Google

ctrina et laudabili conversatione, de Salute animarum et statu Ecclesiarum ipsarum debito ordine providebitur, Jus Patronatus nostrum, quod sicut in alijs Ecclesijs Regni nostri, sie et in ipsis Ecclesijs habere dignoscimur, Simul cum omni tutela et protectione legitima Bonorum prefatorum Ecclesiarum, in ipsos Cives et Inhabitatores dictarum possessionum nostrarum duximus gratiose transferendum atque eisdem de plenitudine potestatis uostre Regie conferendum, quin imo transferimus et conferimus per presentes, anuuentes et concedentes prefatis Civibus, ipsorumque heredibus universis, ut amodo et deinceps, quotiescunque dictas Ecclesias Plebanis legitimis vacare contigerit, toties cum consilio Judicis et Juratorum Civium Civitatis nostre Bistriciensis, idoneos et sufficientes Plebanos ad easdem Ecclesias eligere, et illi cui intererit, confirmandos presentare valeant atque possint. Notamus tamen ut hoc pretextu ijdem Cives et Inhabitatores prescriptarum possessionum, ad bona dictarum Ecclesiarum se intromittere, aut aliquod Jus ultraquam Patroni habere debent, et consveverunt, sibi vendicare ullatenus presummant. Salvo Jure alieno. Datum Bnde Sabbato proximo post octavas festi Sacratissimi Corporis Christi. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo octavo, Bohemie vero Septimo.

Besztercze városa levéltárából.

Digitized by Google

DLXXI.

Mátyás király a jelenlegi egy arany forint adó kivetésére Erdélybe és különösen Fejér és Küküllő megyébe rendelt királyi adószedőknek szorosan megparancsolja hogy, miután ő az erdélyi hét és két szász széknek, valamint Beszterczebánya és Brassó városának s a Bárczaságnak, szegénységök tekintetéből megengedte, mikép ezen adó fejében jelenleg neki 10,000 forintot fizessenek, az említett hatóságokban, valamint a kerczi s egresi apátságokban, a szebeni prépostság és brassai egyház birtokaiban lakó szászokat az erdélyi többi népek módjára megróni ne merjék, hanem a kebelökbeni adókivetést hagyják azokra magokra. Ellenkező esetben ugyanis a legszorosabban meghagyja az erdélyi vajdáknak és alvajdáknak, hogy a nevezett szászokat ellenökben minden módon oltalmazzák. Kelt Budán június 10-dikén 1475.

Mathias Dei Gratia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Egregijs dicatoribus et Exactoribus presentis contributionis vnius floreni Auri in partibus Regni nostri Transsilvanis presertim in Albensi et de Kykellew Comitatibus constitutis vel constituendis Salutem et gratiam. Quia nos percepta inopia et paupertate fidelium nostrorum vniuersorum Saxonum in Septem et duabus sedibus Saxonicalibus nec non Brassoviensi et In Terra Barcza ac Bistriciensi Civitatibus, earundem pertinentijs commorantium et existentium, eisdem Id annuimus et concessimus, vt ipsi pro presenti contributione de medio scilicet eorum Maiestati nostre provenienti decem Milia florenorum Auri nobis ad presens solvere debeant ipsos et pertinentias ipsorum vniuersas A dicatione et connumeratione vestra peni-

Digitized by Google

tus supportatos et exoneratos habere volentes, Fidelitati vestre harum serie firmissime Committimus et mandamus, Quatenus prefatos Saxones nostros in dictis Septem et duabus Sedibus ac Brassoviensi et In Terra Barcza, nec non Bystriciensi Civitatibus, villisque et possessionibus Abbatiarum de Kercz et Egres ac prepositure Czibiniensis et Ecclesie Brassoviensis residentes et commorantes in ipsam presentem contributionem in medium aliorum plebicularum dictarum partium Regni nostri Transsilvanarum dicare et connumerare, vosque in medio eorum ad dicationem aliquam ingerere aut quovismodo intromittere nullatenus presumatis, nec sitis ausi modo aliquali, Sed dicationem ipsam in medio scilicet eorum fieri debendam solismet ipsis connumerandam relinquatis, Nam vobis aliter facientibus, presentibus strictissime committimus Fidelibus nostris Waywode vel Vice Waywodis nostris Transsilvanis, vt ipsi dictos Saxones nostros contra vos in premissis omnibus modis protegere et defendere debeant et teneantur Auctoritate nostra presentibus ipsis in hac parte attributa mediante. presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria Sexta proxima, ante festum Beate Barnabe Apostoli, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo octavo, Bohemie vero Septimo.

Ad Relationem domini Thezaurarij.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

DLXXII.

Mátyás király a magyar koronának tartozó hűséghez visszatért és neki mint természetes urának ujra meghódolt István moldvai vajdát, fiaival, bojáraival és egész országával együtt ujra kegyelmébe fogadván, és nekik minden eddig ellene elkövetett vétkeikért bocsánatot adván, őket minden a magyar királyok által adott jogaikban, kiváltságaikban és szabadalmaikban megtartani igérkezik. Igéri továbbá, hogy István vajda és ellenségei közől senkit nem pártol, hanem azokat birodalmaiból kiutasitja, az eddig elkövetett tettekért a vajda alattvalóit és a moldvai kereskedőket háborgattatni nem engedi, mind az ő mind a vajda alattvalóit ügyeikre nézve a törvény utjára utasitván. Minthogy pedig István vajda neki a pogányok és más ellenségei ellen erről adott levele szerint személyesen és egész országostul segitséget adni kötelezte magát, ő is igéri, hogy a vajdát, ha szükséges lesz, személyesen oltalmazandja, ha csak az ország nagyobb ügyeivel nem lesz elfoglalva, de ekkor is tehetsége szerint fog neki segélyt küldeni. Megerősiti egyszersmind Moldva s Oláhország régi s az előbbi vajdák által birt határaiban mind őt mind Vlád havasalföldi vajdát Sándor és Mircse vajdáknak a királyoktól nyert szabadalmai szerint. Végre azon esetre, ha a vajdát ellenségei tartományaikból kiüznék, maga, fiai, bojárai s országa minden lakosai részére minden javaikkal szabad jövetel, tartózkodást és menetet ajánl és szükség esetében országa visszafoglalására teljes erejéből segitséget igér. E levél pontjainak sértetlen megtartásáért a király mellett az ország több egyházi s világi nagyai jót állanak. Kelt Budán augustus 15-dikén 1475.

Digitized by Google

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Recognoscimus per presentes, quod quia Fidelis noster Spectabilis, ac Magnificus Stephanus Vayvoda Terre Moldavie, ab disvasione rediit, Nosque veluti Dominum suum Naturalem recognovit, ac nostre Maiestati, et Sacre Corone nostre fidelitatem debitam promisit. Nos igitur ipsum ad gratiam, et benevolentiam Regiam nostram accepimus, una cum filiis Boyaronibus. et tota Provincia Moldaviensi, ac omnibus habitatoribus ejus. Et ex quo idem Stephanus Vayvoda, promisit ea omnia facere erga Nos, et Sacram Coronam nostram, que sui Predecessores Vayvode de Jure, vel consvetudine facere tenebantur, Nos propterea ipsum, Filios, Boyarones, ac totam Patriam ipsius in suis Juribus, Privilegiis, libertatibus, juxta quod Divi Hungarie Reges facere tenebantur, conservare, et manutenere promittimus. Insuper ipsum Stephanum Vayvodam, Filios, ac Boyarones, et totam Patriam, ac omnes ejus inhabitatores, gratiose prosequentes de omnibus excessibus hactenus quomodolibet factis, sive contra Majestatem nostram, sive Regnum, et Regnicolas, eidem veniam prestitimus, una cum toto Regno, nec propterea aliquod damnum, aut malum eis inferemus, aut inferri ab aliquo permittemus, nec in Regno Majestatis nostre, nec in Regno ejus, nec in aliquo alio Regno, aut ullo loco. Nullum qui habuerit nomen Vayvodatus, sed neque Nobilem, aut Magnatem ejusdem Stephani Vayvode hostem in nostris Dominiis, in periculum, vel opprobrium ipsius, aut Patrie suc conservabimus, sed omnes tales extra Regnum nostrum destinabimus, et eis nullum favorem prestabimus. Promittimus etiam quod pro rebus, et factis quibuscunque hactenus hincinde perpetratis, neque subditi, neque Mercatores ipsius Stephani Vayvode aliquod malum incurrent, aut eis quispiam molestiam inferet, sed tam nostri, quam ipsius Vayvode Stephani Jure mediante omnes causas suas definiant, et amicabiliter perficiant. Quia autem ipse Stephanus Vayvoda, promisit nobis cum propria Persona, et tota Provincia sua assistentiam facere contra Paganos, et alios bostes nostros et Regni nostri prout clarius in Litteris suis continetur. Nos etiam promittimus eundem

Digitized by Google

Stephanum Vayvodam protegere propria in Persona nostra si necesse fuerit, nisi fuerimus in majoribus causis Regni nostri occupati, et tunc ei subsidium, et favorem ex Regno nostro juxta posse nostrum impendere promittimus, Super metis etiam Provincie Moldavie cum Provincia Transalpina secundum antiquos terminos, et consvetudines per Predecessores Vayvodas possessos, et tentos, utrumque Vayvodam, tam scilicet Stephanum Vayvodam Moldaviensem, quam Vlad Transalpinum secundum Privilegia Alexandri et Mijrse utriusque Partis Vayvodarum a Regibus obtenta confirmamus. Et si contigerit, quod Deus avertat, ipsum Stephanum Vayvodam, vi hostium suorum cogi ad exitum de Terra sua, et ad Regnum nostrum intrare, ac ad Castra, Civitates, et Oppida nostra, ubilibet in Regno nostro, cum Filiis, Familia, Boyaronibus, et quibuscunque habitatoribus Terre sue, multis, vel paucis, aut omnibus ejus, et eorum Bonis, rebus, et Thesauris promittimus, quod tute venire, stare et morare poterit, tamdiu, quamdiu ei libuerit, et quod humane, ac sine ulla offensione tractabitur. Cum autem ei placuerit ad Patriam suam reverti, tunc similiter cum Filiis, Boyaronibus, Famulis, rebus, Bonis, Thesauris, ac omnibus ad eum pertinentibus libere reverti sine ullo offendiculo, et contrario poterit. Et nos si opus fuerit, juxta totum posse nostrum ad recuperandam totam Patriam juvabimus. Que omnia suprascripta nos Mathias Rex promittimus in verbo nostro Regio Corona Hungarie, et sub fide nostra Christiana firmiter observare, sine omni dolo, et fraude harum nostrarum Litterarum, quibus Secretum Sigillum nostrum, quo ut Rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et Testimonio mediante. Datum Bude in Festo Assumtionis Beate Marie Virginis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo quinto. Regnorum nostrorum Anno Hungarie decimo octavo Bohemie vero Septimo.

Et Nos Gabriel Episcopus Ecclesie Albensis Transylvanie Apostolice Sedis Legatus — Johannes Strigoniensis, Gabriel Colocensis, Ecclesiarum Archi-Episcopi, Sigismundus Quinqueecclesiensis, Thomas Nitriensis Ecclesiarum Episcopi, Michael Orzagh de Guth Regni Hungarie Palatinus, Emericus de Zapolya Comes perpetuus Scepusiensis, Comes Stephanus de

Digitized by Google

Bathor Judex Curie Regie, Johannes Pancracz de Dengelegh Vayvoda Transylvanus, Job de Gara, Johannes Comes de Bozin, et Sancto Georgio, Emericus de Palocz Agazonum Regalium Magister, Nicolaus Banffy de Lindva Comes Posoniensis, Blasius Magyar Vice Vayvoda Transilvanus, et Georgius de Parlag Janitorum Regalium magister, penes prefatum Dominum nostrum Mathiam Regem Hngarie, eadem fide nostra Christiana, et honore nostri promittimus, quod ipse Dominus noster Rex premissos Articulos quoad omnia puncta, et conlinentias inviolabiliter observabit. In cujus rei Testimonium, penes Sigillum Domini nostri Regis etiam Sigilla nostra presentibus appendi fecimus. Datum ut supra.

Reichersdorf Györgynek, I. Ferdinánd király titoknokának, mint erdélyi követnek irományai közől, mellyek eredetileg megvannak a felső-bajorországi eteli monostor könyvtárában, Jankowich Miklós illy czimü kéziratából: Moldavia et Valachia legitimis juribus S. Regni Hungariae Coronae asserta.

DLXXIII.

Mátyás király meghagyja Tamás szebeni polgármesternek, hogy Kádár Tamás szebeni polgárnak Szilágyi János szegedi biró által az ő parancsára lefoglalt 98 darab ökrének árát királyi jövedelméből ezen levele vételével tüstént fizesse ki, ezen parancsát igazolása végett magánál megtartván. Kelt Budán september 17-dikén 1475.

Digitized by Google



Prudenti et Circumspecto Thome Magnocinna
Civitatis nre Czibinien fideli nobis dilecto.



Mathias dei gratia Rex
Hungarie Bohemie etc.

Prudentem et Circumspectum fidelis nobis ~~nobis~~ dilecte. Mandamus fidelitati tue
firmiter quatinus statim receptis presentibus Circumspecto Thome Kaadaar Cum Civitate
nostre Czibinien. pro illorum Nonaginta octo bovum quos ab eodem per Circumspectum
ladislaum Zylagij Iudicem Civitatis nostre Zegedien. occupari et pro nobis auferri
fecimus, de pecuniis nostris reddere et persolvere debeas, presentes pro tua expeditione
reservan. Datum Rude Sabbato proximo post festum exaltationis sancte
Crucis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto Regnorum
nostrorum Hungarie etc. Anno domini octavo Bohemie vero septimo.

Mathias Rex manu propria

Mathias dei gracia Rex
Hungarie Bohemie etc.

Prudens et Circumspecte fidelis nobis dilecte. Mandamus fidelitati tue firmiter quatenus, statim acceptis presentibus Circumspecto Thome kaadaar Ciui Ciuitatis nostre Czijbiniensis precia illorum Nonaginta octo Bouum quos ab eodem per Circumspectum Ladislaum Zylagij Judicem Ciuitatis nostre Zegediensis, occupari et pro nobis auferri fecimus, de pecunijs nostris, reddere et persoluere debeas, presentes pro tua expedicione reseruando, Datum Bude Sabbato proximo post festum exaltacionis sancte Crucis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto Regnorum nostrorum Hungarie etc anno decimo octauo Bohemie vero septimo.

Mathias Rex manu propria.

Kivülről: Prudenti et Circumspecto Thome Magistro ciuium Ciuitatis nostre Czibiniensis fideli nobis dilecto.

Szeben városa levéltárából. *)

DLXXIV.

Mátyás király Osvát zágrábi püspöknek erősen megparancsolja, hogy Nádasdi Darabos Lászlót, kit ő minden tótor-

*) Ezen levelet a király aláírása tekintetéből hasonmásban is adjuk.

Digitized by Google

szági és másutt bárhol lévő javaival és jogaival együtt királyi pártfogása alá vett és maga személyében az ő különös védelmébe és pártfogásába ajánlott, ezentul minden törvénytelen megtámadói ellen az ő nevében oltalmazza és védelmezze. Kelt Budán september 20-dikán 1475,

De commissione Domini Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungaric Bohemie etc. Fideli nostro Reuerendo in Christo patri domino Oswaldo, Episcopo ecclesie Zagrabiensis Salutem et graciam, Cum nos fidelem nostrum, Egregium Ladislaum Darabos de Nadasd, Simulcum vniuersis possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarijs in Regno nostro Sclauonie ac alias vbiuis habitis et existentibus, nec non rebus et bonis suis, iustis vtputa et legittimis in nostram regiam receperimus proteccionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis persone vestre commiserimus tuicioni, et tutele speciali, Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus, a modo imposterum, prefatum Ladislaum Darabos, Simulcum pretactis possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarijs, necnon rebus et bonis suis quibuslibet iustis vt prefertur et legittimis, contra quoslibet illegitimos impetitores protegere tueri et defensare, ac indempniter manutenere debeatis nostre maiestatis in persona, et aucthoritate nostra, presentibus vobis in hac parte attributa et Justicia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in vigilia festi beati Mathei apostoli et euangeliste, anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo quinto, Regni nostri anno decimo octauo coronacionis vero duodecimo.

Az eredetiből.

Digitized by Google

Prudenti et circumspecto Thome Lirato
Magistrorum civitatis nostre Cibinien
fideli nobis sincere dilecto

Mathias dei gratia rex
Hungarie Bohemie

Prudens et circumspecte fidelis nobis dilecte. Quia nos fideli nostro circumspecto Thome
Kadar, pro illis centum minus duobus bobus quos ab eodem pro necessitate nostra
conferri fecimus, pro singulis eorum de taxa ipsius civitatis nostre nos fecimus aurei, pro te
dari deputamus, que in toto faciunt ducentos et Nonaginta sex florenos aurei. Ideo
fidelitati tue mandamus quatenus receptis presentibus prefato Thome Kadar civi illius
civitatis nostre Cibinien. de dicta taxa prefatos ducentos et Nonaginta sex florenos cum
nostram Regiam ad rotiam reddere et restituere dicas secus non facturus. Presentes superius
annulari secreto nostro consignatas pro tua expeditione reservamus. Datum Zegedini in
profesto beati Demetrii martiris Anno domini millesimo CCCC° quinto, Regnorum nostrorum anno
Hungarie decimoctavo Bohemie septimo.

Mathias Rex manu propria

DLXXV.

Mátyás király Tamás diák Szeben városi polgármesternek meghagyja, hogy ugyanazon városi polgár Kádár Tamás részére azon 98 ökörért, mellyeket tőle a maga szükségére elvétetett, darabjától 3 arany forintot számítva 296 arany forintot a város királyi díjából jelen levele vételével az ő számadására fizessen, titkos gyürűpecsétével hitelesített levelét maga igazolására megtartván. Kelt Szegeden october 25-dikén 1475.

Mathias dei gracia Rex
Hungarie Bohemie etc.

Prudens et Circumspecte fidelis nobis dilecte Quia nos fideli nostro Circumspecto Thome kadar, pro illis Centum minus duobus bobus, quos ab eodem, pro necessitate nostra auferri fecimus, pro singulis eorum de taxa ipsius Ciuitatis nostre tres florenos auri per te dari deputauimus, Que in toto faciunt ducentos et Nonaginta Sex florenos auri Ideo, fidelitati tue mandamus quatenus receptis presentibus prefato Thome kadar Ciui illius Ciuitatis nostre Cibiniensis, de dicta Taxa prefatos ducentos et Nonaginta Sex florenos aurj nostram Regiam ad racionem reddere et restituere debeas Secus non facturus, presentes superinde Annulari Secreto *nostro consignatas* pro tua expeditione reserues, Datum, *Zegedini in profesto*, beati Demetrij martiris Anno Domini etc. LXX-o quinto, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimooctauo Bohemie vero septimo.

Mathias Rex manu propria.

Digitized by Google

Kivülről: Prudenti et Circumspecto Thome litterato Magistrocivium Ciuitatis nostre Cibiniensis Fideli nobis sincere dilecto.

Szeben városa levéltárából. *)

DLXXVI.

Mátyás király Kassa városának tudtúl adja, hogy összes hadi népével a török ellen megindult, s e szerint darab ideig az országon kivül kelletvén mulatnia, maga helyett az ország ügyeinek elintézését Szapolyai Imre szepesi örökös grófra bizta teljes hatalommal, — megparancsolja neki, miszerint az említett grófnak mind addig, mig ő vissza nem tér, mindenben engedelmeskedjék és őt mint saját személyét tekintse s tisztelje, Kelt Tolnán october 28-dikán 1475.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Bohemie etc.

Prudentes et Circumspecti Fideles nobis dilecti. Constare vobis non dubitamus quod iam nos unacum uniuersis gentibus et copijs nostris personaliter adversus Thurcos progredimur, contra quos extra hoc Regnum nostrum Hungarie aliquamdiu oo-

*) Ezen levelet a király aláirása tekintetéből hasonmásban is adjuk.

Digitized by Google

cupari necesse erit, Ob hoc rebus et negotijs, que in huiusmodi absentia nostra in hoc Regno nostro inter incolas eiusdem interim qualitercumque emergent attendere personaliter non poterimus. Deputavimus tamen et reliquimus loco nostro cum plena nostra facultate fidelem nobis dilectum Spectabilem et Magnificum Emericum de Zapolya Comitem perpetuum Terre Scepusiensis, fidelitati igitur vestre serie presentium strictissime mandamus, quatenus ipsi Comiti usque ad felicem reversionem nostram de presenti nostra expedicione in omnibus rebus obtemperare et obedire, Eumque tamquam Personam nostram propriam audire et revereri, ac ea que vobis nomine nostro facere iusserit modis omnibus exequi debeatis, et teneamini, et secus gratie nostre sub optentu facere non audeatis. Datum in Oppido Tholna in Festo Beatorum Simonis et Judo Apostolorum anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo octavo Bohemie vero Septimo.

Kivülről: Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis Ceterisque Civibus Civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis sincere dilectis.

Kassa városa levéltárából.

DLXXVII.

A csornai convent bizonyságot tesz arról, hogy Kanizsai László, — fiainak László, János és Istvánnak, valamint Györgynek, néhai testvére Miklós és Miklósnak nékai nagybátyja Imre fiainak terheit és sérelmeit is magára vévén, —

Digitized by Google

előtte önkényt vallotta, miként jelenlegi nagy szükségökben egész Pereszteg, Hidegség, Boz és Füles helységeit a fülesi vámmal együtt, valamint Kövesd és Czenk helységek fele részét a czenki vám felével együtt mind Soprony megyében, minden tartózandóságaikkal Csupor Demeter győri püspöknek és általa azemlitett püspök-alapitotta győri egyházi oltár időszerinti igazgatóinak 1500 arany forintért, mellyeket hiány nélkül fölvett, elzálogositotta s e zálogjósságokért maga s nevezett vérei nevében szavatosságot vállalt. Kelt február 6-dikán 1476.

Nos Conventus Monasterij beati Michaelis Archangeli de Chorna memorie commendamus quod Magnificus dominus ladislaus de Kanysa onera et quelibet gravamina Egregiorum Ladislai Johannis et Stephani filiorum nec non Georgii filii condam Nicolai carnalis ac Nicolai filii condam Emerici de dicta Kanijsa patruelis fratrum suorum quoad infrascripta per omnia super se assumendo coram nobis personaliter constitutus sponte confessus est in hunc modum, Quod ipse pro quibusdam suis et dictorum fratrum suorum arduis necessitatibus ad presens ipsos urgentibus evitandis totales possessiones Pereztegh hydegseg Boz et fijles vocatas cum tributo in eadem fijles exigi solito, item directas medietates possessionum in Kevesd et Czenk cum Medietate Tributi in eadem Czenk exigi soliti omnino in Comitatu Soproniensi habitas et existentes cum omnibus utilitatibus et pertinencijs quibuslibet puta terris arabilibus cultis et incultis pratis pascuis, fenetis Sylvis nemoribus rubetis virgultis, piscinis, piscaturis aquis fluvijs, aquarumque decursibus censibus, muneralibus, taxisque ordinarijs et extraordinarijs, alijs eciam cunctis utilitatibus utilitatum Integritatibus ad easdem possessiones, et medietates possessionum ac tributorum spectantibus et pertinere debentibus Reverendo in Christo patri domino demetrio Chwpor Episcopo Ecclesie Jauriensis ac per eum Rectoratui Altaris per eundem dominum Episcopum in dicta Ecclesia Jauriensi fundati Rectorique eiusdem Altaris pro tempore constituto pro mille et quingentis florenis auri boni puri et iusti pon-

Digitized by Google

deris monete hungaricalis, plene ut dixit ab eodem domino Episcopo babitis et receptis pignori obligasset imo obligavit coram nobis tali modo, quod quandocunque Idem dominus Ladislaus de Kanysa aut filij et fratres sui prelibati vel eorundem heredes, prescriptas possessiones ac medietates possesionum et Tributorum ab eisdem domino Episcopo et Rectore prescripti altaris redimere possent, Extunc ijdem easdem et eadem eisdem rehabita pecunia eorundem antedicta in vera moneta auri omni Rerum estimatione exclusa, liteque procul mota remittere et resignare deberent et tenerentur, Assumendo nihilominus Jdem Dominus Ladislaus de Kanijsa in sua ac predictorum filiorum et fratrum suorum personis memoratum dominum demetrium Episcopum ac Rectorem Jam dicti Altaris medio tempore in pacifico domino dictarum possessionum ac medietatum possessionariarum et tributorum contra quoslibet Impetitores semper et ubique conservare tueri et defensare suis proprijs laboribus et expensis tali vinculo obligacionis mediante quod si Jdem dominus Ladislaus de Kanijsa ipsos dominum Episcopum ac Rectorem Jamfati Altaris in pacifico dominio prescriptarum possessionum ac medietatum possessionariarum et tributorum conservare nollet, aut non posset vel negligeret quoquomodo, extunc Idem in facto potencie convinceretur et convinci deberet eo facto, Ad que premissa Idem dominus Ladislaus de Kanijsa se ac dictos filios et fratres suos sponte obligavit, coram nobis harum nostrarum literarum testimonio et vigore mediante, Datum in festo beate dorothee Virginis et Martiris Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo Sexto.

Czech János közléséből.

Digitized by Google

DLXXVIII.

Mátyás király Pozsony városának komolyan meghagyja, hogy Grafeneck Ulrik báró népeit, valahányszor általa erre nézve levélben felszólittatik, a Morva folyó hidján e levél elő-mutatása mellett bocsássa át. Kelt Szalánkemenben február 22-dikén 1476.

de commissione propria Domini Regis

Mathias von Gots gnaden zu hungern zu Beheim konig etc. Ersam, fursichtig, weisz sunderliebn getrewen. Emphelhen wir ew ernnstlich und wellen wann und wie offt unser lieber getrewer der Edl Ullrich Freyher zu Gravenneck ew durch sein schreiben erforden wurd, alsdann sein Volkh, das von der March zu ew oder sunst von Im zu ew cziehen werd hin und her uber die prukgn lasset, doch albey mit desselben von Grafnnekg warzaichen. Kein annders tut, das ist unser ernnstlichc maynung. Geben zum Zalankemcn an sannd Peters tag Kathedra. Anno Domini etc. LXXVj-o unser Reich des Hungrischen etc. im XVIII-ten und des Behemischen im Sibennden Jaren.

Kivülről: Den ersamen, fürsichtigen und weisen unsern sunderlieben getrewen Richter Burgermaister und Rate unser Stat Presburg.

Pozsony város levéltárából.

Digitized by Google

DLXXIX.

Mátyás király Kassa városa birájának tudtára adja, hogy Szapolyai Imre szepesi örökös grófot a jelen hadjáratra minden népével együtt magával viendi és ezeknek kitartására Abauj vármegye adójából 1000 arany forintot utalványozott, minek következtében neki, mint ezen adó beszedőjének megparancsolja, miszerint ezen 1000 arany forintot jelen levele vételével haladék nélkül adja át az ő számadására a szepesi grófnak, vagy e levelét előmutató emberének, és ügyeljen arra, hogy a fizetésbeni hanyagság miatt a gróf szolgálatában ne hátráltassék. Kelt Budán aprilis 26-dikán 1476.

Mathias dei gracia Rex
Hungarie Bohemie etc.

Prudens et Circumspecte fidelis nobis dilecte Scias quod nos fidelem nostrum Spectabilem et magnificum Emericum de Zapolya Comitem perpetuum Sepusiensem cumcunctis gentibus ad hanc presentem expedicionem nostram nobiscum ducturj sumus. Eique certam disposicionem fecimus et ad conservacionem gencium suarum, quas secum ducturus est, de contribucione illius Comitatus Abawijwariensis, quam tu nunc exigis Mille florenos auri ad racionem nostram darj deputauimus. Idcirco fidelitati tue harum serie firmiter precipimus et mandamus, quatenus statim receptis presentibus omni dilacione semota prefatos Mille florenos de contribucione prefati Comitatus eidem Comiti Sepusiensi vel homini suo presencium videlicet

Digitized by Google

ostensorj nostram ad racionem reddere debeas. Cauendo ne In solucione prescriptorum Mille florenorum aliqua parte negligencia conmittatur, propter quam cogatur ipse Comes a seruicijs nostris retardarj. presentes autem facta restitucione eorundem pro tua teneas expedicione. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Marcj ewangeliste Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Sexto Regnornm nostrorum Hungarie etc. Anno decimonono Bohemie vero septimo.

Mathias Rex manu propria

Kassa városa levéltárából.

DLXXX.

Mátyás király megerősíti azon bizonyságlevelét, mellyet még 1467-diki aprilis 13-dikán a budai káptalannak Szempte helységébeni csendes és háboritatlan birtoka iránt Pest és Pilis megye közgyüléséből adott volt (Oklevéltár CDXXXIII. sz.) Kelt Budán május 1-sején 1476.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus per presentes, quod fidelis noster Honorabilis Magister Ladislaus de Maczelhaza, Custos et Canonicus Ecclesie Budensis, nostram personalem veniens in presenciam, suo ac honorabilis Capituli eiusdem Ecclesie Budensis nominibus exhibuit et presentauit nobis quasdam alias literas nostras affirmatorias factum porcionis possessionarie ipsius Capituli Ecclesie Budensis in possessione Szempte vocata habite tan-

Digitized by Google

gentes, in papyro patenter confectas et emanatas tenoris infrascripti. Supplicans nobis humiliter ut easdem de verbo ad verbum transcribi et transsumi facientes, ad cautelam Jurium dicti Capituli sibi dare dignaremur, quarum tenor talis est. Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie *stb.* (*Lásd: Oklevéltár CDXXXIII. sz. a.*) Nos igitur supplicacionibus annotati Ladislai Custodis, per eum suo et dicti Capituli eiusdem Ecclesie Budensis nominibus et in personis, modo quo supra nostre humiliter oblatis Maiestati, exauditis, prescriptas literas nostras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, presentibusque literis nostris similiter patentibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali transscriptas et transsumptas sibi duximus concedendas. Communi iusticia suadente. Datum Bude feria quinta proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Sexto.

Pray kéziratából III. köt. 89—91. l.

DLXXXI.

Mátyás király Gersei Pethő György és János hű szolgálatai tekintetéből Zala megyei Gulács helységét, melly Gulácsi Antal magvaszakadtával a magyar koronára szállott, minden tartozandóságaival együtt nekik adományozza. Kelt Budán május 27-dikén 1476.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus

Digitized by Google

expedit vniuersis. Quod nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicacionis instanciam pro parte fidelium nostrorum Egregiorum Georgij et Johannis Pethew de Gerse nostre propterea porrecte maiestati tum vero attentis et consideratis fidelitate et seruicijs eorundem per eos nobis sub locorum et temporum varietate exhibitis et impensis possessionem Gwlach vocatam in Comitatu Zaladiensi habitam que alias fidelis nostri condam Anthonij filij Laurencij filij Byczo de dicta Gwlach prefuisse sed per defectum seminis eiusdem ad nos consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legittime deuoluta esse perhibetur Simul cum cunctis eiusdem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet puta terris Arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis fenetis siluis Montibus vallibus vineis vinearumque promontorijs Aquis fluuijs piscinis piscaturis Molendinis molendinorumque locis ac generaliter quarumlibet vtilitatum eiusdem integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis sub eiusdem veris metis et antiquis premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus memoratis Georgio et Jobanni Pethew ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam dedimus donauimus et contulimus ijmmo damus donamus et conferimus Saluo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Quas in formam nostri priuilegij redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria secunda proxima post festum Ascensionis Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo sexto Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno decimo nono Bohemie vero octauo.

Az eredetiből.

Digitized by Google

DLXXXII.

A zalai Szent Adorján monostorának conventje tudósítja Mátyás királyt, miszerint május 27-dikén 1476. kelt beigtató parancsa következtében Gersei Pethő Györgyöt és Jánost Zala megyei Gulács helységébe június 4-dikén be akarta igtatni, de Gulácsi Bede György a maga és Gyömrei Dénes, Ecseri Imre pedig a maga és testvérei György, Péter és Kelemen nevében a beigtatásnak ellenmondtak, kiket is a közelebbi sz. Jakab napi törvényszakra ellenmondásuk okadása végett a királyi személyes jelenlét elébe idézett. Kelt június 9-dikén 1476.

Serenissimo Principi Domino Mathie Dei gracia Hungarie Bohemie etc. Begi domino ipsorum graciosissimo Conuentus Monasterij beati Adriani martiris de Zala oracionum denotarum suffragia. Vestra nouerit Serenitas nos literas eiusdem Statutorias pariter et Euocatorias nobis directas summacum obediencia recepisse in hec verba Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Conuentui ecclesie Zaladiensis Salutem et graciam, Cum nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicacionis instanciam, pro parte fidelium nostrorum Egregiorum Georgij et Johannis Pethew de Gerse, nostre propterea porrecte maiestati Tum vero attentis et consideratis fidelitate et servicijs eorundem per eos nobis sub locorum et temporum varietate exhibitis et impensis, possessionem Gwlach vocatam in Comitatu Zaladiensi habitam, que alias fidelis nostri condam Anthonij filij Laurencij filij Viczo de dicta Gwlach, prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem ad nos, consequenterque colacionem nostram iuxta antiquam et appro-

Digitized by Google

batam dicti Regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legittime deuoluta esse perhibetur, Simulcum cunctis eiusdem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Memorato Georgio et Johanni ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum literarum nostrarum Donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulissemus velimusque eosdem in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Matheus de Byk aut Oswaldus de eadem vel Benedictus Nemcheny, seu Nicolaus de Bogyzla siue Albertus de Fok aut Philipus de Myhalfalwa alijs absentibus homo noster ad facies prescripte possessionis Gwlach, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime congregatis et presentibus accedendo introducat prefatos Georgium et Johannem in dominium eiusdem statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premisse nostre donacionis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem contra prenominatos Georgium et Johannem nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato, vt fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude feria secunda proxima post festum Ascensionis Domini, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno decimo nono, Bohemie vero octauo Vnde nos mandatis ipsius Regie Serenitatis semper in omnibus fideliter obedire cupientes vt tenemur vnacum prefato Matheo de Byk homine vestro, nostrum hominem videlicet fratrem Bartholomeum sacerdotem vnum ex nobis ad ipsam Statucionem faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum, Tandem ijdem exinde ad nos reuersi nobis vniformiter retulerunt Quod ipsi feria tercia proxima ante festum

Digitized by Google

sancte et Indiuidue Trinitatis proxime preteritum, ad facies prescripte possessionis Gulach vicinis et commetaneis eiusdem inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, dum ipsi prefatos Georgium et Jobannem Pethew de Gerse, in dominium eiusdem, introducere ac eandem ipsis simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet premisse vestre donacionis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam, statuere voluissent, Tunc Georgius Bede de Gwlach, et Emericus filius condam Ladislai de Echyr, in ipsorum, ac idem Georgius Bede, Dyonisy de Gywmerew, prefatus autem Emericus de Echyr, Georgij Petri et Clementis fratrum suorum carnalium personis, huiusmódi Statucioni contradiccionis velamine obuiassent Ideo ipsi noster et vestre Serenitatis Regius homines eosdem ibidem et eadem die, contra prefatos Georgium et Johannem Pethew, ad octauas festi beati Jacobi Apostoli nunc venturas, vestram personalem euocassent in presenciam, racionem contradiccionis eorum reddituros, Datum sexto die diei Introduccionis Statucionis et Euocacionis predictarum, Anno Domini supradicto.

Kivül: Personali presencie
Regie Maiestatis

Pro Egregijs Georgio et Johanne Pethew de Gerse, Contra

Georgium Bede de Gwlach et Emericum de Echyr Introduccionis Statucionis et Euocacionis

Relatorie.

Az eredetiből.

Digitized by Google

DLXXXIH.

Mátyás király Kinizsi Pál személyes kérésére annak Trencsény megyei Lietava vára s tartozandóságai iránt 1474. september 19-dikén kelt adománylevelét (Oklevéltár DLVII. sz.), valamint a nyitrai káptalannak a beigtatásról ugyanazon évi november 26-dikán kelt bizonyságlevelét (Oklevéltár DLIX. sz.) szóról szóra átírván, ünnepélyesen megerősíti. Kelt september 5-dikén 1476.

De commissione Domini Regis.

Mathias Dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex etc. Omnibus christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatore, Ad Vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nostre maiestatis veniens in conspectum fidelis noster dilectus Egregius Paulus de Kynys, exhibuit nobis, quasdam binas literas vnas nostras Secreto Sigillo nostro quo Vt Rex Hungarie vtimur impressiue consignatas, quibus mediantibus nos Castrum Lethawa vocatum in Comitatu Trinchiniensi, habitum, simulcum possessionibus similiter Lethawa ac Swynna Stranya Konska Dywrchyna Frywald Schwgye Jasenyowe Zdynyowe Charna parua Babkow Podhoree Brezamo Rayecz Lehothka Strazow Chlunycz Bany Lwchka Bystrycha parua Wysnyewc Ternowe Zawathka Dywyn Bytharow et Kraznahorka vocatis, omnino in eodem Comitatu habitis necnon directa media parte Tributi seu Thelony in noua Ciuitate ab antiquo exigi soliti, ac cunctis alys vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet inferius in tenore earumdem literarum expressis, annotato paulo de Kynys suisqne heredibus et posteritatibus vniuersis in perpetuum dedisse et

Digitized by Google

contulisse dinoscimur, Alias vero Capituli ecclesie Nitriensis super legittima statucione eiusdem Castri ao Villarum et possessionum predictarum eidem paulo de Kynys nullo contradictore apparente, facta cum pendenti Sigillo emanatas tenorum infrascriptorum Supplicans nobis idem Paulus de Kynys humiliter, quatenus easdem literas et omnia in eis contenta, ratas gratas et accepta habere, literisque nostris priuilegialibus de verbo ad verbum inseri faciendo approbare, eidem Paulo suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, Innouando perpetuo valituras confirmare dignaremur, Quarumquidem literarum prime videlicet nostre donacionalis tenor Is est Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. *(Lásd: Oklevéltár DLVII. sz.)* Alterius vero scilicet Capituli ecclesie Nitriensis statutorie tenor sequitur in hec verba, Nos Capitulum ecclesie Nitriensis *stb. (Lásd: Oklevéltár DLIX. sz.)* Nos igitur premissis supplicacionibus annotati Pauli de Kynys nostro modo premisso porrectis maiestati, Regia benignitate exauditis, et clementer admissis, prescriptas literas vtrasque, non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, presentibusque literis nostris priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias clausulas et articulos eatenus quatenus, eedem rite et legittime existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, approbamus et ratificamus, Easque nichilominus, et omnia in eis contenta, ex certa nostra sciencia et animo deliberato de nostreque Regie potestatis plenitudine, annotato Paulo de Kynys suisque heredibus et posteritatibus vniuersis innouando perpetuo valituras confirmamus, presentis scripti patrocinio mediante, Saluis Juribus alienis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras priuilegiales pendentis *et autentici* dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas, Datum per manus Reuerendissimi in Christo patris Domini Gabrielis ecclesiarum Colocensis et Bachiensis Canonice vnitarum Archiepiscopi locique eiusdem Colocensis Comitis perpetui Aule nostre Supremi Cancellary dilecti et fidelis nostri, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo sexto, In nonis Septembris

Digitized by Google

Regnorum autem nostrorum Hungarie etc. Anno decimo nono, Bohemie vero octauo, Venerabiiibus in Christo patribus Dominis Johanne Strigoniensi et prefato Gabriele Colocensi Archiepiscopis summis Cancellarys nostris, fratre Gabriele Agriensis, Johanne electo Waradiensis, Osualdo Zagrabiensis Sigismundo electo et confirmato Quinqueecclesiensis,Demetrio Chwpor Jauriensis, Nicolao de Bathor Waciensis Thoma Nitriensis Johanne Chanadiensis Benedicto Bosnensis Sigismundo de Palocz Sirmiensis Nicolao electo et confirmato Tininiensis ecclesiarum episcopis ecclesias Dei fcliciter gubernantibus, Item Magnificis Michaele Orzag de Gwth predicti Regni nostri Hungarie Palatino Johanne Pangraczy de Dengeleg Wayuoda Transsiluano et Comite Siculorum, Comite Stephano de Peren Thawarnicorum Georgio de Parlag Janitorum, Georgio de Thwrocz Pincernarum, Thoma Farkas Dapiferorum, Emerico de Palocz Agazonum nostrorum Regalium Magistris, Nicolao filio Bani de Alsolyndwa Comite Posoniensi, Alysque compluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Ad Relacionem Stephani prepositi Demesiensis.

A nemzeti museumban levő eredetiből.

Digitized by Google

DLXXXIV.

Mátyás király a győri káptalannak és Győr városa birájának és esküttjeinek Kuthasi Tamás törvénytudor s vasvári prépost, Kuthasi Gergely, György, Miklós és Ambruss és a prépost több rokonának abbeli panaszára, — miszerint ők egykor nékai Walpek János győri lakosnak a pannonhalmi convent bizonyságlevele szerint bizonyos pénzt kölcsönöztek, melyet az éltében meg nem fizethetett, fiai s örökösei pedig János és István hasonlóan győri polgárok megadni nem akarnak, és mind e mellett a káptalan és város nekiek ez ügyben igazságot szolgáltatni vonakodik, állitván hogy a király gyürűpecsétével kelt levele által a nevezettek ez adósság alól fölmentettek, — szorosan megparancsolja, hogy a kötelező levél értelmében, az ő előbbi bármilly alakban kiadott levelére nem tekintve, jelen levele vételével minden halogatás nélkül a panaszlóknak igazságot szolgáltassanak. Kelt Budán september 6-dikán 1476.

Commissio propria Domini Regia.

Mathias Dei Gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Honorabilibus Dominis de Capitulo Ecclesie Jauriensis item Circumspectis Judici et Juratis Civibus Civitatis Loci eiusdem Salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre pro parte et in personis fidelium nostrorum Venerabilis Thome Decretorum Doctoris Prepositi Ecclesie Castriferrei ac Nobilium Gregorii et Georgii de Kwthws nec non Nicodemi et Ambrosii filiorum condam Galli de Eadem et ceterorum aliornm fratrum et consangvineorum eiusdem Thome Prepositi, quod

Digitized by Google

quamvis ipsi alias condam Johanni Walpek inhabitatori dicte Civitatis Jauriensis mutuo sub spe restitutionis, prout hoc Litere fassionales et Obligatoriales Honorabilis Conventus Ecclesio Sancti Martini Sacri Montis Pannonie apertius declararent, certam Summam pecunie accommodaverint, quam prefatus condam Johannes eis vita sua durante reddere minime potuisset, Nunc autem Circumspecti Johannes et Stephanus filii eiusdem modo simili concives vestri, in quos omnia bona sua pariter cum prescripto debito iuxta antiquam Regni consvetudinem devoluta sunt, reddere et restituere non vellent. Super quo per eosdem exponentes pro faciendo ipsis in hac parte Judicio, et Justitia etiam vos requisiti ipsis huiusmodi Judicium et Justitiam facere minime voluissetis, allegantes quod ipsi Johannes et Stephanus ab omni Jure et Juris onere per Litteras nostras sub Sigillo nostro annulari emanatas, ratione prescripti Debiti penitns expediti essent, et subportati, in preiudicium eorundem exponentium et damnum valde magnum. Cum autem nemo sine certa et rationabili causa se a facie Juris et Justitie absentare possit. Ob hoc nec prefatos Johannem et Stephanum aliqua via a Jure precavere volentes, Mandamus igitur fidelitati vestre harum serie firmissime, quatenus receptis presentibus eisdem exponentibus ex parte prefatorum Johannis et Stephani Walpek in facto prescripti Debiti iuxta continentias dictarum Litterarum fassionalium et obligatoriarum, prefati Conventus Sancti Martini, non obstantibus prescriptis Litteris nostris pro parte eorundem Johannis et Stephani sub Sigillo nostro annulari, aut alias qualitercunque et sub quacunque forma verborum emanatis, aut aliis subterfugiis quibuscunque, Judicium et Justitiam facere, et impendere debeatis, et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria sexta proxima ante festum Nativitatis Beate Marie Virginis, Anno Domini Milesimo Quadringentesimo Septuagesimo sexto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno decimo nono, Bohemio vero Octavo.

Az esztergomi káptalan levéltárából.

Digitized by Google

DLXXXV.

Mátyás király az erdélyi szászoknak szorosan megparancsolja hogy, ha közölök némellyek Báthori István országbíró alatt a törökök ellen Erdélyben gyüjtött hadseregből haza tértek vagy elszéledtek volna, jelen levele vételével rögtön ujra keljenek föl, az említett vezérrel Havasalföldre menjenek át, és annak mindenben engedelmeskedjenek; mivel ellenkező esetben azt felhatalmazta, hogy az engedetleneket letartóztathassa és javaikat elfoglalhassa. Kelt Budán september 6-dikán 1476.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris universis et singulis Saxonibus partium Regni nostri Transylvanarum presentium notitiam habituris. Salutem et gratiam. Mandamus fidelitati vestre et cuilibet vestrum harum serie firmiter, quatenus statim visis presentibus si qui ex vobis, de presenti exercitu nostro cum fidele nostro Magnifico Comite Stephano de Bathor Judice curie nostre in partibus Regni nostri Transylvanis contra turcos habito ad domus suas vel alias reversi et dispersi fuissent, rursum sine aliqua intermissione universaliter insurgere et cum eodem Comite Stephano *de Ba*thor ad partes Regni nostri Transalpinas transire *et omnia* ea que idem Comes Stephanus vobis dixerit facienda facere debeatis. Quoniam Alioquin nos eidem Comiti Stephano facultatem dedimus, ut omnium vestrum res et bona universa, qui insurgere, et ea que idem dixerit facienda facere nollent occupare et eosdem in personis detineri possit et valeat. Secus ergo prout gravissimam indignationem nostram evitare cupitis non

Digitized by Google

facturi. Bude feria sexta proxima ante festnm nativitatis beate Marie virginis, Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Regnorum nostrorum Hungarie etc. decimo nono Bobemie vero octavo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

DLXXXVI.

Mátyás király előadván, hogy valamint az országnak az ozmánok elleni védelmére sokat kellett és még most is kell költenie, ugy közelebbről tartandó menyekzőjére is sok pénzre van szüksége, meghagyja Korpona városának, mellyet, ha illy nagy szükség nem szoritaná, jelenleg örömest megkiméine, hogy jelen levele vételével mindjárt küldjön néhány megbizottat kincstartójához, György pécsi préposthoz, ez ügybeni szándékának megtudására, s mit ez az ő nevében előadand, haladéktalanul teljesitse. Kelt Budán september 8-dikán 1476.

Matbias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis oeterisque ciuibus Ciuitatis nostre Korpona Salutem et graciam. Novisse potestis, quam difficiles et graues expensas his temporibus pro necessaria Regni nostri defensione contra Turcos, infestissimos Regni nostri, et tocins Christianitatis emulos, fecerimus, quantisque impensis, ad reprimendas perfidi hostis vires, insnltusque repellendos, opus, et ex nunc opus sit Maiestati nostre. Cum igitur post tantas et tam intolerabiles ex-

Digitized by Google

pensas, et labores, iam demum celebritas quoque nupciarum nostrarnm in proximo sit, ad quarnm solennitatem similiter maximis expensis pro nostro et Regni nostri decore necessarij sumus. Quare fidelitates vestras, de presenti iibenter alioquin supportatas haberemns, niai tam urgens et ardua necessitas incumberet. Facere tamen aliud non possumus, nisi vt tam difficiles impensas quas ad banc solennitatem nostram, vt predicimus, facturi sumus, Ciuitatum nostrarum contribucione toleremus. Quapropter Fidelitatibus vestris barum serie firmiter precipimus et mandamus, quatenus statim visis presentibus aliquos e medio vestri, cum plena procuracione et facultate, ad Fidelem nostrum Venerabilem Georgium, Prepositum Quinqueecclesiensem Tbesanrarium nostrum, ad intelligendam super his mentem nostram mittere, et quid quid in bis ipse nomine nostro vobis faciendum dixerit, sine mora facere et exequi debeatis. Secus facere non ausuri gracie nostre sub obtentu. Datum Bude in festo Natiuitatis Beate Marie Virginia anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo sexto Regnornm nostrorum Hungarie anno decimo nono Bohemio vero octavo.

Korpona városa levéltárából.

DLXXXVII.

Mátyás király Bélteki Drágfi Bertalan udvari katonájának érdemei tekintetéből, mellyeket az ozmánok, eretnekek és más ellenségei ellen viselt háborúiban vitézsége által, gyakran vérének bő ontásával is szerzett, a megyericsei erősséget, melly Marótki Máté macsói bán magva szakadtával a koronára

Digitized by Google

szállott, Pekerszerdahel és Mykolcz mezővárosaival, és Sywlkouth, Paulisowcz, Korowcz, Dobowcz, Kelethowcz, Dyankowcz stb. helységeivel Körösz vármegyében neki és általa atyjának Drágfi Miklósnak, és testvéreinek Györgynek és Péternek adományozza. Kelt Budán september 10-dikén 1476.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencinm significantes quibna expedit Uniuersis, Quod nos attentis et grata consideracione pensatis preclara fidelitate et multimodis sernicijs fidelis nostri dilecti Egregij Bartholomei Dragffij de Belthek, Aule Nostre Militis etc. que ipse ab ineunte etate sna, primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, tandem Maiestati nostre, tam adversus Hereticos quam Turcos, aliosque plurimos Regni nostri hostes et nostros speciales emulos, tam in fortaliciorum et Locorum munitorum expugnacione, quam eciam in ordinatis aciebus et conflictibus, alijsque tumultuarijs Concursibus et pugnis generalibus scilicet et partialibus, cum graui et copiosa sanguinis sui effusione, sub utraque fortuna, secunda scilicet et aduersa, prout uel temporis uel nostri Status condicio tulit, non parcendo persone, rebusque suis, absque ulla intermissione constantissime, et summa cum fidelitate exhibuit et impendit, Horum itaque suorum intuitu meritorum, Castellum Megherijche uocatum in Regno nostro Sclauonie habitum, quod alias Magnifici condam Mathyws de Maroth Bani Macbouiensis prefuisse, sed per defectum Seminis eiusdem ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legitime deuolutum esse perhibetur, Simulcum Oppidis Pekerzerdabel et Mijkolcz, necnon Possesienibus Sijwlkowth, Paulisowcz, Korowcz, Dobowcz, Kelethowcz, Dijankowcz, etc. in Comitatu Crisiensi existentibus memorato Bartholomeo Dragffij necnon Nicolao similiter Dragfiij Patri, ac Georgio et Petro Fratribus eiusdem carnalibus, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus, donauimus, et contnlimus, ymmo damus, donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendum, possidendnm pariter et habendum etc. Datum Bude feria tercia pro-

Digitized by Google

xima post festum Natiuitatis beato Marie Virginia. Anno Domini Millesimo Qnadringentesimo Septuagesimo Sexto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Decimo Nono, Bohemio uero Octano.

Kaprinai kéziratiból XLVIII. köt. 457, 458. l.

DLXXXVIII.

Mátyás király az erdélyi vajdáknak és alvajdáknak Szeben városa panasza következtében szorosan megparancsolja, hogy a szebeni külvárosokban lakó czigányokat, kiket ő más levelében a város segélyére és szükséges munkáira rendelt s a vajdák és tisztjeik hatósága alól teljesen ki akar venni, ezen túl magok, vagy embereik és cselédeik által személyeikben ne háborgassák és vagyonaikban ne károsítsák. Kelt Budán september 23-dikán 1476.

Mathias Dei gratia Rex Hungariae Bohemio etc. Fidelibus nostris Magnificis Wayuodis partium nostrarum Transsilvanarum vel eorum Vice Wayuodis, Salutem et gratiam. Expositum extitit maiestati nostre in personis Fidelium nostrorum Circumspectorum Civium et communitatis Civitatis nostre Czibiniensis gravi querela, Quomodo plerumque vos vestrique Homines et familiares popnlos illos egiptiacos seu ut vulgariter nuncupantur Cziganos in suburbio ipsius Civitatis residentes quos videlicet nos mediantibus alijs literis nostris in subsidinm et nocessarios labores eiusdem Civitatis deputavimus tam in personis quam in rebus plurimnm turharent, dampnificarent et vario-

Digitized by Google

modo angariarent, In grave preiudicium ipsiua Civitatia, Et quia sicuti ipsi Czigani semel ditionl ipsius Civitatis per nos depntati sunt, Ita etiam a vestra et vestrornm Officialium potestate et Jnrisdictione omnino volumus haberi exemptos Fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipimus, quatenus A modo imposterum ab omni perturbatione dampnificatione et angariatione, prefatorum Cziganorum vos cessetis, vestrosque cessare faciatis et interdicere debeatis, Taliter quod deinceps propterea Maiestati nostre querela non porrigatnr Secus non facturi, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bnde feria Secunda proxima post festum beati Mathei Apostoli et Ewangeliste. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo sexto Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. Decimo nono Bohemio vero octavo.

Relatio Georgij Prepositj et Thesaurarij.

Szeben városa levéltárából.

DLXXXIX.

Mátyás király Kassa városának keményen megparancsolja, hogy Nekesinger Seboldnak, kit jelenleg, — miután a város előbbi parancsának, miszerint a közelebbi menyekzőjére szükséges költségek iránt akaratának megtudására kincstartójához György pécsi prépostkoz követeket küldjön, nem engedelmeskedett, — a város úti költsége s fáradsága kímélése tekintetéből küld kossá, a levél vételével engedje meg a költség kirovását

Digitized by Google

és a kivetett összeget annak öt nap alatt szolgáltassa kezéhez, s hozzá ez ügyben követséget ne küldjön, mert ezt kihallgatatlan fogja visszautasitani. Kelt Budán october 2-dikán 1476.

Commissio Domini Regis.

Mathias Dei gratia Rex Hnngarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Jndici et Jnratis Ceterisquo Civibus Civitatis nostre Cassoviensis Salutem et gratiam. Mandavimus iam pridem fidelitati vestre per alias Litteras nostras, ex quibus manifeste intelligere potuistis necessitatem nostram, que nos pro solennitate nuptiarum nostrarum, quas Deo nobis propitio in proximo celebraturi sumus, urgeret ut certos ex vobis ad fidelem nostrum venerabilem Georgium Prepositnm nostrum, pro intelligenda in hac re ab Eo voluntate nostra mittere deberitis. Vos autem hactenus id faoere rocusastis, undo iam volentes laboribus vestris parcere et expensis, quas in hoc itinere facere deberetis, misimus in medium vestri fidelem nostrum Egregium Seboldum Nehezinger, ut ipse vos et quemlibet vestrum secundum exigentiam rerum vestrarum universaliter dicare et connumerare debeat. Itaque fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus receptis presentibns vos eidem Seboldo Nehezijuger dicare et connumerare permittere, ac id, quod ipse super vos dicaverit infra quinque dies sibi extradare debeatis, et teneamini, neque pro hao re aliquos ex vobis ad nos mittatis, quoniam si quos miseritis, vacuos sine relaxatioue remittemus. Nam ipse Seboldns a nobis informationem habet plenariam qualiter vobiscum agere debeat. Secus ergo non facturi, Datum Bude feria quarta proxima post festum Beati Michaelis Archangeli, Anno Domini Millesimo Quadringenteaimo Septuagesimo Sexto. Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno Decimo nono, Bohemie vero Octavo.

Kassa városa levéltárából.

Digitized by Google

DXC.

Báthori István országbiró s az erdélyi királyi sereg fő-kapitánya Szeben városának és a két szász széknek a király nevében örökös hütlenség, fej és jószágvesztés büntetése alatt meghagyja, hogy a király hozzá küldött parancsa szerint bizonyos ágyukat, a hozzájok tartozó szerekkel és szekerekkel, e mellett 50 jól fölszerelt és válogatott lovagot rögtön küldjön hozzá, miként azt hási embere nemes Kuthasi László élő szóval bővebben előadandja, kinek mindenben hitelt adjanak és kivánatait teljesitsék. Kelt Brassóban octobor 2-dikán 1476.

Prudentes ac Circumspecti Amici nostri dilecti, scribit nobis Regia maiestas, quomodo eadem certa vobiscum haberet facta, Et vos pluribus non impediremus, hactenus, nisi illas Bombardas ac alia ingenia cum singulis attinentijs dare et suo ex ordine apprumptuaverant, simul cum lapidibus et alijs necessarijs nec non cum eisdem quinquaginta homines equites bene armatos et electos meliores quos habetis mittere deberetis. Et hec est voluntas Regia, vt facta sue maiestatis, etiam hie domi ad voluntatem suam impleantur. Ideo dilectioni vestre Auctoritate et in persona sue Regie maiestatis harum serie sub pena perpetue infidelitatis, amissioneque Capitum Rerumque et bonorum vestrorum firmiter committimus et mandamus, quatenus, statim et in continenti, visis presentibus nullaque mora protracta, huiusmodi Bombardas aliaque ingenia cum sufficientibus attinentijs et Curribus, sed et dictos quinquaginta Equites homines bene armatos secundum mandata Regia nobis delata mittere debeatis et teneamini prout ea omnia Is nobilis Ladislaus Kwthosy familiaris noster vobis oris officio latius de-

Digitized by Google

clarabit, Cui in singulis credere et ea omnia effectui mancipare curetis, nota snb premissa secas non facturi. Ex Brassovia feria quarta proxima post festnm beati Michaelis archangeli Anno domini Mo etc. LXX-mo sexto.

Comes Stephanus de Bathor Judex Curie Regie Maiestatis etc. necnon sumpmus Capitaneus gentium Regalium in partibus Transsilvanis.

Kivülről: Prudentibus ac Circumspectis Magistro Civium Judicique et Juratis Consulibus Ciuitatis Cibiniensis nec non septem sedibus saxonicalibus ad eandem pertinentibus Amicis nobis dilectis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

DXCI.

Mátyás király Abauj vármegyét tudósitván arról, misszerint az országosan összegyült rendek a szerencsésen megindult ozmán háboru folytatására segedelmet ajánlottak minden kaputól egy forintban, megparancsolja neki, hogy azt e végett kiküldött királyi adószedői, ezen parancsa előmutatói, által az országos végzés értelme szerint beszedetni engedje, miután a fő- és alispánoknak és szolgabiráknak különben is meghagyta, hogy az ellenszegülőket törvényes fenyiték által szoritsák ebbeli kötelességök teljesitésére. Kelt Pécsett october 16-dikán 1476.

Digitized by Google

Commissio propria domini Regia.

Mathiaa dei gracia Rex Hungarie, Bohemio etc. Fidelibus nostris, vniuersis, et singulis Nobilibus, et alterins cuiusuis status possessionatis hominibus Comitatus Abauywariensis Salutem et graciam. Credimus non latere fidelitates Vestras, qualiter nos confecto bello Silesitico, iam per biennium circa huius Regni nostri Hungarie defensionem, et Reipublice salutem, solicito studio, totisque viribus, neque persone neque sumptibus, et quieti nostris parcendo laborauerimus. Quantum eciam dei clemencia nobis, et gentibus nostris affuerit tam in obtencione Sabacz, quam strage Allibeg illata, ac turpissima fuga ipsius Imperatoris Thurcorum, ante ipsas gentes nostraa in Moldauia cum maximis suis dampnis facta, ita nt manibus palpari possit Thurcum ipsum in multis retroactis annis tantam iacturam non suscepisse. Eapropter volentes expedicionem ipsam continuare, et presertim ad hortatum Sanctissimi Domini Nostri Pape, et aliorum Principum Christianitatis, qui iam bonum subsidium nobis miserunt, et maiora si perseuerauerimus mittere promiserunt, habita matura deliberacione et consilio Prelatorum, et Baronum ac Nobilium, do vestri medio vocatorum, in hac presente dieta decreuimus, et conclusimus expedicionem ipsam non deserere, sed forcius hostes ipsos tocius Christianitatis, et speciales huius Regni nostri inimicos, deo propicio, dampnia et iacturis grauioribus in dies afficere. Verum quia sine vestro et tocius Regni presidio id facere nequaquam possimus, de prefatorum Prelatorum, Baronum, et Nobilium voluntate, et consensu, generalo subsidium, vnius videlicet floren more alias solito, nobis extradandum, pertotum Regnum ad psius peticionem, et hostinm stragem, ac no premissa subsidia inobis cessantibus deficiant, conclusum est. Quapropter fidelitates Vestras hortamur, et requirimus, ac nihilominus eisdem strictius mandantes precipimus, quatenus statim, acceptis prosentibus, taxam, seu contribucionem, et subsidium huinsmodi in pretacta hac generali congregacione, modo quosnpra, nobis directam, ubique in vestris, et cuiuslibet vestrum possessioni-

Digitized by Google

bus, et bonis, per homines nostros, presencium scilicet exhibitores, quos ad id depntanimns, libere et sine omni contradictione connumerare et dicare permittatis, ac dioatam plenarie, et cum effectu exolui facere debeatis, Alioquin commisimus et presencium serie strictius mandantes committimus fidelibus nostris Comiti, vel Vice Comiti, et Judicibus nobilium Vestris, ut ipsi iuxta informacionem ipsorum dicatornm nostrorum, vos, et quemlibet vestrum, ad solucionem eiusdem contribucionis, per queuis opportuna remedia arcius compellant, et astringant, auctoritate nostra Regia, Specialiter ipsis in hac parte attribnta mediante. Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Quinque Ecclesijs, feria tercia proxima ante festum beati Galli Confessoris, Anno domini millesimo quadringentesimo sexto. Regnorum nostrorum anno Hungarie ect. decimo nono, Bohemie vero octavo.

Kaprinai kéziratаiból B. XXVII. köt. 131 — 133. l.

DXCII.

Orbán prépost Tamás szebeni polgármesterhez intézett levele mellett a királynak hozzá intézett parancsát közölvén, tudósitja őt, hogy neki a király pajzsokról, kapcsokról, vágó késekről soha nem írt, csupán íjak, nyilak és kopjákról, mellyeket Kolozsvárt és egyebütt éjjel nappal készittet; ha hát ő ezek iránt külön parancsot kapott, küldje azokat oda, hova a király rendeli.

Utóiratban az istenre kéri, siessen a pénzzel és azt adja

Digitized by Google

át Pécsi Istvánnak, mert a királynak arra nagy szüksége van, a fentebbiek iránti intézkedéséről pedig tudósitsa őt, hogy a királynak jelentést tehessen. Kelt Kolozsvárt november 9-dikén 1476.

Prudens et Circumspecte vir Amice mj carissime. Conapiciat Amicitia vestra Quid Maiestas Regia literis michi et Vobis scribit. Nunquam michi de Clipeis Scindolis et claviculis vlterius scripsit ant Intimavit, nisi tantum de Arcubns Sagittis et hastis wulgo copia, que hic et in alijs locis die noctuque parari facio. Si autem vos de huiusmodi Clipeis Scindolis et Claviculis ulterius suscepistis mandata regia Tunc efficiat Amicitia vestra, vt ibi mittantur ipsi Clipei, Scindoli et Claviculi, quo Maiestas regia mandat, ego enim de illis que commiserat michi curam diligenter adhibebo. Ex Koloswar Sabbato proximo ante festum beati Martini Episcopi et confessoris Anno etc. LXX mo sexto.

Pro deo festinetis cum pecunijs et assignabitis ad manus Stephani de Pech. Quia maiestas Regia nimium eget pecunijs, Vos ipsi considerare poteritis diversas necessitates sue Maiestatis, de rebus autem suprascriptis si disposuistis, vel qualiter vobis constat, michi relationem faciatis, vt ego sciam suam Maiestatem certum reddere, ne tandem Sua Maiestas et michi et vobis dedignetur

Vrbanus etc.
Prepositus.

Kivülről: Prudenti et Circumspecto Thome Magistro Ciuium Ciuitatis Cibiniensis Amico meo carissimo.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

Digitized by Google

DXCIII.

Báthori István országbiró s a havasalföldi királyi sereg főkapitánya tudósítja Szeben városát, hogy Bazarábot Havasalföldről kiverte, és már az ország nagyobb részint mellette nyilatkozott, a bojárok kettőn kivül, kik nem soká megjönnek, nála vannak, s igy ő Tergovistban egy jó várdát épitvén Bukurest alá indult, mellynek közelében áll. Egyébiránt meghagyja neki, hogy eleséget, különösen kenyeret és zabot küldjön utána s az utat sietve igazittassa meg. — Utóiratban megjegyzi, hogy az ezen örömhir viteleérti jutalmat titoknokának Tamás csongrádi esperestnek ajándékozta. Kelt a királyi hadak Bukurest melletti táborában november 11-dikén 1476.

Sapientes et Circumspecti Amici nostri Honorandi, His novitatibus anisare possumus, Quod deo nobis propitio perfidum Bosarab de Regno Transalpino expulimus, et iam ipsum Regnum pro maiore parte apud nos est, quia omnes Boiarones nobiscum sunt, demptis Duobus, qui scilicet in breui sunt venturi, sicque erecto uno bono Castello in Thergauisthya ad Bokorysthya divertimus, cui in propinquo sumus, Ceterum committimus vobis, quatenus forum victualium videlicet tantummodo panes et avenam post nos mittere et viam illam citissime preparare debeatis, Nec secus facturi, Ex castris gentium Regalium prope ipsam Bokoristhija in festo beati Martini Episcopi et confessoris. Anno etc. LXX-mo sexto. Huius enim relationis vestrique congaudij remunerationem Venerabili Ma-

Digitized by Google

gistro Thome Secretario nostro et Archidiacono Chongradiensi benigne contnlimua.

Comes Stephanus de Bathor Jndex enrie Regie maiestatis sumpmusque Capitaneus gentinm Regalium in transalpinis etc.

Kivülről: Sapientibns et Circnmspectis Magistro Civium Jndici Jnratisqne consnlibns Civitatis Cibiniensis Amicis nobis honorandis.

A szász nemzet szebeni levéltárából.

DXCIV.

György pécsi prépost Mátyás király különös parancsából tudósitja Bártfa városát, hogy a király arája, Beatrix, Ferdinánd nápolyi király leánya, az országba érkezett, s mintegy nyolcz nap mulva Székes-Fejérvárt lesz. Meghagyja azért a városnak, hogy a királyi menyekszőre követsége által minél előbb megjelenni siessen. Kelt Budán november 23-dikán 1476.

Circumspecti amici nobis dilecti. Sciatis quod Serenissima Domina nostra filia Ferdinandi Serenissimi Domini Regis Sicilie in hoc Regnum Hnngarie peruenit et ab hinc infra octo dies,

Digitized by Google

vel ante in Alba Regali constituetur. Vnde Maiestas Regia commisit nobis ut de bis per literas nostras vos certificare non postponamus. Requirimus ergo vos et in persona Regie *Msie*statis committimus vobis, quatenus statim *visis presentibus* prout meliori modo vestrum ad honorem fieri poterit, ad nupcias prefati Domini nostri Regis absque mora huc festinare velitis, et debeatis. Quin si tardaveritis, et inter alios ultimi fueritis, non erunt seruicia vestra ita accepta, et in quantum vestrum honorem cupitis, aliter non faciatis. Datum Bude in festo Clementis pape anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Sexto.

Georgius Prepositus Quinqueecclesiensis
Thesaurarius Regie Maiestatis.

Pray kéziratairól LIII. köt. 144. l.

DXCV.

A székes-fejérvári káptalan bizonyságot tesz arról, hogy Ujlaki Miklós bosnya király és Garai Jób előtte személyesen megjelenvén, azon kölcsönös öröködési szerződést, mellyet amaz Garai nádorral ennek apjával Péter-Váradon kötött, és a mellyet mind László mind később Mátyás király megerősitettek volt, önkénytesen megsemmisitették; minthogy Mátyás király Ujlaki Miklósnak néhai Cillei Ulrik gróffal kötött kölcsönös öröködési szerződéséhez királyi jóváhagyását adta. Kelt december 6-dikán 1476.

Nos Capitulum Ecclesie Albensis memorie commendamus, Quod Illustris Dominus Nicolaus de Uylak Dei gracia Rex Boz-

Digitized by Google

ne, nec non Magnificus Dominus Job de gara coram nobis personaliter constituti, idem Dominus Nicolaus Rex onus Laurencij filij sui, nec non Catherine, Vrsule et Eufrosine filiarum suarum per omnia in se assumendo, oraculo sue vocis confessi sunt in hunc modum, Quod quamvis ipse Dominus Nicolaus Rex, superioribus bis annis cum Spectabili et Magnifico condam Domino Ladislao de Gara Regni Hungarie Palatino, patre videlicet predicti Domini Job super universis eorum Castris Castellis, Fortalicijs, Ciuitatibus, Oppidis, villis, possessionibus, districtibus et generaliter quibuslibet eorundem Bonis, intra et extra hoc Regnum Hungarie, in quibuslibet Comitatibus Regni Hungarie existentibus habitis, alijsque Juribus hereditarijs et possessionarijs ac quibuslibet eorum Juribus quouis nominis vocabulo vocitatis, mutuum inter se in conuentu Petrouaradiensi fecissent contractum et confraternitatem, Cui quidem contractui et confraternitati quamvis eciam Serenissimus condam Dominus Ladislaus Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. nec non Dux Austrie etc. consensisset, atque prefatus eciam Magnificus Dominus Job de Gara filins prenominati condam Domini Ladislai Palatini temporis in processu similiter consenserit, predictosque duos consensus prefatorum Dominorum condam Ladislai Regis et Job de Gara Serenissimus princeps Dominus Mathias Dei gracia Rex Hungarie etc. suis literis mediantibus confirmaverit, tamen quia prefatus Dominus Rex Mathias Dominus noster graciosissimus ex sua speciali gracia et nimia charitate erga ipsum Dominum Nicolaum Regem habita, super mutuo contractu et confraternitate super universis bonis ipsius Domini Nicolai Regis cum spectabili et Illustri condam Domino Vlrico Comite Cilie et Ortenburge etc. similiter super universis eiusdem bonis, puta Castris, Castellis, Fortalicijs, Ciuitatibus etc. facto consensum suum regium pariter et assensum prelibato Domino Nicolao Regi dederit, donauerit et assignauerit, Ideo prenominati Dominus Nicolaus Rex, nec non Job de Gara prescriptum contractum, nec non ipsum regium consensum, et assensum predicti Domini Ladislai Regis ac confirmacionem ipsius Domini Mathie similiter Regis super universis et quibuslibet bonis eorum prescriptis, ut premissum

Digitized by Google

est, Castris videlicet, Castellis, Fortalicijs, Ciuitatibus etc. alijsque universis Jnribus inter eos quoqno modo factis presente ipso Domino Job de Gara coram nobis, et ad id libera voluntate consentiente, et id publica voce fatente cassarunt, et annihilarunt, et frustrarunt, omneque Jus suum, et Juris ac dominij omnem proprietatem, que in bonis suis racione ipsius contractus inter eos facti, nec non Regij consensus, et confirmacionis superinde tum a Serenissimo condam Domino Ladislao, tum Domino Mathia Regibus, aut alio quouis modo, ut premissum est, haberent, in manus predicti Domini Mathie Regis reddiderunt, et restituerunt, ac assignauerunt coram nobis iure perpetuo et irreuocabiliter, harum nostrarum literarum, quibus Sigillum nostrum maius et authenticum est appensum, vigore et testimonio mediante. Datum in festo beati Nicolai Episcopi, anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Sexto.

Pray kéziratairól LIII. köt. 116—117 l.

DXCVI.

Mátyás király tekintve Lendvai Bánfi Miklós pozsonyi főispán folytonos, minden körülmények közt tántorithatatlan hűségét és szolgálatai által szerzett érdemeit, a közelebbről maradék nélkül meghalálozott Maróthi Máté maesói bánnak a koronára szállott némelly jószágait neki és általa testvérének Jakabnak adományozza. Kelt Budán december 27-dikén 1476.

Nos Matbias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus

Digitized by Google

expedit vniuersis. Quod et si Regie munificencie opes in usum benemeritorum delectet produxisse, quandoquidem ex hoc in Regimine vigor, in Subditis vero obsequendi studium solidatur. Illi nimirum tamen maioribus debent Regijs fauoribus et donacionibus honorari liberalioribus, quos et generis claritas et virtutum ingenua merita commendant. Sane considerauimus et digne pensauimus fidelitatis integritatem, et fidelium seruiciorum dignissima merita fidelis nostri sincere dilecti Magnifici Nicolai, filij condam Stephani, filij Stephani Bani de Alsolyndwa, Comitis nostri Posoniensis, que idem primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, et consequenter nostre Maiestati ab exordio felicis nostri Regiminis adusque diem presentem, in diuersis et arduissimis expedicionum generibus, atque bellicis exercicijs tam contra Bohemos et Polonos, quam contra Turcos, Christiane Religionis hostes ueteres et crudelissimos, generalibus et particularibus locis, et temporibus oportunis, contempta pro nobis vita et quiete suis sumptibus eciam in copia profusis, se quoque et sua uarijs fortune casibus submittendo prudenter, uiriliter et constanter exhibuit, Nulla enim eum aut fortune aut temporis asperitas, nullus metus hostilis perterruit, aut ab animi sui firma constancia, a latere et obsequijs nostris fidelibus retrahere potuerunt, quominus ea semper peruigili et sollicito studio ageret, que ad gloriam et exaltacionem nominis et Diadematis nostri Regij splendorem accederent, Vt igitur idem Nicolaus Banffij imposterum quoque tanto alacriori animo ad fidelia seruicia nostra accingatur, quanto se ipsum a Maiestate nostra liberalius cognoscet remuneratum et prouisum, Possessiones — — — — — — — — in Comitatu — — — Item possessionem — — — — in Comitatu — — — que condam Magnifici Mathyws de Maroth Bani Machouiensis prefuerant, et per defectum ad nostram collacionem deuenerant, cum cunctis *stb.* — — — — memorato Nicolao filio condam Stephani, filij olim Stephani Bani de Alsolijndwa, necnon Egregio Jacobo Banffij fratri suo uterino, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis de nostris Regijs manibus libere dedimus, donauimus et contulimus, ymmo damus, donamus, et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendas possidendas pariter

Digitized by Google

et habendas. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri Priuilegij redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude in festo beati Johannis Apostoli et Euangeliste Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Sexto Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. decimo nono Bohemie vero octauo.

Kaprinai kéziratából XLVIII. köt. 161. 162. l.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nevezetesebb nyomtatási hibák.

4. l.	1.	s.	a.	Ex	*olv.* Et
5. l.	44.	s.	a.	perscriptam	„ prescriptam
10. l.	8.	s.	f.	datorum	„ dictorum
11. l.	12.	s.	a.	premissa	„ premisse
14. l.	3.	s.	f.	observandum	„ observandam
14. l.	10.	s.	f.	coram	„ eorum
14. l.	13.	s.	f.	et de super	„ de et super
16. l.	9.	s.	a.	provincialis	„ conprovincialis
18. l.	1.	s.	a.	proposuimus	„ postpesaimus
22. l.	13.	s.	f.	possessionarias	„ possessionarie
24. l.	5.	s.	a.	Kölestartó	„ Kölestarló
25. l.	13.	s.	f.	predictis	„ prediis
29. l.	12.	s.	f.	nobis	„ vobis
30. l.	16.	s.	f.	Dominibus	„ Dominabus
30. l.	5.	s.	a.	Aeqaale	„ aliquale
33. l.	12.	s.	f.	Pethaffalwa	„ Petheffalwa
33. l.	9.	s.	a.	possessionaria	„ possessionarie
40. l.	4.	a.	f.	penes	„ per
40. l.	14. és 15.	s.	f.	prestando	„ prestandam
41. l.	1.	s.	f.	rsddituros	„ redditurum
45. l.	8.	s.	f.	preteriti elapsi	„ preteritum elapse
47. l.	5.	s.	a.	prosthec	„ posthee
49. l.	1.	s.	f.	wunera	„ winera
50. l.	8.	s.	a.	exist entes e	„ existentes et
51. l.	8.	s.	f.	Jurijs	„ Juris
52. l.	13.	s.	f.	regijs	„ regis
56. l.	1.	s.	f.	qua	„ quam
57. l.	5.	s.	a.	sed in	„ sed nec in
59. l.	9.	s.	f.	tudósitván	„ tudósitja
68. l.	4. és 5.	s.	f.	cessantibus *után kimaradt*: libertatibus	
76. l.	1.	s.	a.	scriptum	*olv.* seipsum
80. l.	8.	s.	f.	1465.	„ 1463.

Digitized by Google

86. l. 19. s. f. quod *olv.* quam
89. l. 16. s. f. Petro Szakol „ Petro de Szakol
95. l. 18. s. a. nostra „ nostri
95. l. 10. s. a. Regis „ Regio
99. l. 16. s. a. Lelnek „ Kelnek
105. l. 7. s. f. prefato „ prefata
110. l. 13. s. a. Palationorum „ Palatinorum
112. l. 2. és 8. a. Juris „ Jnre
113. l. 4. s. f. vel quasi *után kimaradt*: Jure
131. l. 1. s. f. e *olv.* et
168. l. 5. s. a. quandam „ quondam
171. l. 19. s. f. ipsi „ ipsius
186. l. 3. s. f. aut „ autem
197. l. 6. s. f. et „ vt
221. l. 13. s. a. eerte „ certe
223. l. 3. s. a. proprlua „ propius
225. l. 9. s. f. quam „ quem
235. l. 11. s. a. concensu „ consensu
274. l. 15. s. f. illam „ illum
315. l. 7. s. f. propterea facta *után kimaradt*: eisdem id annuimus
321. l. 2. s. f. alatt *olv.* alatti
325. l. 12. s. f. erum „ earum
383. l. 9. s. f. preaentibus „ partibus
454. l. 11. s. f. kerü „ kerül
502. l. 1. s. a. tan re „ tenore
538. l. 5. s. a. Beate „ Beati
539. l. 6. s. a. tartományaikból „ tartományaiból
550. l. 8. s. a. ernnstlichc „ ernnstliche
559. l. 16. s. f. nostro „ nostre
566. l. 10. s. a. Regni nostri Hungarie *után kimaradt*: Coronam consequenterque Majestatemque nostram iuxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri Hungarie.
572. l. 7. s. a. psius peticionem *olv.* ipsius protectionem

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

kgl. Hofbuchbinder
in
MÜNCHEN
Lederergasse N. 25.

Digitized by Google



Digitized by Google